This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

36.
844.
8. O.
35.

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM

DISPUTATIONUM

LIBRI QUINQUE,

CUM COMMENTARIO

JO. DAVISII, R. BENTLEII EMENDATIONIBUS,
LALLEMANNI ANIMADVERSIONIBUS INTEGRIS,
RELIQUORUM INTERPRETUM SELECTIS.

AD CODD. MSS. RECENS COLLATORUM EDITIONUMQUE
VETERUM FIDEM DENUO RECOGNOVIT,
ALIORUM INEDITAM SUAMQUE ANNOTATIONEM,
EXCURSUS ET INDICES

ADIECIT

GEORGIUS HENRICUS MOSER,
PH. DR., GYMN. ULM. RECTOR ET PROF.

TOMUS TERTIUS.

HANOVERAE,
IN BIBLIOPOLIO AULICO HAHNIANO.

MDCCCXXXVI.

844.

BIBLIOTHECA BODLEIANA
DUM SPIRO SPERO

CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM LIBRI QUINTI ARGUMENTUM.

Hic liber in difficili, sed gravi et dignissima philosopho, quaestione versatur, *sitne virtus ad beate vivendum se ipsa contenta?* De ea disputatur primo mathematicorum more breviter, deinde fusius more philosophorum. Nam quemadmodum geometrae, cum aliquid docere volunt, si quid ad eam rem pertinet eorum, quae ante docuerunt, id sumunt pro concesso et probato, illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum sit; philosophi autem, quamcunque rem habent in manibus, in eam, quae conveniunt, congerunt omnia, etsi alio loco disputata sunt; sic Cicero primo ex iis, quae superioribus diebus disputarat, conficit id, quod quaeritur; deinde vero ita de hac quaestione disputat, tanquam superioribus diebus nil esset disputando confectum. Nam primo ostendit breviter, si sapiens omnibus perturbationibus liber sit, non posse non beatum sapientem esse, quod qui in iis sint, miseri sint necessario. Quare, cum virtus a perturbationibus sola liberet, virtutem necessario solam beatum hominem efficere. c. 5. 6. In quo reprehendit veterem Academicorum et Peripateticorum inconstantiam, qui, cum tria genera bonorum faciant, solam tamen virtutem dicant sufficere, etsi non ad beatissimam, tamen ad beatam vitam. c. 7 — 13. Deinde multis tum argumentis, tum exemplis hominum et vitiosorum et virtutis laude illustrium demonstrat, virtutem efficere hominem non solum beatum, quod est Stoicis cum Academiae veteris philosophis et Peripateticis commune, sed etiam vel in cruciatu et tormentis beatissimum: quod contra dicunt Platonici et Peripatetici, qui virtute quidem beatam vitam esse contendunt, sed accessione bonorum corporis et fortunae fieri beatissimam. c. 14 — 28. Subiicitur tandem longa disputatio, qua, initio a Platonicis et Peripateticis facto, ostenditur, quomodo cuique, inprimisque Epicureae, de fine bonorum, sententiae consentaneum putet, sapientes semper beatissimos dicere. *Ern.*

M. TULLII CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM AD M. BRUTUM LIBER QUINTUS.

p. 228. a.

VIRTUTEM AD BEATE VIVENDUM SE IPSA ESSE CONTENTAM.

Quintus hic dies, Brute, finem faciet Tusculanarum 1

1.

C. 1. *Quintus hic dies, Brute,*] Vox *Quintus* abest a Codd. Reg. Vind. 2. eamque abesse refert Lambinus a suis. Causam huius omissionis hanc esse existimo, quod fortasse aliquis librarius hanc vocem

Disputationum: quo die est a nobis ea de re, quam tu ex omnibus maxime probas, disputatum. Placere enim tibi admodum sensi, et ex eo libro, quem ad me accuratissime scripsisti, et ex multis sermonibus tuis, virtutem ad beate

---

praenomen, non numerum, esse existimaret, quem sola litera *Q.* scribi sufficeret. Cum autem litera initialis uniuscuiusque libri peculiari quodam vel atramento vel colore vel ornatu scriberetur, a scriba vel librario vacuum ei postea appingendo spatium relinquebatur. Quod cum aliquando postea casu non expleretur, ut saepe in Codicibus manu scriptis et primis arte typographica excusis animadvertimus, excidit vocabulum, quod divinare non posset, qui inde librum describeret. Scripsit Dav. *Quintus hic, Brute, dies*, quem ordinem habet solus Cod. Duisb. neque alius quisquam liber vel calamo exaratus vel typis exscriptus. Solus etiam Cod. Rehd. habet *Hic dies quintus, Brute.* Unus Ox. habet *Brutum*, Vind. 1. *facit*; unus Ox. *Quaestionum.* Verb. in marg. ex MS. nescio quo enotavit *quaestionum seu disputationum. Mr.*

hic dies —, quo die] Rariorem esse apud Ciceronem dicit Kühnerus substantivi post pronomen relativum repetitionem, apud Caesarem longe creberrimam: illum autem ea uti, ut vel perspicuitati consuleret, ut hoc loco, vel ut in iterato nomine vim quandam et pondus poneret: laudat Ramshorn. Gr. Lat. §. 159. n. 2. p. 363. Add. nos ad Cic. de Rep. I. 26. p. 109, praeterea Cic. pro Milon. 20, 53. Cic. de Rep. II. 7. p. 222. Cic. ad Qu. Fr. III. 3: qui locus est nostro admodum similis: *diem nullum esse scito, quo die non dicam pro reo.* In Cod. Rehd. legitur *de ea re quam ex*, in Duisb. *addere quam tu ex*, et sic etiam Gud. 2; in uno Ox. *addere quantum ex*, in alio *de re quam tu ex*; alius omittit *tu*, alius *ex.* Cod. Mon. 1. exhibet *probas maxime.* Gud. 1. habet *maxime* nonnisi a 2. m. Gud. 2. omittit *enim. Mr.*

sensi, et ex eo libro] „Internectunt *et*, quod vulgo abest, Victorius, Pall. sec. tert. quart. quint." *Gebh.* Abest *et* ab uno Ox. Rehd. Gud. Mon. 1. Edd. M. Ald. Boul. Brut. Lambb. Goth. *Mr.*

Ex eo libro, quem ad me accuratissime scripsisti] Intelligitur Bruti liber *de Virtute*, quem ad Ciceronem scripsit, ut ait noster lib. I. de Fin. cap. 3. Ex eo nonnulla profert Seneca Cons. ad Helviam cap. IX. Vide Petr. Alcyonium de Exsil. lib. I. pagg. 55, 56. *D.* [Cf. A. Maj. ad Fronton. p. 78. Ed. Rom. *Or.*]

quem ad me accuratissime scripsisti] Locus, quem laudat Dav., Senecae est hic: *Brutus in eo libro, quem de Virtute composuit, ait se vidisse Mitylenis Marcellum exsulantem, et, quantum modo natura hominis pateretur, beatissime viventem.* Duo Oxx. (quorum alter in marg. nostram habet lectionem) Gud. Mon. 2. *acutissime* et sic unus Pal. (primus), improbante Gebhardo, qui in Pal. quart. reperit *ad me tu acc.* Tum Gud. 2. *et in multis.* Gud. omittit *ex.* Ad rem Kühn. confert suum librum de Cic. in philos. meritis p. 16. ann. 9. Post *scripsisti* unus Ox. omittit *et*, duo cum Gud. *ex.* Post *tuis* pergunt Vind. 1. 2. *videri virtutem*; tum Duisb. *ad bene*: supra lin. *beate*; unus Ox. et Gud. *se ipsam.* Posterior pergit *contentam fore.* „Ad rem facit Ovidii locus;

Iudice te mercede caret per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis." *Leod. a Qu.*

Locus est Epist. ex Ponto II. 3. 35. — *Probatu*, vere monet W. in scholis, non esse i. q. *ad demonstrandum*, sed sententiam esse: non facile fieri potest probabile, ut loquitur Cicero ipse in Paradoxorum

vivendum se ipsa esse contentam. Quod etsi difficile est probatu, propter tam varia et tam multa tormenta fortunae: tale tamen est, ut elaborandum sit, quo facilius probetur: nihil est enim omnium, quae in philosophia tractantur, quod gravius magnificentiusque dicatur. Nam, quum ea causa im- 2.
pulerit eos, qui primi se ad philosophiae studium contulerunt, ut, omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo vitae statu exquirendo collocarent; profecto spe beate vivendi tantam in eo studio curam operamque posuerunt. Quod si ab iis inventa et perfecta virtus est, et si praesidii ad beate vivendum in virtute satis est; quis est, qui non prae-

---

prooemio. Pro *Quod etsi* unus Ox. habet *Qui si;* Gud. 1. *difficili* pro *difficile.* Rehd. *tam multa et tam varia.* En tibi correctorem Ciceronis. Alterum *tam* deest in uno Ox. et Cod. Duisb. *Mr.*

Quod etsi — fortunae] Adducit Nonius in *probatu. D.*

Tale tamen est, ut elaborandum sit,] Cod. Rehd. *tamen tale est.* Et ita Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. In seqq. post *nihil* omittitur *est* in Gud. 2. Rehd. In Marb. legitur *nihil enim est.* Mox Rehd. non habet *in* post *quae.* Goth. in marg. ait esse in vet. cod. *quo gravius.* Ex nostris nullus assentit. *Mr.*

Cum aliqua *causa impulerit eos*] Vulgo *ea.* Sed ex orationis ductu patet illam vocalem loco non convenire; quapropter legendum *aliqua* cum Cl. Bentleio, vel *quaedam,* quod eodem redit. *D.*

Nam, quum ea causa impulerit eos,] „Non video cur *ea* mutandum sit cum Bentl. et Davisio in *aliqua:* multo enim melior est lectio vulgata. Sententia est: ii, qui primi se ad philosophiae studium contulerunt, nihil aliud magis curabant, quam ut optimum vitae statum exquirerent." *Bouh.* Schz. recepit *aliqua,* Davisio, vel Bentleio potius, obsecutus: quamquam operas inobedientes habuit, quae utrumque omiserunt, ut nunc in contextis apud eum legatur: *Nam quum causa.* — Nihil illa emendatione minus necessarium. *Ea causa* dicit, postea eam expositurus; *nimirum ut — totos se — collocarent.* Idem sentiunt W. in scholis et Kühnerus. Cod. Gud. male exhibet *impulit* pro *impulerit;* unus Ox. *primum* pro *primi.* Gud. *se* positum habet ante *contulerunt.* Vind. 1. exhibet *contulerint.* Pro *optimo* Goth. et Lambb. in marg. habent esse in vet. cod. *opportuno;* duo Oxx. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. et Alt. Asc. 1. 2. Junt. *optimae.* Gud. 2. *statu vitae.* In seqq. unus Ox. *profecto se* (pro *spe*). Gud. 2. omittit *vivendi* post *beate;* unus Ox. Gud. Vind. 1. 2. Ed. P. *totam* pro *tantam. Mr.*

Quod si ab iis inventa et perfecta virtus est] Adhibuit nostrum locum G. N. Buschius, in Prolusione Rostochiana a. 1830, quae inscribitur Observationes ad Cic. de Orat. libros Part. I. p. 17. loco Ciceronis de Or. I. 4. 13: *ut omittam illas omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus summa dicendi vis et inventa est et perfecta.* Et tuetur simul hic locus nostri lectionem, quanquam per se satis tutam, *perfecta,* cuius loco Vind. 1. et Rehd. habent *perspecta,* tres Oxx. et Ed. P. *profecto.* Pro *iis* ex Cod. Reg. cui in hoc errore plerumque accedunt Gud. 1. 2., Davisius dedit *his.* Duisb. Gud. et Rehd. habent *hiis. Virtus* cum proprie inventa dici non possit, recte monent Kühn. et Wolf. in scholis dici his verbis: perfecta virtutis species ac forma inventa. Cod. Gud. 2. omittit *si* ante *praesidii.* Cod. Aug. habet, errore scribae: *in virtute virtus est. Mr.*

quis est, qui non praeclare et ab illis positam] „i. e. depositam.

clare et ab illis positam et a nobis susceptam operam philosophandi arbitretur? Sin autem virtus subiecta sub varios incertosque casus famula fortunae est, nec tantarum
b. virium est, ut se ipsa tueatur; vereor, ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate vivendi, quam vota
3. facienda videantur. Equidem eos casus, in quibus me for-

Praeclare omnia fecerunt et philosophiae studium bene cultum nobis reliquerunt.“ *Nissen.* „i. e. depositam nobisque statu perfectiore relictam.“ *Neidius.* Quam explicationem et latinitati prorsus repugnare et loci sententiam inepte pervertere vere monet Kühn. Optime contra W. in scholis *positam* explicat *collocatam.* Rehd. male: *praeclare ab illis inventam,* omisso *et,* quod abest etiam a duobus Oxx. *Mr.*

subiecta sub varios casus] Exspectes *subiecta variis casibus:* sed nostra structura graviorem quasi facit sententiam. Eandem habes supra IV. 7. 16. *sub metum subiecta* et IV. 8. 18: *subiecta sunt sub metum:* utroque loco vid. ann. nostr. Habes item hanc constructionem in re ad naturam pertinente Acad. II. 23. 74: *quae sub sensus subiecta sunt:* et in re judiciali Or. pro Quinct. 15, 49: *cuius — fortunae — sub praecone cum dedecore subiectae sunt.* Ut h. l. virtus sub casus subiecta *famula fortunae* dicitur, ita supra *res familiaris famula corporis* I. 31. 75. Vocem *famula* omittunt Edd. A. B. Ven. nostr. Nisi tam graviter et quasi cum animi quadam acerbitate loqui voluisset Cicero, scripsisset fortasse *quasi famula.* In uno Ox. est *familia,* alius omittit *incertosque,* idem habet *fortuna* et mox cum Vind. 1. 2. Marb. Gud. exhibet *se ipsam:* male. Rarior est usus in locutione *tantarum virium* numeri pluralis. Observarunt videlicet viri docti Genitivos Pluralis numeri raros esse in hac struendi ratione eorumque loco poni solere Ablativos, ut est v. c. Plin. H. N. VII. 2: *Gens stridoris horrendi, hirtis corporibus.* Nostro loco Singulari numero forma Genitivi uti non potuit Cicero. — Cod Mon. 1. exhibet *tantarum virum.* Cod. Rehd. *vereor nature* (sic) *non;* unus Ox. omittit *non,* alius habet *non sit tam,* Duisb. *ne tam non.* Marb. *ne non tanta virtutis.* In marg. Goth. et Lambb. est coniectura *nitendum nobis sit.* Duisb. habet *utendum* cum Aug. unus Ox. *intendendum.* Ut h. l. dixit *ad spem niti,* ita ad Att. XII. 14: *nitor — ad animum — reficiendum.* Lectionem marg. Goth. et Lambb. Cod. Aug. habet in contextis. *Mr.*

quam vota facienda videantur.] „Qui non confidit suis viribus, nec fiduciam ponit in virtute, ad vota confugit, vota facit: quae a sapiente nulla fiunt: quippe qui bonis propriis et virtutis dotibus subnixus fulciatur, nec se extra quaesiverit.“ *Beroald.* „παροιμιωδῶς. Tum enim confugimus ad opem divinam, cum humani auxilii spes nulla relinquitur. Itaque vulgo dicitur, impie id quidem, male agi cum iis, quorum salus deo commendetur. Similiter dixit Demosthenes de legibus *κατὰ Τιμοκράτους· εἰ γὰρ αὖ καλῶς μὲν ἔχοι, μὴ δυνατὸν δὲ φράσαι, εὐχῆς, οὐ νόμου διαπράττοιτ' ἂν ἔργον.*“ *Camerar.* „*vota facienda* sc. ut beati fiamus, non nostra opera sed solo Deorum beneficio, a quibus adeo felicitas votis faciendis fuit impetranda.“ *Ern.* Duo Codd. Oxx. *videatur* pro *videantur. Mr.*

equidem eos casus —] „Nonius v. *exerceo* hunc locum laudans superflua geminatione literae *m* legit *equidem meos casus —.*“ *Frc. Fabr.* In marg. Lambb. et Goth. est coniectura *casus, quibus* pro *casus in quibus.* Ita vero locutus est in Or. pro Arch. poeta (v. ann. Dav.). Agitandi et affligendi sententia est idem verbum ad Famm.

tuna vehementer exercuit, mecum ipse considerans, huic incipio sententiae diffidere interdum, et humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere. Vereor enim, ne natura, quum corpora nobis infirma dedisset, iisque et morbos insanabiles et dolores intolerabiles adiunxisset, ani-

---

XII. 4: *Nunc me reliquiae vestrae exercent, et quidem praeter ceteros me.* Laudat ad h. l. Kühn. Sallustium Cat. 11: *ambitio — animos hominum exercebat.* Intelligit h. l. Cicero tempus, quo domo pulsus patria caruit inimicorum impetu oppressus: fortasse etiam id, quo amissa filia fortunae dolorique succubuit. Cod. Rehd. habet *in quibus se*, egregia scilicet hominis acutuli emendatione. Unus Ox. *fortuna vehementior:* quod item videtur correctoris, nec tamen ita absurdi: sed correctoris. Alia sententia dixit Cicero de Or. I. 33. 153: *vehementer se exercere in subitis dictionibus. Mr.*

In *quibus me fortuna vehementer exercuit*] Non erat, cur Lambinus *praepositionem* deleret. Cicero pro Archia cap. XI. *Gloria quidem detracta, iudices, quid est quod in hoc tam exiguo vitae curriculo et tam brevi, tantis nos* in laboribus exerceamus? Sallustius Epist. I. ad Caes. de Rep. Ordin. pag. 524. In *labore, patientia, bonisque praeceptis et factis fortibus exercitando.* Quin et ita legit Nonius in *exercere*, ubi hunc adducit locum. *D.*

huic incipio sententiae diffidere interdum, et —] „Ita scriptum est in Gryphii libro, nota distinctionis post *interdum* apposita. Victorius: *interdum et humani generis*, ubi alii *interdum etiam hum. gen.*, habet, notam distinctionis tamen, ut alii excusi, ante *interdum* ponit.“ *Brut.* „*diffidere: interdum et hum. gen.* Ita Victorius cum Pall. sec. tert. quart. Vatic. *Etiam* alii.“ *Gebh.*

Huic incipio sententiae diffidere: interdum et humani generis] Interpunctione mutata malim, *huic incipio sententiae diffidere interdum, et humani generis inbecillitatem fragilitatemque extimescere;* quemadmodum, probante Bruto, locum distinxit Ms. Gryphianus. Sic etiam Reg. et Pithoean. *D.*

diffidere interdum, et humani generis] Quam suasit, nec vero recepit distinctionem Davisius, receperunt Wolf. Schz. Lall. Or. Tbn., nec vero Oliv. Ern. et Nobb., qui cum Vict. et Gebh. contra Ciceronis morem servant *diffidere: interdum et hum. gen.* Habent *diffidere: interdum etiam* Codd. tres Oxx. Mon. 2. Edd. ante Gebh. (exceptis V. et Rob. Steph.) itemque Wolf. in Ed. pr. unde transiit in Edd. Koel. et Bill. Reliqui nobiscum faciunt quod ad lectionem *et.* Solus Gud. habet *diffidere sententiae — fragilitatem imbecillitatemque extimescere:* ex qua verborum transpositione, cui accedit quod unus Ox. habet *fragilitatem* omisso *que*, novus aliqui Beierus vocem *fragilitatemque* glossam eiiciendamque dixerit. Duas consulto et aliquantum diversas iungit voces infirmitatem humanam significantes. *Mr.*

Vereor enim, ne natura, quum] In uno Ox. deest *enim.* Mox Gud. 2. Marb. *infirma quum corpora nobis.* Vind. 1. *quum nobis corpora inf.* Gud. *quum corpora dedisset infirma nobis.* Rursus fluctuant libri inter *iisque, isque, hiisque* et *hisque.* Sequens *et* abest a Codd. Mon. 2. et Gud. Eius loco unus Ox. habet *in;* unus Ox. omittit *et dolores*, Vind. 2. tria vocabula *et dol. intolerabiles*; Mon. 1. exhibet: *adiunxisset et dolores intollerabiles* (sic). Pergit idem cum Marb. *animosque dederit*: ex male lecto compendio; Gud. *animi morsusque dederit.* Vides glossatorem vel correctorem Ciceronis sibi nimium placentem. Abest *et* post dederit a Cod. Gud. *Mr.*

mos quoque dederit et corporum doloribus congruentes, et
4. separatim suis angoribus et molestiis implicatos. Sed in

Corporum doloribus congruentis] In ultimo verbo mendum latere suspicatur D. Lambinus; nam cum significat Cicero naturam dedisse nobis animos [et] ex corporum doloribus dolorem contrahentes [et ex suis etc. quasi dixisset *συναλγοῦντας* et *συμπάσχοντας*, et una cum corporibus dolentes sensumque corporis participantes;] illa vox viro erudito non videtur hanc exprimere sententiam; quapropter reponit *corporum doloribus coaegrentes* seu *coaegrescentes*, vel *congravescentes*, vel *confungentes*. [Addit Lamb. congruere cum his Ciceronianis illa Lucretiana lib. 3. [836. sqq.]

Praeter enim quam quod morbis tum corporis aegrit,
Advenit id, quod eam de rebus saepe futuris
Macerat, inque metu male habet, curisque fatigat.]

Fr. autem Fabricius vulgatam lectionem retinet, et ita explicat, ut dicat Tullius se vereri, ne, ut corpora, sic animos quoque natura nobis dederit imbecillos, qui corporum doloribus *congruant*, id est, conveniant, ita ut animorum dolores non secus atque corporum intolerabiles sint. Si a Ciceronis manu fuit recepta scriptura, malim *animos corporum doloribus congruentes*, eos esse qui perturbantur, cum dolent corpora, et proinde cum doloribus corporum quodammodo concordant. At, ne quid dissimulem, Tullium reliquisse puto, *corporum doloribus conruentes*. Minima certe est mutatio; quae tamen et loquendi modum et sensum commodum suppeditat. *D.*

et corporum doloribus congruentes] Goth. in marg.; fort. *coaegrescenteis*, al. *coaegrenteis* vel *congravescentes*, al. *compungentes*." In alia Ed. Goth. est *confugientes* in lectt. marg. „Cave probes Davisii sententiam, quae Ciceronis sententiam pervertit apertam. Vult enim nihil aliud, quam: non solum quum corpus dolet, dolet etiam animus, sed suis quoque et propriis molestiis implicatus est." *Bouh.* „*Animi corporum doloribus congruentes* sunt qui, cum doleant corpora, dolore simul afficiuntur eaque ratione cum corporibus concordant. Variis modis ingenium suum exercuit Lambinus: infaustis vero, ut saepissime solet, avibus. Sin autem *conruentes* legamus, videndum erit, si qua adiungi exemplorum auctoritas possit. Quam diu vero ea res mihi haud satis constabit, lectionem vulgatam retinebo: *quum praesertim* pari modo loquatur Cicero infra c. 24: *cum — sidera — viderit — caelo inhaerentia cum mundi motu congruere* i. e. simul cum eo moveri: ut in h. l. *cum doloribus congruere* est simul cum iis dolere." [Addit Handius: Tacit. Hist. I. 7: *forte congruerat, ut Clodii Macri et Fonteii Capitonis caedes nunciarentur.*] *Wopkens.* l. c. „Frustra tentavere quidam verbum *congruentes*. Sensus est, animos qui corporis doloribus afficiuntur, ut una doleant, habeantque dolores cum corpore communes." *Ern.* Nemo monuit vix ipsum Lambinum quatuor, quae protulit, verbis serio sibi videri potuisse corrigere librariorum errorem, cum duo postrema eius verba, *congravescentes* et *confungentes* auctoritate plane destituantur, primum legatur quidem, et hac ipsa in re, sed apud Tertullianum Anim. 5: *corpus compatitur animae, cui afflictae — coaegrescit.* Quod autem in Ed. 1. scriptionem *congruentes* defendit Festi explicatione [: *congruere dictum est a gruibus, quae se non segregant, sive cum volant sive cum pascuntur*:] poterat fulcire loco Solini c. 10: qui de gruibus loquens, *Ut si quae*, scripsit, *defecerint, congruant universae lassatasque sustollant.* Sed frustra. vid. modo Vossii Etymol. L. L. v. *grus* extr. et Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 122. *Mr.*

hoc me ipse castigo, quod ex aliorum et ex nostra fortasse mollitia, non ex ipsa virtute, de virtutis robore existimo. Illa enim, si modo est ulla virtus, quam dubitationem avunculus tuus, Brute, sustulit, omnia, quae cadere in hominem

---

Sed in hoc me ipse — existumo] Hunc locum non sine levi quadam variatione profert Nonius in *castigare*. *D.*

Sed in hoc me ipse castigo] „Nonnulli libri veteres habent *Sed hoc me ipse castigo*. Nonius in verbo *castigo* legit: *Sed hoc in me ipse castigo*: in quo non sum eum secutus. Quod autem idem paullo post *mollitia* legit, non, ut habent omnes libri, *mollitie*, in eo sum eum secutus.“ *Lamb.* [Nonii locus est 4, 50. p. Mercer. 251, 23.] „*Sed hoc me ipse* habet Cod. Gryph. *Mollitia* edidi ex eodem, quod olim Victorius excudendum curavit.“ *Brut.* „Est etiam *mollitia* in Cod. Col.“ *Frc. Fabr.* *In* omittit etiam Cod. Gud. 2; *me ipsum* habent duo Oxx. (sed unus supra lin. *ipse*) et Ed. P. cum Ven. Alt. itemque Cod. Gud. In uno Ox. est *quo* pro *quod*. *Mr.*

et ex nostra fortasse mollitia,] „Sic etiam Palatin. prim. tert. quart. quint. Vatican. Fabr. — Paullo post Vatican. *de virtutis robore existimem.*“ *Gebh.* Habent *mollitia* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Aug. Duisb. octo, ut videtur, Oxx. (nonus *molestia*) Edd. C. V. L. Rob. Steph. Herw. Brut. Sylb. et inde a Gebh. omnes. Solus Rehd. *et ex vera* (supra lin. *nostra*) *fortasse malitia*: egregia scilicet correctione: videtur tamen ita legisse Beroaldus, qui habet hoc annotationis lemma: *Ex aliorum malitia* additque: improbe facit, qui artem culpat ob artificem vitiosum, non recte sentit, qui virtutem metitur ex imbecillitate mortalium et *malitia*, cum ipsa virtus de suo ipsius robore aestimanda sit et a se ipsa pensitanda.“ Habet etiam *malitia* Ed. P. cum Ven. Alt. Cod. Rehd. post *virtute* addit *et*. *Mr.*

Illa enim, si modo est ulla virtus,] Codd. Aug. et Gud. *si modo ulla est virtus*. Vind. 1. *si modo virtus est ulla*. Vind. 2. et Mon. 2. *si modo est virtus ulla*. Cum Aug. et Gud. faciunt Edd. P. A. B. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Pergunt Edd. S. E. *quam disputationem* et sic MS. in marg. Asc. nostrae 2. Cod. Aug. habet *tui* pro *tuus*. Gud. *Brute, avunculus tuus*. Marb. omittit *Brute*. Sed noli inde nomini litem movere. Ad rem Beroaldus: „Cato Uticensis significatur, quem omnium virtutum auctorem vocat: qui in libris de Finibus disserens nihil praeter virtutem in bonis ducendum censet. — Hunc miro laudis praeconio effert Lucanus, de quo in II Pharsaliae eleganter scribit et in IX. dictum est:

Ecce parens verus patriae, dignissimus aris,
Roma, tuis.

— *Hic*, inquit Quintilianus, *nisi creditur fuisse sapiens, vix scio cui reliquerit huius nominis locum.*“ „Sustulit hanc dubitationem Cato, qui non modo in tota vita virtutem constantissime coluit, sed mortem fortissime obiit, cum iudicasset sibi iam e vita excedendum esse: quod et ipsum fecit, prius re cum doctis, qui eum secuti fuerant, multum et diu disputata, ut Plutarchus scripsit.“ *Cam.*

Quam dubitationem avunculus tuus] Intelligit Cicero Catonem Uticensem, summae constantiae virum: is enim Serviliae, Bruti matris, frater erat uterinus. Vide Plutarchum in Catone p. 759. et in Bruto p. 984. *D.*

quae cadere in hominem possent,] Codd. Gud. 1. Rehd. (qui *cadere* ponit ante *possent*) et duo Oxx. *in homine*. Cod. Marb. habet *possint*. In Cod. Gud. 1. pro *habet* a pr. m. est *hubent*. *Mr.*

possunt, subter se habet, eaque despiciens casus contemnit humanos, culpaque omni carens, praeter se ipsam nihil censet ad se pertinere. Nos autem omnia adversa cum venientia metu augentes, tum maerore praesentia, rerum naturam, quam errorem nostrum, damnare malumus.

2 Sed et huius culpae et ceterorum vitiorum peccatorum-
5. que nostrorum omnis a philosophia petenda correctio est. Cuius in sinum quum a primis temporibus aetatis nostra voluntas studiumque nos compulisset, his gravissimis casi-

---

eaque despiciens casus contemnit humanos,] Saepissime iungere Ciceronem *despiciendi* et *contemnendi* verba monet Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. II. p. 182. laudatque complures locos, nec nostri oblitus. Similiter dixit supra I. 40. 93: *totam — vim bene vivendi — in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia — ponamus. Mr.*

casus contemnit humanos,] „Claudianus in hanc sententiam de virtute loquens ait: [XVII. 5 sq. De Cons. Fl. Mallii Theodori.]

Divitiis animosa suis immotaque cunctis
Casibus ex alta mortalia despicit arce.“ *Beroald.* — *Carens culpa* negligentius dictum est pro *culpa vacuus.* Ad seqq. Beroaldus Silii laudat versum:

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces: et Claudiani:
Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque late
Fortunae secura nitet . . . . . .
Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis. [l. c. 1 — 4.]

In Cod. Duisb. legitur *censet nihil ad se pertinere.* Pergit Cod. Marb. *Nos tn̄* (i. e. *tamen*) *omnia.* Post *adversa* Cod. Mon. 1. omittit *tum,* cuius loco Dav. solus, ut videtur, habet *cum.* Pergit Cod. Gud. *eminentia,* unus Ox. *imminentia,* cuius glossae Gud. habet depravationem. Habet idem unus Leid. quod Bouh. frustra commendat. Pro *augentes* Cod. Fabr. referente Gebhardo habet *angentes.* Cod. Mon. 1. habet *cum errore praesentia:* cuius erroris causa manifesta est. In Rehd. est *quam nostrum errorem.* Pro *malumus* est *maluimus* in quinque Pall. Vind. 1. Gud. 2. (qui in praeteritis habet *adversa metu venientia augentes cum memore*) tribus Oxx. Edd. P. et Ven. Alt. nisi forte utraque, quod non semel monui, est una eademque. *Mr.*

c. 2. *Sed et huius culpae et ceterorum vitiorum*] Prius *et* deest in Codd. Rehd. et duobus Oxx. Eius loco Gud. habet *ut.* Alterum *et* omittunt Vind. 1. Duisb. et unus Ox. Sed duo priores habent *ceterorumque.* Inde a *peccatorumque* usque ad *expultrixque vitiorum* desunt omnia in Cod. Gud. 2. oculo scribae a priore *vitiorum* ad posterius aberrante. Cod. Gud. omittit *omnis,* unus Ox. pro *a* habet *in.* Scribitur in Gud. *correctio est petenda.* Mon. 1. et unus Ox. habent *correptio.* Verb. in marg. ex MS. nescio quo *curatio. Mr.*

Cuius in sinum quum a primis temporibus] Cod. Aug. *cum in sinum.* Vind. 1. *in sinu.* Ad v. *a primis temporibus* Beroaldus: „cum princeps Academiae Philo Romam venisset, totum se ei tradidit M. Tullius, adolescens adhuc, admirabili quodam Philosophiae studio concitatus. Erat etiam cum Stoico Diodoro, a quo studiosissime in Dialectica exercebatur.“ In Cod. Gud. scriptum est *a primis aetatis nostrae temporibus voluntas impulisset nos,* omisso *studiumque. Mr.*

studiumque nos compulisset,] „Sic habent libri manu scripti, et sic legendum, non, ut est in vulgatis, *contulisset.*“ *Lamb.* [In Edd. Lambb. et Goth. est *contulissent* et in marg. *compulissent,* quasi

bus in eundem portum, ex quo eramus egressi, magna iactati tempestate confugimus. O vitae philosophia dux! o

---

lectio Lambiniana, et sic etiam Ed. Fabr. exhibet, cuius annot. haec est: „*compulissent*, non *contulissent*, habet noster quoque MS., quo modo et suos habere, legendumque esse Lambinus annotat.“] „*Compulisset*, ut olim Vict. edidit, legitur, ut in Lambinianis, etiam in Gryphii libro. Mihi quidem, ut non dissimulem, quod sentio, *studio et voluntate* in sinum portumve *compelli*, quo omnes nostra sponte ferimur, duriuscule dici videtur.“ *Brut.* „Lambinus, ne videretur a Victorio accepisse, *compulissent* edi iussit: sed illud est praeterea in Pall. quatuor, Fabr. Vatican. Vulgo *nos contulissent*; omnino inepte: licet et mss. lectionem duriusculam autumet quidam Baro.“ *Gebh.*

Cuius in sinum — nostra voluntas studiumque nos contulisset] Sic Ms. Bak. et editio Manuciana. Vulgo *compulisset*; quod cum I. M. Bruto duriuscule dici videretur, eum propterea *baronem* vocavit Gebhardus. Bonus autem vir conviciis alium petens, semet ipse percussit; nam verbo *compellendi* nullus est hac in re locus. Cicero quidem sponte sua philosophiae studio se dedit; at ei, qui *compellitur*, aut corporea vis aut rationalis adhibeatur necesse est. *D.*

nos compulisset] „Merito Dav. praetulit *contulisset*, quod est etiam in uno Leid.“ *Bouh.* „*Compulisset* i. e. movisset, ut nos in sinum eius conferremus. Frustra corrigunt *contulisset*.“ *Ern.*„ *Compulisset* habent Regii Codd. pro vulg. *contulisset*.“ *Lall.* Kühn. dubitare se ait, an latine dici possit: *mea voluntas me contulit in philosophiae sinum*, quamquam recte dicatur: *ego me contuli ad philosophiam*: poni autem *compellendi* verbum exquisite et efficaciter ad vehementissimum animi impetum significandum. Et in hoc acquiescendum videtur: quae est etiam sententia Schützii, Wolfii, Orellii. Habent autem *compulisset* Codd. Reg. Vind. 2. Gryph. Col. Gud. 1. Aug. Rehd. Duisb. Marb. Mon. 1. 2. (hic a 2. m.) tres Oxx. Edd. S. E. V. Rob. Steph. Herw. Lamb. Gebh. Ern. Lall. Wolf. sqq. Fluctuat et alibi lectio inter hoc verbum et similia: vid. Lambin. ad Or. pro Sulla 14, 40. et ad Or. de Prov. Consul. 13, 33. et ad eos locos Or. Ad rem cf. Kühn. de Cic. in Philos. meritis p. 40. 44. 65. *Mr.*

his gravissimis casibus — confugimus] „Hoc propter bella civilia dictum est, quibus res publica oppressa in mancipatum Caesaris venit.“ *Beroald.* „*Portus* eleganti dicitur metaphora, qualis est etiam apud Euripidem Medea: [732 sq.]

οὗτος γὰρ ἀνὴρ, ᾧ μάλιστ' ἐκάμνομεν
λιμὴν πέφανται τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Et ille in Epigrammate, salutem dicens spei et fortunae, τὸν λιμένα, inquit, εὗρον.“ *Camer.* Locus est in Anthol. Gr. Jacobsii T. IV. p. 252. Anal. III. p. 286. Ad sententiam egregie facit quod Heusdius scripsit, V. Cl., in Initiis Philos. Platon. I. p. 60 sqq. — Pro *his* Cod. Duisb. *hiis*, Mon. 2. *iis*. *Mr.*

ex quo eramus egressi,] „Philosophiae studium, quod reliqueramus, cum nos ad rem publicam contulissemus gerendam.“ *Ern.* Pro *ex quo* Cod. Mon. 2. *unde*. Et sic Cicero nonnunquam locutus est: v. c. de Divin. I. 49. prc. *unde digressa est, eodem redeat oratio*. Or. pro Mur. 12: *in loco* —, — *unde abissent, eodem* — *redirent*. Duo Oxx. *iacti* pro *iactati*. *Mr.*

O vitae philosophia dux! o virtutis indagatrix,] Hanc philosophiae laudem vituperans Lactantius Divin. Inst. III. 13. p. 221. ed.

virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum! quid non modo

Dufresn. *Quasi vero*, ait, *aliquid per se ipsa sentiret, ac non potius ille laudandus esset, qui eam tribuit. Potuit eodem modo gratias agere cibo et potui, quia sine his rebus vita constare non possit: in quibus ut sensus, ita beneficii nihil est. Atqui ut illa corporis alimenta sunt, sic animae, sapientia.* — ib. c. 14. p. 223: *magistram tu virtutis aut parentem vitae vocas, ad quam si quis accesserit, multo sit incertior necesse est, quam prius fuerit.* — Duo Oxx. omittunt *vitae*; Gud. et Vind. 1. habent *virtutum*, Reg. *virtus*, Marb. *indigatrix*, ex quo errore orta est scriptio Cod. Rehd. *indicatrix*. Schefferus autem in libro de Philosophia Italica p. 39. confert sententiam Didymi ex Stobaeo: ἡ φιλοσοφία θήρα τῆς ἀληθείας ἐστὶ καὶ ὄρεξις: quae est sententia Pythagorica; itemque hanc ex Diog. Laërt. οἱ φιλόσοφοι θηρατὰι τῆς ἀληθείας. — „Ipse, pergit, Cicero investigandae veritatis dixit esse amorem, sicque vulgo nuncupari, uti ex Hortensio eius liquet, ex quo verba haec affert lib. III. Lactantius: *Quando philosophi esse coeperunt? Thales, ut opinor, primus. Recens quidem haec aetas. Ubi ergo apud antiquiores latuit amor iste investigandae veritatis?* Alludit verbis ultimis aperte ad vulgarem illam philosophiae definitionem. In Tusculana quinta *veritatis* nominat *indagatricem*, quod plane cum superioribus ex Didymo concordat. *O vitae philosophia dux*, inquit, *o veritatis indagatrix, expultrix vitiorum.* Vulgo legitur *virtutis indagatrix*. Verum sic scribendum esse, sicut diximus, vel ex Lactantio apparet, qui propterea L. III. c. 13. Inst. Div. ubi disputat adversus ea Ciceronis verba: *Cuius veritatis indagatricem profiteri putas?* (ipsum Tullium alloquitur) *qui saepe testaris, cum tanta multitudo fuerit philosophorum, sapientem tamen adhuc exstitisse neminem.* Etiam ex patribus antiquis sic nonnulli nuncuparunt. Clemens primo Stromate: φαμὲν τὴν φιλοσοφίαν ζήτησιν ἔχειν περὶ ἀληθείας. Quod Pythagorae est θήρα, apud hunc est ζήτησις. *Mr.*

expultrixque vitiorum!] „Fabr. *excultrix*: an sic *excolere* usurpatur, ut *excoquere?* ut Ovidius dixit Fast. IV. *vitium metalli excoquit ignis.* Et Virg. I. Georg. *vitium excoquitur per ignem.* Ita videtur ipse Cicero II. de Legibus: *tum nihil melius iis mysteriis, quibus ex agresti inmanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus.*“ *Gebh.* Quam inepta sit haec annotatio satis demonstravit Davisius. Scribitur *epultrixque* in aliquot, ut videtur, Codd. Oxx. Edd. L. et Ern.; *exculrixque* in Codd. Gud. 1. Reg. (ut contendit Dav. et veri est simile, quia idem habet Gud. 1.) Duisb.; unus Ox. habet *expultrix*, alius *epultrix*, omisso *que*. Pergit unus Ox. cum Mon. 1. *qui*, alius Ox. *que*; Gud. habet *sed etiam omnino*; postrema vox deest in uno Ox.; mox alius habet *esse non potuisset*. Quod est correctoris, qui non nosset hanc structuram Ciceroni non inusitatam v. c. Epp. ad Fam. IX. 15: *eos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam.* Parad. V, 1: *Is non modo imperator, sed liber habendus omnino non erit.* Nostro loco *quid* est id, quod his locis negatio in altera enuntiati parte. Verba *expultrix* et *indagatrix* sunt ἅπαξ λεγόμενα. *Mr.*

Expultrixque *vitiorum*] Cum in Cod. Fabriciano scriberetur *excultrix vitiorum*, dubitavit Gebhardus, an non ea esset vera lectio, et *expurgatricis* obtineret potestatem. Hic scilicet ille est, qui contumelioso *baronum* nomine dehonestat alios. — Sed ad rem. *Excultrix vitiorum*, prout etiam dant Reg. et Pithoean. non nisi flagitiorum servam et ornatricem potest denotare, quod est rei contrarium. Om-

nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu p. 229. a. urbes peperisti: tu dissipatos homines in societatem vitae convocasti; tu eos inter se primo domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum et vocum communione iunxisti: tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinae fuisti. Ad te confugimus, a te opem petimus: tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. Est autem unus dies bene et ex praeceptis tuis actus, peccanti

---

nino sana est aliorum Msstorum lectio. Apuleius de Mundo cap. 1. *Mihi* virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, *divinarum particeps rerum, philosophia videbatur.* Quae cum scripsit, Ciceronis locus ei fuit in mentem. Quin et eum laudant Lactantius Div. Inst. III, 13. ac Priscianus lib. VIII. col. 784. nec a vulgatis abeunt. *D.*

Tu urbes peperisti,] Ad sententiam facit Or. pro Sest. 42, 91: *Qui igitur primi virtute praestanti exstiterunt, ii perspecto genere humanae docilitatis atque ingenii dissipatos unum in locum congregarunt eosque ex feritate illa ad iustitiam atque mansuetudinem transduxerunt* etc. Plura de origine civitatum v. ad Cic. de Rep. VI. 13. p. 478. Ed. nostr. Add. quae collegit plurima Beierus ad Cic. de Off. I. p. 309. II. p. 81. Praeterea Vizzan. ad Orell. Lucan. p. 225. Plane ad nostri loci sententiam loquitur de Or. I. 9. Legitur in uno Ox. *in societate convocasti*: Gud. 2. omittit *convocasti*. Cod. Duisb. et Ed. P. habent *primo inter se*, Mon. 1. *inver sese primo*. Verb. in marg. in MS. nescio quo deesse ait *inter se*. Cod. Vind. 1. exhibet *primis domiciliis*, unus Ox. *primo domitiis*. Unus Ox. cum Marb. et Gud. 2. *tu literarum*; alius Ox. *vocum communione coniunxisti* cum Ed. P. Legitur *communi ore iunxisti* in MS. ad marg. Asc. nostr. 2. Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. *Tu lumen legum* est in Edd. P. et Ven. Alteri, in uno Ox. *tu magistra rerum;* in Edd. P. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *et disciplina fuisti;* in Cod. Vind. 1. *a te vitam petimus*; in Cod. Mon. 1. *ut ante magna ex parte;* in uno Ox. *ut domina magna ex parte.* Irrepsit hic fortasse loco adverbii glossa, eaque parum apta, vocis *magistra.* Ad v. *literarum et vocum communione* Ernestus: „i. e., ait, sermone, qui constat literis et vocibus.“ *Mr.*

sic nunc penitus totosque tradimus] „Fabr. cod. *magna ex parte totos tradimus.*“ *Gebh.* Plane ita Cod. Duisb. item omissis vocibus *sic nunc penitus — que.* Tres Oxx. *sic nunc petimus totosque tradimus. Mr.*

Est autem unus dies — peccanti immortalitati anteponendus.] „Amicus meus putat legendum *peccantis* pro *peccanti.*“ *Ursinus.* „Concinna et venusta antithesis. Unus dies, inquit, actus ex philosophiae praeceptis, pluris est, quam immortalitas peccans: immortalitati peccanti unum diem ex praeceptis philosophiae actum opposuit. Quod autem olim editum est *paene toti immortalitati*, pro *peccanti immortalitati*, nobis imprudentibus et invitis factum est: cum is, qui editioni illi praeerat, coniecturam illam cuiusdam amici mei, tanquam mihi probatam, quam delere oblitus eram, pro vera lectione, me inconsulto, secutus esset.“ *Lambin.* cur. sec. — Ego libri manu scripti lectionem probo, quae est: *Est autem unus dies bene et ex praeceptis tuis actus perpetuitati et immortalitati anteponendus.*“ *Frc. Fabr.* „Gryphii liber habet *peccanti*, ut alii vulgati. Primi excusi Venetiis, quos sequitur Victorius et post eum Lambinus *paene toti immortalitati.* Mihi lectio *peccanti* cur improbanda esset, nulla causa est visa.

immortalitati anteponendus. Cuius igitur potius opibus utamur, quam tuis? quae et vitae tranquillitatem largita
6. nobis es, et terrorem mortis sustulisti. Ac philosophia quidem, tantum abest ut proinde ac de hominum est vita me-

---

Est enim in ea contrarium superiori respondens.“ *Brut.* „Tuentur hoc communibus viribus Pall. quinque: ipse Lamb. in ed. poster. MSS. Suffridi. Victoriana vero *paene toti imm.* alias quidam cod. *perpetuitati et imm.* absurde.“ *Gebh.* Deest *et* ante *ex* in tribus Oxx. et Vind. 1. *Mr.*

Peccanti *immortalitati*] Ms. Colon. habet *perpetuitati et immortalitati;* quam lectionem probasse Fr. Fabricium, vehementer equidem miror: nam unum certe diem ex philosophiae praeceptis actum, *perpetuitati et immortalitati,* vel ut alii Codd. non minus inepte dant, *paene toti immortalitati,* ex iisdem praeceptis actae, non anteponendum censuit Tullius. Elegantissima est recepta lectio, quam nostri quidem confirmant Mssti; nec erat cur amicus Ursini reponeret *peccantis immortalitati.* De re ipsa sic Posidonius apud Senecam Epist. LXXVIII. *Unus dies,* inquit, *hominum eruditorum plus patet, quam imperiti longissima aetas.* Sed cum primis huc facit locus Philonis a Lipsio iam laudatus, ubi ait: Ὑπισχνεῖται δὲ τῷ τοιαύτην ἄγοντι εἰρήνην καλὸν γήρας, οὐ δήπου πολύχρόνιον, ἀλλὰ τὸ μετὰ φρονήσεως ζῆν· τὸ γὰρ εὐήμερον πολυετίας κρεῖττον, ὅσῳ καὶ βραχύτερον φῶς σκότου αἰωνίου· μίαν γὰρ ἡμέραν ὑγιεινῶς εἶπε προφήτης ἀνὴρ βούλεσθαι βιῶναι μετὰ ἀρετῆς, ἢ μυρία ἔτη ἐν σκιᾷ τοῦ θανάτου, σκιὰν τὸν φαῦλον αἰνιττόμενος βίον. Exstat in libro *περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος.* pag. 407. F. ed. Genev. *D.*

peccanti immortalitati] „Ridicula mihi videtur *immortalitas peccans.* Pace igitur Davisii cum eo viro critico facio, qui legebat *peccantis.*“ *Bouh.* Nihili esse Bouherii reprobationem vulgatae nemo non videt. Locis a Davisio laudatis adde Julian. Epist. 17: *ἄμεινον γὰρ ὀλίγον ὀρθῶς ἢ πολὺν κακῶς πρᾶξαι χρόνον.* ubi nostrum locum contulit Heylerus in Ed. Epp. Jul. (Mogunt. 1828. 8.) p. 234 sq. V. etiam Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. in Apollon. p. 111. B. [p. 759. ed. Ox.] p. 61. T. II. Ed. Lips. — Scribitur *paene toti* in uno Cod. Ox. veteri ap. Car. Steph. Edd. vett. ante Lamb. sec., excepta P. In uno Ox. est *peccandi,* in Cod. Gud. *pene toti mortalitati,* in Duisb. ut in Col. *perpetuitati et immortalitati*; in Aug. deest *actus,* in Gud. 2. est *peccati immortalitati. Mr.*

Cuius igitur potius opibus utamur] „Palat. sec. *cuius igitur opibus magis utemur, quam tuis?*“ *Gebh.* Habent *magis* pro *potius* duo Oxx. In Gud. Vind. 1. 2. est *utamur opibus.* Mox Gud. 1. a 1. m. *quae vitae,* sed vocula *et* inter versus adscripta est. Cod. Gud. in seqq. *nobis largita es.* Mon. 1. *substulisti.* Gud. 2. *mortis nobis sustulisti. Mr.*

Ac philosophia quidem] Dedi *Ac* cum Dav. Ern. Schz. Nobb. ex Codd. Reg. (sine dubio, quamquam collatio nostra tacet) Gud. 1. 2. Marb. Rehd. Duisb. Mon. 1. Palat. sec. quart. quint. Vatic. Vind. 1. (a 1. m., altera erasit *c.*) 2. tribus Oxx. marg. Lambb. et Goth. In Codd. Gud. Aug. est *A philosophia,* in uno Ox. *Ac a philos.* Mon. 1. *quidem in tantum.* De formula *ac — quidem* vid. Handii Tursellin. I. p. 502 sq. In reliquis libris est *At. Mr.*

proinde ac de hominum est vita merita] *Proinde* habent quatuor Codd. Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Gud. Mon. 1. Vind. 1. 2. Marb. et Palatini quatuor; itemque Edd. V. Rob. Steph. Herw. Gebh. seqq. Reliqui *perinde.* Monet Or. iam Ciceronis aetate *proinde*

rita, laudetur, ut, a plerisque neglecta, a multis etiam vituperetur. Vituperare quisquam vitae parentem, et hoc parricidio se inquinare audet? et tam impie ingratus esse, ut eam accuset, quam vereri deberet, etiam si minus percipere potuisset? Sed, ut opinor, hic error et haec indoctorum

---

ac et *perinde ac* hac sententia fuisse dictum, ut significet gleich wie, so sehr als: idque apparere ex Lege Judiciaria Galliae Cisalpinae aeri incisa Col. I. lin. 17: PROINDE ATQVE: coll. annot. ad Milonian. Garatonii p. 58. Lips. Vid. de ea re nos ad Cic. de Div. II. 42. p. 452. coll. p. 764. Add. Kritz. in censura Sallustii Herzogiani in Jahnii Annall. (Jahrbb. f. Philol. u. Paedag.) 1829. II. 1. p. 78 sq. — Unus Ox. habet *probat* pro *proinde*. Mon. 1. habet *hominum e vita*; Duisb. omittit *est*; unus Ox. habet *laudatur*. *Mr.*

ut a plerisque neglecta a multis etiam vituperetur.] „Ita Victor. Palatin. prim. sec. quart. quint. Vatican. Nam in Fabr. est *a plerisque neglecta, a plerisque etiam*. Vulgo *a plerisque neglecta* evanida sunt, cum sententiae et elegantiae detrimento." *Gebh.* Cod. Vind. 2. omittit *ut;* pergunt tres Oxx. *a plurimis neglecta.* Verba *a plerisque neglecta* desunt in Edd. M. Ald. Boul. Lambb. Goth. Sylb. Pergit Cod. Duisb. *a plerisque etiam*; omittunt *etiam* Codd. Aug. (qui habet *a multa*) Vind. 2. et unus Ox.; alius habet *vituperaretur*. *Mr.*

Vituperare quisquam vitae parentem,] „Victorii editio: *vituperare quisquam inquam vitae parentem*: quod nullibi praeterea reperi." *Gebh.* Habent illud *inquam*, praeter Victorium, etiam Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. [haec habet *in quam*] Junt. Asc. I. 2. Rob. Steph. Herw. Unus Ox. habet *vitae patrem*. *Mr.*

Vituperare — ingratus esse] Profert Lactantius Div. Inst. III, 14. et non quidem nihil a Tullii Codicibus abscedit. *D.*

Vituperare quisquam] Locus hic apud Lactantium Div. Inst. III. 14. ita legitur: *Quisquamne vituperare vitae parentem et hoc parricidio se inquinare audeat; et tam impie ingratus esse?* Ed. E. habet *et de hoc*. Pro *parricidio* est *patricidio* in Cod. Gud. 2. et Edd. L. et Frc. Fabr.; unus Ox. habet *sese* pro *se*, alius *vituperare* pro *inquinare*; quod est dormitantis. Cod. Gud. 2. *audeo* pro *audet*. In uno Ox. deest *tam*; in alio mox cum Duisb. *debeat* pro *deberet*. Tum Marb. *percipere posset*. Videtur hoc utrumque (*debeat* et *posset*) deberi correctoribus, qui de iusta in his verbis temporum consecutione dubitarent, ut Jentzen. (in Censura Insign. Locor. in Cic. de N. D. Libro primo p. 20.), qui nostrum locum non corruptum quidem esse iudicandum ait, sed a regula prorsus abhorrere. Pergit unus Ox. *Sed opinor*, omisso *ut*: et ita loquitur Cicero nonnunquam v. c. ad Famn. VII. 24; saepius tamen eo modo, quo hic. *Mr.*

hic error, et haec — animis offusa caligo est] „Zeugma est. Notemus quoque stultitiam saepe cum nebula et caligine comparari; cf. I. 26. 64." *Schuch.* Add. de Finn. V. 43: *Infirma aetate imbecillaque mente vis naturae per caliginem cernitur.* Cod. Marb. cum Gud. 2: habet *hic indoctorum*, unus Ox. *haec in doctorum animis*, Vind. 1. *haec indoctorum hominum animis*, unus Ox. omittit *animis*, sex cum Gud. 2. Gud. Rehd. Mon. 1. Vind. 1. habent *effusa* pro *offusa*; Gud. 2. *inductorum;* Aug omittit *haec;* unus Ox. habet *infusa*, unus *caligine* pro *caligo est*. Tum marg. Crat. *ad quam tam*. Mon. 1. *retro spicere*, Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *retro aspicere*. *Mr.*

animis offusa caligo est, quod tam longe retro respicere non possunt, nec eos, a quibus vita hominum instructa primis sit, fuisse philosophos arbitrantur.

3 Quam rem antiquissimam quum videamus, nomen tamen
7. esse confitemur recens. Nam sapientiam quidem ipsam quis negare potest non modo re esse antiquam, verum etiam nomine? quae divinarum humanarumque rerum, tum ini-

---

nec eos, a quibus vita hominum instructa primis sit,] „Sic Victorii editio, cui συμφωνεῖ Palatin. quart. quint. qui *primum sit.* at prim. *a quibus primo v. h. instructa sit.* quint. *instructa primum sit.* vulgo *primo sit.*“ *Gebh.* „*Primis sit,* ut olim edidit Victor. et illum secutus Vascosan. habet Gryphii liber. *primo sit.* alii legunt.“ *Brut.* „Unus Leid. *primum sit,* alius *primo sit.* Nonnullae Edd. in his Rob. Steph. exhibent *prius sit.* Equidem legendum existimo *primitus* sit, ut est in mea Ed. vet.“ *Bouh.* Cod. Rehd. habet *hominum vita instituta.* Duisb. *primo instructa sit;* Gud. Aug. et unus Ox. cum Vind. 1. *primum;* tres Oxx. Gud. 2. Mon. 2. *primo* cum marg. Crat. M. L. Lambb. Goth. Ald. Leod. Boul. Car. Steph. Sylb.; *prius* habent Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt.; Codd. Marb. et Mon. 1. habent *primitus,* ut volebat Bouh., quamquam haec vox ne Ciceroniana quidem est. In Cod. Marb. deest *fuisse.* *Mr.*

Cap. 3. *Quam rem antiquissimam quum videamus,*] Barbaris eius origines ipsi adscribebant Graeci, teste Diog. Laërt. Prooem. prc. cuius ad sequentia huc faciunt, quae idem posuit ibid. VIII. 12: *φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον — — μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἢ θεόν. θᾶττον δὲ ἐκαλεῖτο σοφία, καὶ σοφὸς ὁ ταύτην ἐπαγγελλόμενος, ὃς εἴη ἂν κατὰ ἀκρότητα ψυχῆς ἀπηκριβωμένος· φιλόσοφος δὲ ὁ σοφίαν ἀσπαξόμενος.* Vid. quae ad h. l. interprr. Add. Schneiderum in Lex. v. *φιλοσοφέω.* *Mr.*

nomen tamen confitemur esse recens.] „Hoc maluimus cum Victor. et Palatin. quint. ita tamen, ut non improbem scripturam pr. *nomen tamen eius confitemur recens.*“ *Gebh.* Scripsi *esse confitemur* cum Dav. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Vind. 1. Edd. P. M. L. Brut. Goth. Leod. Car. Steph. Boul. Ald. Sylb. Reliquae Edd. habent *confitemur esse,* exceptis Or. et Tbn. quae nobiscum faciunt, et A. quae habet *confiteamur esse.* Tres Oxx. omittunt *esse,* tres habent eius loco *eius* cum Gud. In Cod. Rehd. est *recens esse confitemur.* In reliquis Codd. est *conf. esse* ut in multis Edd. Mox Codd. Aug. Gud. Vind. 1. *rem esse antiquam,* quod non in pluribus esse mireris, pro *re e. a.* Cod. Mon. 1. *re ipsa antiquam.* Ed. P. *non re modo esse ant.* Unus Ox. *antiqua.* alius omittit *nomine.* Paullo superius Gud. 2. *quidam* pro *quidem.* *Mr.*

Quae cum divinarum humanarumque rerum] „Sic iam olim edi iusseram, in quo mihi obtemperatum est, nisi quod particula *tum* ante *cuiusque rei* non fuit deleta. nam ex antiqua scriptura, quae non habet illud *tum* ante verba illa, quae dixi, *cuiusque rei,* facile animadverteram, vel imprudentem atque errantem scriptorem, vel prudentem et plus nimio sibi fidentem, harum particularum *cum, tum* ordinem perturbasse easque non suis locis collocasse: sed, cum deberet ita scribere: *quae cum div. humanarumque rerum,* scripsisse: *quae divinarum* etc. deinde, cum scribere deberet: *tum initiorum causarumque cuiusque rei cognitione,* scripsisse: *tum initiorum causarumque tum cuiusque rei cognitione.*“ *Lambinus:* cur. sec.

Quae cum *divinarum — tum initiorum*] Sic Lambinus edidit,

tiorum causarumque cuiusque rei cognitione, hoc pulcherrimum nomen apud antiquos assequebatur. Itaque et illos septem, qui a Graecis σοφοί, sapientes a nostris et habebantur et nominabantur, et multis ante saeculis Lycurgum, cuius temporibus Homerus etiam fuisse ante hanc Urbem

---

probante Cl. Bentleio: nam vulgo deest secunda vox, nec eam Codices exhibent. *D.*

quae divinarum humanarumque rerum] Abieci Lambinianum illud *cum* a Davisio receptum, quod nullus plane liber agnoscit, et abest incolumi sermone et sententia. Cicero de Finn. II. 12. 37: *divinarum humanarumque rerum scientia, quae potest appellari rite sapientia.* Add. Wyttenbachii Praecepta Philos. Logicae Prooem. §. 1. Plexiaci Lexicon philosophicum p. 1. sq. Böttiger: Ideen z. Kunstmythologie I. p. 155. Supra IV. 26. 57: *sapientiam esse rerum divinarum et humanarum scientiam, cognitionemque, quae cuiusque rei causa sit*: ubi vid. ann. nostr. In Cod. Gud. scribitur *divinarum rerum humanarumque. Mr.*

Causarumque cuiusque rei cognitione] „Genuina lectio Victorio primum, deinde Lambino recepta, iam amplius in supervacuum comprobata a quatuor Palatin. (solus quart. paullulum abit; *causarumque cuius reique*) Fabr. Vatican. vulgo *tum* ante *cuiusque* exturbat." *Gebh.* „Ego quoque ex Gryphii exemplari et Victorii editione *tum* sustuli, non otiosam solum vocem, sed Ciceronis sententiam turbantem. *Brutus.*

tum initiorum causarumque cuiusque rei] Mon. 1. omittit *tum.* Unus Ox. omittit *rerum tum initiorum causarumque*, duo habent *causarum*, omisso *que.* In Gud. 2. legitur *tum vitiorum.* Vind. 1. omittit *rei.* Post *causarumque* addunt *tum* Edd. vett. ante Gebh. pleraeque, exceptis P. V. Rob. Steph. Herw. Brut. Leod. Sylb. In Cod. Gud. 1. est *cuius rei. Mr.*

Itaque et illos septem, qui a Graecis] Cod. Mon. 1. *Itaque illos*, omisso *et*; unus Ox. *et in illos*, Rehd. omittit *septem.* Marb. *a Graecis ΟΦΟΙ* (supra lin. *gr.*), Duisb. *COΦI* (supra lin. *sofi*) *id est sapientes*, Mon. 1. *sophi sapientes*, Aug. *sofi i. sapientes*; unus Ox. loco vocis Graecae lacunam habet. In Gud. 1. legitur *Itaque apud illos septem*; in Rehd. *sapientes et a nostris habebantur*, Gud. et Duiab. omittunt *et* ante *habebantur*; in Gud. 1. est *habeantur*, et sic etiam Cod. Reg. Et sic saepissime hi Codd. etiam in erroribus concinunt. Gud. 2. omittit verba *et nominabantur.* Laudat nostrum locum, sed scriptione a libris abhorrente, Jo. Valensis in Compendiloquio p. 180. versa, b. ita: *nomen sapientiae apud antiquos fuit pulcherrimum. Itaque illos septem qui a Graecis sophy, i. sapientes a nostris et habebantur et dicebantur.* Cod. Rehd. *COOO* pro σοφοί. *Mr.*

et multis ante saeculis Lycurgum] Ad structuram vid. Handii Tursellin. I. p. 372 sq. Ad hanc vero et seq. *ante hanc urbem conditam* ib. p. 368. Schmidt in Ephem. Scholast. (*A. S. Z.*) 1826. 259. p. 413. — Cod. Gud. habet *seclis.* Marb. *ligurgus*, Gud. 2. *liggurgum*, Mon. 1. *licurgum. Mr.*

Lycurgum, cuius temporibus Homerus etiam fuisse — traditur] Cod. Gud. *etiam Homerum fuisse*, Rehd. *Homerus fuisse etiam*; Vind. 1. *Homerum fuisse et ante.* Enotavit etiam *Homerum* Verb. in marg. ex MS. nescio quo. Unus Ox. omittit *etiam.* Mon. 1. habet *fuisse etiam.* Gud. *constitutam traditur de heroicis etiam aetatibus.* Ad rem Orellius: „Groddeckius ex Marmore Pario p. 10. ed. Wag-

conditam traditur; et iam heroicis aetatibus Ulixem et Nesto-
8. rem accepimus et fuisse et habitos esse sapientes. Nec vero
b. Atlas sustinere caelum, nec Prometheus affixus Caucaso,

---

ner: *ἀφ' οὗ Ὅμηρος ὁ ποιητὴς ἐφάνη* H *ΗΔΔΔΔΙΙΙ* [643 = 907. a. C.] *βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Διογνήτου.*" Wolfius in scholis Homerum dimidio seculo priorem Lycurgo esse ponendum monet, nec vero paullo ante Lycurgum a. 880 — 900. a. C. De septem Graeciae sapientibus singularis exstat scriptio J. F. Buddei, quae inscribitur: Dicta Illustriora Septem Graeciae Sapientum. Halae 1699. 4. (Octo Dissertatt.) Add. Tiedemanni librum: Griechenlands älteste Philosophen. Lips. 1780. eosque qui recentissimo tempore historiam philosophiae veteris scripserunt. *Mr.*

Lycurgum, *cuius temporibus* Homerus *etiam fuisse traditur*] Chronologiam, quam ponit Cicero, secuti sunt ii, qui, quemadmodum tradit Strabo lib. X. pag. 739. Lycurgum dixerunt *ἐντυχόντα Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ κατᾶραι πάλιν εἰς την οἰκίαν.* Quibus cur Js. Casaubonus non sit assensus, nescio; pariter enim refert Plutarchus in Lycurg. pag. 39. eum pro nonnullorum opinione *κατ' ὄψιν ἐντυχεῖν Ὁμήρῳ.* Adi sis Joan. Marshamum ad Saec. XV. rerum Aegypt. pag. 437 seqq. edit. Franeker. Hac in re mendosus est Suidas, cui medicinam dabo. *Λυκοῦργος*, inquit, *Σπαρτιάτης, νομοθέτης· ὃς γέγονε τῶν Τρωικῶν μετὰ ἔτη ΟΚΤΩ.* Ms. Paris. *ἔτη ν.* quod *quinquaginta* denotat. At omnino leg. *ὀγδοήκοντα.* Lycurgum *γεγονέναι κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας* statuit Xenophon de Rep. Laced. pag. 845. At Homero coaevus censetur ille Legislator; et Cratus vult *περὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον Ὅμηρον γεγονέναι μετὰ ἔτη ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως.* Vide Clementem Strom. I. pag. 380. et auctorem vitae Homericae, quam Dionysio Halicarnasseo tribuit Th. Galeus pag. 284. Res videtur manifesta. *D.*

etiam heroicis aetatibus Ulixem et Nestorem] Pro *etiam* Or. coniecit *et iam*, quod, cum nihil plane mutationis afferat loco, et sententiam adiuvet, recipiendum duxi. Idem ad *heroicis aetatibus* confert de Div. I. 1: *ab heroicis ducta temporibus.* In Cod. Vind. 1. *etiam* omittitur, Mon. 1. habet *et.* Vides librarios violentiorem adhibuisse medicinam loco, quam nos cum Orellio. Cod. Marb. pro *heroicis* habet *eroicis*, unus Ox. *erroris*, quod manifesto ex *eroicis* ortum est. Vind. 1. exhibet *et ante — in heroicis aetatibus.* Scripsi *Ulixem* ex Codd. Bern. Gud. 1. 2, Aug. Rehd. Duisb. Gud. Marb. et uno Ox. cum Dav. Wolf. Or. Nobb. Tbn. Unus Ox. omittit *accepimus. Mr.*

Nec vero Atlas sustinere caelum — nisi caelestium divina cognitio] Heraclitus de Incred. cap. IV. *Ἄτλας ἀνὴρ σοφὸς ὢν τὰ κατὰ ἀστρολογίαν πρῶτος κατώπτευσε, προλέγων δὲ χειμῶνας καὶ μεταβολὰς ἄστρων καὶ δύσεις, ἐμυθεύθη φέρειν ἐπ' ὤμων τὸν κόσμον.* Pari ratione fabulam enarrant Diodorus Siculus Bibl. lib. III. pag. 193. Herodotus apud Clementem Strom. I. pag. 360. Servius ad Aen. I, 745. et Isidorus Orig. XIV, 8. Hinc eum philosophis accensent Diogenes Laertius Prooem. §. 1. et Suidas in *Ὦχος. D.*

Nec vero Atlas sustinere caelum,] Cod. Duisb. *athlans*, Gud. 1. *athalans*, medio *a* punctis notato. Codd. Mon. 1. 2. *Athlas*, cum Cod. Rehd. In Cod. Gud. est *non vero* pro *nec vero.* De Atlante vid. etiam Ovid. Metam. IV. 610 sqq. Plin. H. N. V. 1. Albric. Philos. de Deor. imaginib. p. 936 sq. in Ed. Staveren. Mythographorum Latinorum, ibidemque van Staveren p. 960. Nuperrime accurate pertractata est tota de Atlante fabula a M. W. Hefftero in Ephemerid.

nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, nisi caelestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulae traduxisset. A quibus ducti deinceps omnes, qui in

---

Scholast. (*A. S. Z.*) 1832. II. 74 — 76. cuius commentationis huc pertinet §. 15. ibiq. laudd. pag. 611. ubi docetur ante Ciceronem Atlantem a nemine astrologum fuisse existimatum, post Ciceronem saepius. De Prometheo vid. ibid. Hygin. Fabb. 54. 144. Hygin. Poet. Astronom. XV. p. 455 sq. Mire invertit sententiam loci Kühnerus, ita verba: *Nec vero — traduxisset* explicans: „Atlas, Prometheus et Cepheus propter divinam, qua excellebant, rerum cognitionem in sapientibus numerarentur, nisi mythologiae inanibus fabulis et commentis sapientiae nomen deletum esset.“ Melius, opinor, sic dixeris: sine dubio divina, qua excellebant Atlas, Prometheus et Cepheus, rerum caelestium cognitione, quae re vera sapientia dici meretur, factum est, ut, quum antiquissima aetas veterum temporum memoriam fabulis involveret, Atlas sustinere caelum; Prometheus affixus Caucaso et Cepheus stellatus traderetur. — Solus Cod. Mon. 1. habet *Prometheus Caucaso affixus. Mr.*

Nec Prometheus affixus Caucaso] Hanc in rem praeclare Servius ad Eclog. VI, 42. *Ipsum etiam Prometheum per Mercurium in monte Caucaso religaverunt ad saxum, et adhibita est Aquila, quae cor eius exederet. Haec autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus vir prudentissimus fuit — Hic primus Astrologiam Assyriis indicavit, quam residens in monte altissimo Caucaso nimia cura et sollicitudine deprehenderat* etc. Vide et Aeschyli Prom. Vinct. vss. 456, 483. *D.*

stellatus Cepheus] „Luculenter hoc et eleganter est dictum pro: inter sidera relatus, et sidus factus: sed Graecorum more, quibus hoc significat καταστερισθείς, ait Turneb. Lib. VII. Advers. cap. 16.“ *Frc. Fabric.*

Stellatus *Cepheus*] [Aethiopum rex] Inter astra positus, καταστερισθείς. Cepheus, uxor eius Cassiopeia, filia Andromeda, generque Perseus in sidera fuerunt relati. Videantur Cicero N. D. II, 43. Lucianus de Saltat. Tom. I. pag. 803. et Theon in Aratum pag. 26. *D.*

stellatus Cepheus] Laudat praeterea Bill. Ovidium Met. IV. 610 sqq. Hygin. Fab. 64. Manil. Astron. V. 530 sqq. Add. Hygin. Poet. Astron. p. 443 sq. P. Caesii Caelum Astron. poet. p. 114 — 120. Eund. de Prometheo p. 176 — 178. Ceterum tenendum hunc usum participii *stellatus*, qui hic obtinet, nostro loco plane esse singularem. In Cod. Vind. I. scriptum est *Zepheus*. In Gud. 1. mire: *nec stepheus cum uxore, filia, genero;* in Duisb. *cum uxore et genero et filio. Mr.*

caelestium divina cognitio] „Sc. Prometheus in Caucaso sedens stellas speculatus erat, Cepheus item astrorum studio deditus fuit. Hinc fabulae factae.“ *Ern.* De his rebus, quae recentiores fabularum mythicarum interpretes vel sentiant vel opinentur, habes collecta in Klopferi Lex. Mythol. v. *Andromeda, Cassiopea, Cepheus, Perseus; Prometheus; Atlas.* Pro *divina* Cod. Mon. 1. *dina.* Scribitur *fabulae traduxissent* in Codd. Reg. Gud. 1. (hic *n* supra lin. additum habet) 2. Marb. Duisb. et uno Ox. *Mr.*

A quibus ducti deinceps omnes, qui —] „*Omnes* in Gryph. libro non habetur.“ *Brut.* „Mallemus cum Pearcio [apud Olivetum] *a quibus docti.*“ *Lall.* „Male Pearcius *docti. Ducti* est *orti, profecti*, ut alibi dicit Cicero v. c. *a Zenone profecti* sunt discipuli eius. Div. I. 3.“ *Ern.* Male Gesn. in Chrest. Cic. p. 399. *ducti* explicat *deri-*

rerum contemplatione studia ponebant, sapientes et habebantur et nominabantur: idque eorum nomen usque ad Pythagorae manavit aetatem: quem, ut scribit auditor Platonis, Ponticus Heraclides, vir doctus in primis, Phliuntem ferunt venisse, eumque cum Leonte, principe Phliasiorum, docte

---

vati, collatis locis de N. D. I. 19. extr. et de Off. I. 43. prc., qui plane nihil ad rem faciunt. Recepit tamen Bill. hanc Gesneri pravam, cum bona Ernesti interpretatione, ut solet promiscue mala bonis iungere. — Ceterum abest *omnes* etiam a Cod. Gud. 2. In Mon. 1. est *omnesque rerum*, omisso *in*. Unus Ox. omittit *studia*; Duisb. *et* post *sapientes*. Gud. habet *et nominabantur et habebantur*. Pergit unus Ox. *idemque eorum*, Marb. *itaque eorum*. *Mr.*

usque ad Pythagorae manavit aetatem] „Hunc tradunt Pherecydem audisse, cuius aetatem attingunt illi, qui septem sapientum nomen in Graecia habuere. Ipse floruit post hos, Dario Hystaspis filio Persarum tenente regnum. Quibus temporibus et Polycrates Tyrannus fuit Sami, quem Pythagoras fugiens in Italiam venisse traditur, fuisse autem et inde oriundum, quippe Tyrrhenum, gemmarum sculptoris filium. De quo tamen aliter de Sermonibus Phliasiorum et Sicyoniorum Pausanias *Κορινθιακοῖς*. Scribit enim, Hippasum Phliasium recusantem parere Doriensibus, quorum imperio Phliasii se subiecturos esse constituissent, cum aliis quibusdam in Samum se contulisse. Huius Hippasi quartam sobolem esse Pythagoram, filium Mnesarchi, cuius pater fuisset Euphron, filius Hippasi.“ *Camerar.*

quem, ut scribit auditor Platonis, Ponticus Heraclides,] Cod. Rehd. *quem ut videtur, ut scribit auditor eorum*. Duisb. *Platonis auditor Heraclides Ponticus* ordine verborum consulto, ut videtur, immutato. Recte monet Or. ad Wolfii scholas, saepe scribere Ciceronem *Ponticus Heraclides, Phalereus Demetrius*, sicque exhibere optimos plerumque libros: interpolatos vero invertere solere eum ordinem. Vid. Orell. ad Cic. Brut. 9, 37. p. 219. Ed. Beieri. In Codd. Marb. et Mon. 1. scriptum est *Eraclides*. De eo viro vid. Creuzer. ad Cic. de N. D. I. 13. p. 59. ed. Cr. et nostr. maj., eund. ad Cic. de Legg. III. 6. p. 405. ed. nostr. et Cr. ibidemque nos. Add. Boeckh. in Platon. Minoëm p. 79. Voemelii Prolus. Scholast. Francof. a. 1832. p. 19. (De Aetate Solonis et Croesi). — Pro *vir doctus* unus Ox. habet *indoctos*. Pro *Phliuntem* Ed. Ven. nostr. Codd. Reg. Gud 1. tres Oxx. *Philuntem*; duo Oxx. Vind. 2. Gud. 2. Marb. Mon. 1. 2. *Philontem*, Vind. 1. *Phlyontem*; unus Ox. *Philiantem*; Ven. Alt. *Philiuntem*; tum Rehd. *venisse ferunt*, Gud. *novisse ferunt*, unus Ox. *ferunt pervenisse*. *Mr.*

Eumque cum *Leonte principe Phliasiorum*] *Eum* locus non recipit. Legendum *cumque Leonte*, ut monuimus ad Epit. Lactantii cap. XXII. pag. 63. De re ipsa sic Diogenes Laertius Prooem. §. 12. *Φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον ἐπ' ΣΙΚΥΩΝΙ διαλεγόμενος Λέοντι τῷ ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ τυράννῳ, ἢ ΦΛΙΑΣΙΩΝ, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῇ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΝΟΥ.* Heraclidi Pontico Sosicrates adsentitur. Vide sis eundem Diogenem VIII, 8. *D.*

eumque cum Leonte] „Pronomen *eum* sistit quidem illud *συντάξεως* cursum, si spectes relativum *quem*; sed parilis est impeditae constructionis durities in his exemplis: Acad. I, 8: *quam vim — eandemque esse* — de Finn. II. 2: — *quo omnia referrentur, neque id ipsum usquam referretur*.... Neque his similibusque locis quid-

et copiose disseruisse quaedam. Cuius ingenium et eloquentiam quum admiratus esset Leon, quaesivisse ex eo, qua maxime arte confideret: at illum, artem quidem se scire nullam, sed esse *philosophum*: admiratum Leontem novita-

---

quam movendum." *Wopkens.* l. c. p. 104 sq. Ed. Hand. p. 144. Recepit tamen suam coniecturam Dav. in Ed. 2. probante (cupidius, opinor) Ernesto. Commode laudat Kühn. ad hunc locum, quo constructio relativa in demonstrativam transit, Cic. Parad. V. 1. 34: *cuius omnia — apud eum* — et Homer. Jl. I. 78: ὃς μέγα πάντων Ἀργείων κρατέει καὶ οἱ πείθονται Ἀχαιοί. Hermann. ad Viger. p. 708. Ochsner. Eclog. Cic. p. 317. Ad rem cf. Heusdii Initia Philos. Platon. I. p. 50 sq. De nomine *Leon* vid. Schneider. Formenl. I. p. 146. Ochsner. ad Eclog. Cic. p. 53 sq. *Mr.*

principe Phliasiorum] Errari etiam in hoc nomine, nemo non exspectabit. *Philiasiorum* habent tres Codd. Oxx. Vind. 1; *Philasiorum* Mon. 1; *Phyliasiorum* Gud. 2; *Phliasorum* unus Ox., alius *Philiasorum*; Marb. *Philisiorum*. De scriptione adiectivi gentilis, in qua ipsum Ciceronem fluctuasse scimus ex Epp. ad Att. VI. 2., vid. A. Maium ad Cic. de Rep. II. 4. p. 209. ibidemque nos p. eadem et seq. Pergit Cod. Duisb. *eloquenter vel sapienter et copiose.* Habes manifesta vocis *docte* glossemata, quae veram vocem eiecerunt. Nomen *Leon* omissum est in Cod. Gud. 2. Pro *quaesivisse* Cod. Marb. *quaesisse*, Gud. *quaesivisset*. *Mr.*

qua maxime arte confideret,] „Hoc esse Graece dictum, ἐπὶ τίνι μάλιστα φρονοίη aut πεποίθοι, Turnebus admonet." *Franc. Fabr.* Explicat Hottinger. ad Oliveti Eclog. Cic. p. 413: cuius artis scientiam potissimum profiteretur. Ochsner. ibid. laudat Cic. de Off. I. 31. *qui voce fretus est* [est ibi: *qui voce freti sunt* [*scenici*], *Epigonos Medumque* [*fabulas, ut sibi accommodatissimas, eligunt.*]] Virg. Aen. X. 181: *Astur equo fidens* — [ubi explicat Servius: equēs optimus]. Ceterum haec verbi *confidendi* significatio neglecta est ab iis, qui Lexica condiderunt. Scribitur *maxima* pro *maxime* in uno Cod. Ox. Edd. P. A. B. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. In uno Ox. est *ille* pro *illum*; in Gud. 2: *confidere Plato at illum quidem nullam artem se scire sed se esse philosophum.* Gud. *illum autem artem* — Duisb. *se illum respondisse artem* — Rehd. omittit *quidem*, Gud. sequens *se*, idem mox habet *se* (pro *sed*) *esse*, unus Ox. ut Gud. 2. *sed se esse ph.* ad sententiam v. Jacobsii libellum qui inscribitur: Üb. d. Erziehung der Griechen z. Sittlichkeit, in: Denkschr. d. Akad. d. Wissensch. z. Münehen. a. 1808. p. 3 sq. Equidem h. l. suspicor Graecis literis fuisse scriptum nomen, φιλόσοφον, in origine enarranda. *Mr.*

admiratum Leontem novitatem nominis quaesisse] „Sic sequi maluit nonnullos Gebhardus, quam Victorium, qui nunc quoque, ut duobus versibus ante, expressit *quaesivisse*. Et hoc sane video notatum in collatione eius libri, quem suspicor a Gebhardo Vaticanum nominari. Sed neque haec varietas aut grata aut credibilis." *Gronov.* Tenendum h. l. verbum *admiratum* alio eoque rariore sensu poni, quam modo *admiratus*. Ita tamen etiam est ad Att. VII. 9: *admiratus sum brevitatem epistolae tuae.* Plura vide apud Ochsn. in Eclogg. Cic. p. 24 sq. ed. 3. qui nostrum potissimum locum ei discrimini exponendo adhibuit. Conf. eundem ib. p. 141. et Menkenii Obss. Ling. Lat. p. 20 sqq. Verb. ex MS. nescio quo *admirantem* enotavit. Gud. 2. habet *admiratum autem Leontem.* Legitur *novitate* pro *novitatem* in Edd. P. A. B. S. C. V. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. Rob. Steph.

tem nominis quaesivisse, quinam essent philosophi, et
9. inter eos et reliquos interesset: Pythagoram autem res
disse: *Similem sibi videri vitam hominum, et mercatum*

Herw. et uno Ox. Solus Gud. 1. habet *At miratum:* quod vi correctoris, qui hunc usum verbi *admirandi*, qui hic obtinet, ali non nosset. Solus Gud. 2. *novitatem vocabuli et nominis:* in scriptione vides glossam in seriem orationis receptam eique v *et* annexam. Pro *quaesivisse*, quod est in Codd. MSS., est *quae* in Edd. vett. plerisque itemque Gebh. Verb. Ern. Schz. Nobb. nisi quod Edd. S. E. V. Rob. Steph. HWolf. nobiscum faciunt.

Novitatem nominis] Pythagoras *nominis* illius *erat inventor* ait noster cap. 4. Nonnullos veterum locos hanc in rem pro Menagius ad Laertii Prooem. §. 12. sed augeri facile possunt collectanea. Stobaeus Ecl. Phys. pag. 27. *Πυθαγόρας — πρῶτος ΑΟΣΟΦΙΑΣ τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύσας.* Lege *φιλοσοφίαν* recte scribitur apud Plutarchum Placit. I, 3. Vide Valerium M mum lib. VIII. cap. VII. 2. ext. Quinctilianum Inst. Orat. XI Lactantium Epit. cap. XXXVI. pag. 87. Augustinum C. D. VII de Trin. XIV, 1. Iamblichum vit. Pyth. §. 58. denique Ioan. S beriensem Policr. lib. VII. cap. 4. *D.*

Similem sibi videri vitam hominum et —] „Hanc similitudi Laërtius in Pythagora lib. 8. ita exponit: *εἶπε τὸν βίον ἐοικέναι πηγύρει· ὡς οὖν εἰς ταύτην οἱ μὲν ἀγωνιούμενοι, οἱ δὲ κατ' ἐμπο οἱ δὲ γε βέλτιστοι ἔρχονται θεαταί, οὕτως ἐν τῷ βίῳ οἱ μὲν ἀνδραπ δεις ἔφη φύονται, δόξης καὶ πλεονεξίας θηραταί, οἱ δὲ φιλόσοφοι τῆς θείας.*“ *Frc. Fabr.* „Videtur Cicero tot verba (*mercatum eum, qu celebritate*) hic posuisse, quod nullum haberet, quo uno vim G vocabuli *πανήγυρις* exprimere posset.“ *Henr. Steph.* in Cic. p. 185. „Nobilem hanc Pythagorae sententiam a multis expre esse docuit Hemsterhusius ad Luciani D. M. 26. p. 494. Longin Sublim. 35, 2.“ *Klein.* Excerpsit hunc locum Jo. Valensis in pendiloquio p. 174. versa: „De hoc Tullius V. Tusc. q. post pr pium: *sicut in mercatu celebrato apud Graeciam: sic et in vita. enim veniebant aliqui causa gloriae, aliqui causa pecuniae, aliqui et rari illa pro nihilo habentes veniebant ut intuerentur studiosius turam rerum. Sic et in vita. Sunt enim quidam, qui ad veniunt et in ea laborant ob nobilitatem coronae, alii causa lucri dendo et emendo: alii ut intueantur studiosius rerum naturam: possunt appellari studiosi sapientiae sive philosophi. Unde Anaxa interrogatus cur natus esset, ostenso caelo sideribusque monstratis spondisse fertur: ad horum omnium contemplationem; sicut dicit cidius super primum librum Timaei Platonis.* [Vid. Appendicem S. Hippolyti Ed. J. A. Fabricii pag. marg. 361.] Ad loci str ram: *similem sibi videri — et* — Wolfius in scholis monet Graecis et Latinis esse propriam, eamque confert cum locutio *similiter ac, perinde ac, alius ac.* Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 413. co de N. D. III. 6: *Quid simile medicina et divinatio?* quod alie esse a nostro loco exemplum vere monet Kühn. quia ibi intelli dum est *habent.* Bene autem ille confert Graecam locutionem *δ καὶ, ὁ αὐτὸς καὶ,* ex Platon. Crit. 8. p. 48. b. Herodot. VII. 84 Add. de N. D. 3, 3: *Tu, qui id quaeris, similiter facis, ac. s roges, cur te duobus contuear oculis, quum idem uno assequi po* Cic. ad Att. II. 3: *quod non est dissimile atque ire in Solon* Hadrian. Cardinal. de Serm. Lat. p. 41 sq. (ed. Norimb. 1681.) morabilis etiam est structura in Ep. Cic. ad Att. de Oration

qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Grăeciae celebritate: nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et

---

Clod. et Curionem p. 83. ed. Beieri Fragmm. Orr. *Simile est, inquam, quasi in operto dicas fuisse. Mr.*

vitam hominum et mercatum eum,] Cod. Gud. 2. *vita* pro *vitam*. Ex prava glossa in Codd. Mon. 1. et Rehd. est *ut mercatum eum*. Unus Ox. pro *eum* habet *cum;* duo cum Mon. 2. *qui habetur;* Mon. 1. et Aug. *maxime*. Ad v. *mercatum* adde iis, quae supra ex H. Stephano monuimus, Vossium ad Vellej. Paterc. I. 8: ubi est: *Iphitus Elius eos ludos mercatumque* [Olympia] *instituit*. Add. Justin. XIII. 5. 3: *in mercatu Olympico. Mr.*

Similem sibi videri] Nos, iis praetermissis quae collegit Aeg. Menagius ad Laertii lib. VIII. §. 8. nostra proferemus. Totum igitur hunc locum Graece tantum non servavit Iamblichus vit. Pythag. §. 58. *Ἐοικέναι γὰρ ἔφη (Πυθαγόρας) τὴν εἰς τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων πάροδον τῷ ἐπὶ τὰς πανηγύρεις ἀπαντῶντι ὁμίλῳ· ὡς γὰρ ἐκεῖσε παντοδαποὶ φοιτῶντες ἄνθρωποι ἄλλος κατ' ἄλλου χρείαν ἀφικνεῖται, ὁ μὲν χρηματισμοῦ τε καὶ κέρδους χάριν ἀπεμπολῆσαι τὸν φόρτον ἐπειγόμενος· ὁ δὲ δόξης ἕνεκα ἐπιδειξόμενος ἥκει τὴν ῥώμην τοῦ σώματος· ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος, καὶ τό γε ἐλευθεριώτατον, συναλιζόμενον τόπων θέας ἕνεκα καὶ ἡμιουργημάτων καλῶν καὶ ἀρετῆς ἔργων καὶ λόγων· οὕτω δὴ κἂν τῷ βίῳ παντοδαποὺς ἀνθρώπους ταῖς σπουδαῖς εἰς ταὐτὸ συναθροίζεσθαι· τοὺς μὲν γὰρ χρημάτων καὶ τρυφῆς αἱρεῖ πόθος· τοὺς δὲ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἵμερος, φιλονεικίαι τε δοξομανεῖς κατέχουσιν· εἰλικρινέστατον δὲ εἶναι τοῦτον ἀνθρώπου τρόπον, τὸν ἀποδεξάμενον τὴν τῶν καλλίστων θεωρίαν, ὃν καὶ προσονομάζειν φιλόσοφον.* Ad hoc dictum clare respicit Dion. Chrysostomus Orat. XXVII. pag. 287. Arrianus Epict. lib. II. cap. XIV. pag. 208. *Τοιαῦτά ἐστι τὰ ἡμέτερα, ὡς ἐν πανηγύρει, τὰ μὲν κτήνη παραθησόμενα ἄγεται, καὶ οἱ βόες, οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν ὠνησάμενοι, οἱ δὲ πωλήσαντες· ὀλίγοι δέ τινές εἰσιν οἱ κατὰ θέαν ἐρχόμενοι τῆς πανηγύρεως* etc. Synesius de Provid. p. 128. *Ὅ τοι Σάμιος Πυθαγόρας τὸν σοφὸν ἀλλ' οὐδὲ θεάμονα* (cum Petavio scribe *ἄλλο οὐδὲν ἢ θεάμονά*) *φησιν εἶναι τῶν τε ὄντων καὶ γιγνομένων· παραγγεῖλαι γὰρ αὐτὸν* (legendum credo *παραγίνεσθαι γὰρ αὐτὸν*) *εἰς τὸν κόσμον, ὥσπερ εἰς ἀγῶνα ἱερόν, ἐφ' ᾧ θεάσασθαι τὰ γινόμενα.* [Non sollicitandus erat hic locus iudice Hemsterh. ad Lucian. I. p. 434. ed. Amst. *Cr.*] Menander apud Stobaeum Serm. CXX. p. 608.

Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον,
Ὃν φημι, τοῦτον —

Alexis apud Athenaeum lib. XI. pag. 463.

Ἀποδημίας δὲ τυγχάνειν ἡμᾶς ἀεί
Τοὺς ζῶντας, ὥςπερ εἰς πανήγυρίν τινα
Ἀφιγμένους.

Vide et Senecam Epist. CXVIII. *D.*

totius Graeciae celebritate] *Celebritatem* proprie esse non hominum, sed loci, notum est. De v. *celebrare* vid. O. M. Müller. in Cur. Sec. ad Cic. Or. pro Sest. p. 120. (ad cap. 63.) Add. Gesn. Chrest. Cic. p. 400. et vocabuli *celebritatis* exempla vid. ap. Ochsner. l. c. p. 414, usum disce ex Forcellino h. v. Pro *illic alii* est *illi alii* in uno Ox. Gud. 1. 2. In Aug. est *ut illi hic,* omisso *alii*. Ad v. *nobilitatem coronae* laudat Kühn. Tusc. I. 46. 111. II. 17. 41. Sententia est: coronâ accepta nobilitari vellent. Add. Cic. Or. pro Flacco 13, 31. Unus Ox. habet *corpore* pro *coronae. Mr.*

alii emendi aut vendendi] „Pall. sec. quint. *alii emendi, alii vendendi.*“ *Gebh.* Verba *emendi aut* absunt ab uno Ox., Gud. 2. cum

nobilitatem coronae peterent; alii emendi aut vendendi quaestu et lucro ducerentur: esset autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum, qui nec plausum nec lucrum quaererent, sed visendi causa venirent, studioseque perspicerent, quid ageretur et quo modo: item nos quasi in mercatus

---

Mon. 2. habet *et* pro *aut*; cum illis Pall. faciunt duo Oxx. Codd. Gud. et Duisb. habent *vendendi et emendi*. Cod. Vind. 2. *alii vendendi*. In seqq. post *idque* Duisb. omittit *vel*; Gud. 2. cum duobus Oxx. exhibet *ingenium* pro *ingenuum*. Mox *venissent* pro *venirent* unus Ox., alius *studiosique*; alius *perficerent*. Vind. 1. *studiose*, omisso *que*. *Mr.*

Ita nos quasi in mercatum quadam celebritate ex urbe aliqua] „Ita scriptum est in antiquo: cum in aliis sit *item et mercacatus*." *Ursin.*

Item nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua] „Sic legit Nonius [5, 40. p. Mercer. 431. 20. v. *merx*], cuius auctoritatem secutus sic edendum curavi. [absunt haec a Burleio de Vitis et Moribus Philosopph. et Poett. fol. 18. edit. princ. *Klein.*]" *Lambin.* [Idem in curis sec. addidit: „Nam libri MSS. et vulgati habent *in mercatus quadam celebritate*: mendose."] „In nostro MS. est ut apud Nonium." *Frc. Fabr.* „Non video cur haec lectio Nonio producta, Lambino deinde probata, reiicula quibusdam esse debeat: illis, ut fastidio suo parcant oggero auctoritatem Fabr. ac Vatican. Nam certe vulgatae non potui acquiescere: *quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua*. Palatin. tamen quintus *quasi in mercatum quadam celebritate*." *Gebh.* Vulgata lectio fuit *quadam celebritate*. id attentius debebat notare vel Gebhardus vel typographus." *Gronov.*

Ita nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua] Sic Nonius in *merx*. Aliis *item nos*, Sic Pythagoras autem ad suam περὶ τῆς μετεμψυχώσεως doctrinam respicit, de qua fuse Conr. Rittershusius in Porphyrium Vit. Pyth. §. 19. 45. *D.*

Ita nos] „*Ita* pro *item* dedit Davisius, bene. Sic et MS. Guelf." *Ern.* „Vulgo *item*, quod mutari non debebat. Frequenter enim id in comparatione dicitur." *Nissen.*

Item nos] Commendat quidem Bill. scriptionem *ita* eo quod apud Iamblichum antecedenti ὡς γὰρ respondet οὕτω δή, sic h. l. *ita* respiciat ad *illic*: *sic* autem respondere ait antecedenti *quasi*. Sed dicere eum aliquid existimarem, si *ita* esset in optimis libris: nunc eadem, qua ille vult, sententia facile fero in apodosi *item* cum Wolfio, Schz. Or. cum Goerenzio ad Cic. de Finn. III. 14. 48. ubi est: *ut enim, qui demersi sunt — —: item qui processit* cet. Et habent *item* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Duisb. Mon. 1. 2. et octo Oxx. Solus Gud. omittit eam vocem. *Mr.*

quasi — sic] Huius structurae exempla affert Ochsn. Cic. de Sen. 11: *Pugnandum, tanquam contra morbum; sic contra senectutem*; de Sen. 19. extr. *quasi poma, sic vitam*; de Invent. I. 3: *ut homines — quasi ex — turbida tempestate in portum, sic ex — tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum*. Add. Lael. 17: *quo utamur, quasi equis tentatis, sic amicitiis — Mr.*

in mercatus quandam celebritatem] Ita edidi ex Nonio, Codd. Col. quatuor Oxx. Gud. 2. Duisb. Gud. Mon. 1. Vind. 2. cum Edd. Lamb. Gebh. seqq. Scribitur *immercatus quandam celeritate* in Cod. Marb., *ita nos eum in mercatiis quadam celebritate* Cod. Aug.; *mercatum* habet Rehd. cum uno Ox. et Vind. 1; *quadam ce-*

quandam celebritatem ex urbe aliqua, sic in hanc vitam ex alia vita et natura profectos, alios gloriae servire, alios pecuniae: raros esse quosdam, qui, ceteris omnibus pro nihilo p. 230. a. *habitis, rerum naturam studiose intuerentur: hos se appellare sapientiae studiosos,* id est enim philosophos: *et ut illic li-*

---

lebritate est in Rehd. Reg. Vind. 1. Gud. 1. quinque Oxx. edd. reliquis; unus Ox. habet *et urbe* pro *ex urbe;* Vind. 1. Mon. 1. et Ed. P. *ex urbe profectos aliqua.* Ad rem cf. Heusdii Initia Philos. Platon. I. p. 77. *Mr.*

sic in hanc vitam ex alia vita et natura] Ad rem conf. Ovidii Metam. XV. 60 sqq. ibique Pythagorae sententiam expositam. Accuratissime autem omnibus fere veterum locis adhibitis de hac doctrina loquitur G. Irhovius De Palingenesia Veterum s. Metempsychosi Pythagorica LL. III. (Amst. 1733. 4. p. 514.). — Cod. Marb. habet *et naturam*; unus Ox. *perfectos*; alius omittit proximum *alios.* Cod. Mon. 1. habet *raros pecuniae* pro *alios pecuniae*: aberrante scribae oculo, qui errore animadverso litura commaculare nollet librum. In Cod. Rehd. legitur: *alios pecuniarios esse quosdam,* egregia, ut solet, Ciceronis correctione, quam tamen habet etiam Cod. Aug. alibi a talibus rebus alienissimus. *Serviendi* verbum quantopere amet Cicero in hac structura, vel lexica docent. Ita dicit *commodis, utilitati, dignitati, honori, laudi, venustati, gravitati servire*; scriptor Or. post Red. ad Quir. 9, 21. iunxit: *virtuti et gloriae servire.* Cod. unus Ox. habet *hosce* pro *hos se*; alius *in sapientia studiosos. Mr.*

id est enim philosophos.] „Non acquievi Gebhardo exhibenti: *id est philosophos,* et nescio quam ob causam expellenti ex hoc auctore integram vocem *enim,* quam editiones, quod scio, omnes aliae servant, et saepe sic adhibet Tullius.“ *Gronov.* Omittunt vocem *enim* Codd. Marb. Gud. 2. Gud. Duisb. Mon. 1. Idque cum videret sine dubio omissum in aliquot Codd. Pall. Gebhardus, ideo omisisse videtur. Et raro *enim* talibus addit explicationibus Cicero: est tamen etiam de Finn. IV. 11. pr. *honeste vivere, id est enim vel ex virtute vel naturae congruenter vivere.* In Cod. Vind. 1. scribitur *id enim est.* Volebat Nissen. *id esse enim philosophos* [quamquam scripsit calami, ut opinor, lapsu *philosophari*: vel potius non inspecto Cicerone: quem si inspexisset, correxisset fortasse *eos enim esse philosophos,* vel manum plane abstinuisset:] Sed explicatio haec nominis Ciceronis est, non Pythagorae. Quare eam literis non inclinatis describi curavi. Et amat eiusmodi explicationes Cicero interponere. Vid. Goerenz. ad Ac. I. 2. p. 10. et p. 14 sq., 8. p. 51. II. 18. p. 112. Gernh. ad Cat. maj. 16. p. 106. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 1. 1. p. 112. Ad rem cf. Cic. de Off. II. 2. *nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, praeter studium sapientiae:* ubi vid. Comm. Pauli Manut. p. 84. Ed. Graev. Quinctil. Inst. Or. XII. 1. 19: *Nam et Pythagoras non sapientem se, ut qui ante eum fuerunt, sed studiosum sapientiae vocari voluit*; ubi vid. interprr. Add. Menag. ad Diog. Laërt. I, 12. p. 8. ed. Meibom. Vid. etiam Mahnium V. Cl. ad Wyttenbachii Lectiones p. 132. Pergit Cod. Aug. *ut ut illic,* Duisb. *et ut illinc,* unus Ox. *et ut ille*; alius mox *esset et expectare.* Pro *acquirentem* Palat. quart. habet *ad conquirentem.* Gud. 2. omittit *sibi.* Unus Ox. exhibet *in vita nihil omnibus.* Gud. 2. non habet *studiis*; in Rehd. deest *rerum*; in Codd. Reg. Gud. 1. uno Ox. marg. Crat. Edd. V. Rob. Steph. Herw. est *cogitationemque,* quae lectio per se haud absurda non contemnendas habet auctoritates. *Mr.*

beralissimum esset, spectare nihil sibi acquirentem, sic in vita longe omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque praestare.

4 Nec vero Pythagoras nominis solum inventor, sed re-
10. rum etiam ipsarum amplificator fuit. Qui quum post hunc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornavit eam Graeciam, quae Magna dicta est, et privatim et publice, praestantissimis et institutis et artibus. Cuius de disciplina aliud tempus fuerit fortasse dicendi. Sed ab antiqua philosophia usque ad Socratem, qui Archelaum, Anaxagorae

---

c. 4. *Nec vero Pythagoras nominis solum inventor*] Unus Ox. habet *nec enim*. Ad cognoscendam Pythagorae philosophiam non desunt, praeter libros philosophiae historiam enarrantes haud paucos eosque accurate scriptos, adiumenta peculiaria, quorum si vel solum *H. Ritteri* librum (Geschichte d. Pythag. Philosophie Hamb. 1826. 8.) dixerim, quamquam sunt, qui eum impugnent, satis fortasse dixisse videar, laudato praeterea A. *Boeckhii* libro de Philolao Pythagoreo (Berol. 1819. 8.). Addam tamen unum vetustiorem, in quo diligentissime pleraque habes collecta, J. *Schefferi* dico librum De Natura et constitutione Philosophiae Italicae s. Pythagoricae (Upsaliae 1664. 8.): cui addiderim J. J. *Syrbii* Pythagoram (Jen. 1702. 8.) et M. D. *Omeisii* Ethicam Pythagoricam (Altd. 1693. 8.). Plura qui velit adeat J. Jonsii libros de Scriptoribus Historiae Philosophicae. — Pro *amplificator* in Cod. Gud. I. scriptum est *ampliator*. *Mr.*

Qui quum post hunc Phliasium sermonem] Sex Codd. Oxx. Marb. Vind. 1. *Philiasium*, Mon. 1. *Philasium* — *Ytaliam*. Gud. 2. *Phyliasium* — *Italiam invenisset*. Ad rem v. interprr. Diog. Laërt. VIII. 3. extr. et quae supra ad I. 16. extr. annotata sunt. *Mr.*

eam Graeciam, quae magna dicta est,] Cod. Marb. *maxima* pro *magna*. Ad v. *institutis et artibus* commode monet Kühn. alterum nomen referendum esse ad doctrinam de rebus ad vitam spectantibus, alterum ad literarum artiumque disciplinam. Vid. etiam quos laudat Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 291 sq. ed. 3. Verb. ex Cod. nescio quo enotavit *institutis et moribus*, quod a nostro loco alienum est, quamvis coniunxit utrumque Cicero Or. de Leg. Agr. 2, 1. Inverso ordine exhibet Vind. 1. *et artibus et institutis*; Gud. 2. habet *et actibus*. Alterum *et* abest ab uno Ox. Cod. Gud. 2. omittit proximum *de*; Gud. et Duisb. habent *fortasse fuerit*. Prior omittit sequens *ab*, duo Oxx. vocem *philosophia*. *Mr.*

Usque ad Socraten] Hac de re diximus ad lib. III. cap. 4. Cave tamen credas Philosophos vetustiores physica tantum curasse, res autem Ethicas omnino neglexisse. Diogenes Laertius lib. II. §. 16. Ἔοικε δὲ καὶ οὗτος (Ἀρχέλαος) ἅψασθαι τῆς ἠθικῆς· καὶ γὰρ περὶ νόμων πεφιλοσόφηκε καὶ καλῶν καὶ δικαίων. παρ' οὗ λαβὼν Σωκράτης, τῷ ἀϊδίῃσαι εἰς τὸ εὑρεῖν ὑπελήφθη. Quinetiam de rebus ad vitam et mores spectantibus praecepisse Pythagoram, satis ostendunt *aurea carmina*, quae doctrinam repraesentant illius Philosophi. Hinc Iamblichus §. 158. Τήν τε ΗΘΙΚΗΝ φιλοσοφίαν καὶ τὴν λογικὴν ἐτελειώσατο, quod quidem clare monstrat vit. Pyth. capp. 30, seqq. *D.*

Socratem, qui Archelaum, Anaxagorae discipulum audierat,] De Archelao nolo laudare libros de Philosophorum historia, sed ex veteribus solum Diogenem Laertium II. 16. eiusque interpretes, cum locum ipsum excerpserit Davisius. Huic vero adde E. Schaubach. ad Fragmn. Anaxagorae p. 21 sq. ibiq. laudd. Pro *audierat* Cod. Mon. I.

discipulum, audierat, numeri motusque tractabantur, et unde omnia orirentur, quove recíderent: studioseque ab iis siderum magnitudines, intervalla, cursus anquirebantur, et

habet *audiverat*. Ad v. *numeri motusque* vid. supra I. 10. 20. Servavit h. l. Davisius in Ed. 3. scriptionem *orerentur*, quam posuerat in Ed. 2. et h. l. et I. 10. 22. posteriore autem loco in Ed. 3. in consuetam scriptionem mutaverat. Vid. nostr. annot. ad eum locum. Hoc loco receptum est *orerentur* a Davisio sine dubio ex Cod. Reg. quamvis taceat collatio nostra et habet *orerentur* Cod. Gud. 1. Regio simillimus. In Vind. 1. est *exorirentur*, in Aug. *orientur*. *Mr.*

quove recederent] „Quidam legendum putant *reciderent*." *Lamb.* [In marg. Goth. et repetitionibus Lambb. est *reciderant*.]

quove recederent] „In vetustissimo, quo sum Toleti Carpetanorum usus, libro: quove *reciderent*. Perbelle sane; hoc est: in quae ab interitu converterentur." *A. Schott.* Nod. Cic. II. 17. p. 333. Assentit *Bouhierius*. „*Reciderent* ex Fabr. annotavit quoque Gulielmius." *Gebh.*

Quove reciderent] Vulgo *recederent*. Sed quidam, Lambino teste, legi posse putant *reciderent*; et vere quidem, prout merito statuit Cl. Bentleius. Eam certe lectionem prae se ferunt Fabric. et Med. *D.*

quove reciderent] Non ita multum differre ait Niss. utrum *reciderent* scribas, an *recederent*: ipse quidem malebat *redirent*. Hoc quidem nemo, opinor, amplectetur: in eo tamen assentire videtur Nissenio Bill., ut utramque illam lectionem ferendam existimet. Recte autem *recederent* ab h. l. alienam esse censet Kühn. cum Wolfio in scholis, laudans de N. D. II. 26: *quia et recidant omnia in terras et oriantur e terris*; Lucret. I. 866. ubi opponuntur *recidere ad nihilum* et *crescere de nihilo*; ib. V. 280: *gigni* et *recidere*; pro quo Cic. de Legg. I. 23. dixit: *eaque unde generata, quo recurrant*. Illo autem de N. D. loco item duo Oxx. Codd. habent pravam scriptionem *recedant*. Est autem nostro loco proba lectio *reciderent* in quatuor Codd. Oxx. receptaque post Davisium a Lallem. Wolf. Schz. Oliv. Bip. Mannh. Or. Nobb. Tbn. Similem usum verbi *recidendi* habes Orat. 70. 233: *ad nihilum recidere*; in Verr. Act. II. L. V. 63. 163: *huccine tandem omnia reciderunt?* — In seqq. pro *ab his* recepi *ab iis* ex Codd. Gud. 2. Bern. Gud. 2. (qui paullo superius exhibet *recrederent*) Gud. Duisb. (*hiis*) Mon. 2. Edd. S. E. HWolf. FAWolf. Schz. In Cod. Marb. pro *siderum* legitur *secundum*, in Mon. 1. *syderum*. *Mr.*

intervalla, cursus anquirebantur,] „Ita citat Langius in Lib. I. Offic. et habet quoque Victorii editio: quam isti muli cur non sequerentur, mirum mihi accidit. Nam et sic tert. ac Vatic. in quart. plane omissum. quint. requireb. vulgo *inquirebantur*." *Gebh.* Add. Gebhardi Crepundia III. 3. p. 110. p. 470. ed. Schminckii. Schotti Nod. Ciceron. II. 17. p. 337. qui *anquirebantur* reperit in Cod. vetustissimo Toletano. Car. Langii in Cic. Annott. p. 401. Habent praeterea *anquirebantur* Codd. Reg. Gud. 1. (quamquam errore scribae scriptum est *antiquirebantur*, et vocabulum antecedens *currus*, a pr. m.) unus Ox. Edd. V. L. Rob. Steph. Leod. Gebh. seqq. In Codd. Marb. et uno Ox. *adquir.*, in alio Ox. et Rehd. *acquir.*, in Mon. 1. (qui cum Mon. et Gud. habet *cursusque*) *inquereb.*, in Gud. *ingrediebantur*; in reliquis pridem vulgata *inquirebantur*. In seqq. *et cuncta caelestia* vocem *et* habere colligendi et comprehendendi vim monet Goerenz. ad Cic. Acad. II. 27. 86. p. 158. *Mr.*

cuncta caelestia. Socrates autem primus philosophiam devocavit e caelo, et in urbibus collocavit, et in domus etiam introduxit, et coëgit de vita et moribus rebusque bonis et

---

Socrates autem primus philosophiam devocavit e caelo] „Sic Lib. I. Acad. Quaest. *Socrates*, inquit, *mihi videtur* (*id quod constat inter omnes*) *primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam et ad vitam communem adduxisse, ut de virtutibus et vitiis, omninoque de bonis rebus et malis quaereret.* [Locus est I, 4.] Aristoteles Lib. I. de Partib. Anim. c. 1: *ἐπὶ Σωκράτους δὲ τοῦτο μὲν ηὐξήθη, τὸ δὲ ζητεῖν τὰ περὶ φύσεως ἔληξε· πρὸς δὲ τὴν χρήσιμον ἀρετὴν καὶ τὴν πολιτικὴν ἀπέκλιναν οἱ φιλοσοφοῦντες.*“ *Frc. Fabr.* „Vid. Alex. Pope Comment. Poet. de Homine, in Lat. vers. per AmEnde p. 96. 97.“ *Schuch.* „Add. interprr. ad Diog. Laert. II. 21. prc. Goerenz. ad Cic. Acadd. 1. c. p. 25. Heusdii Init. Philos. Platon. II. 3. p. 80. Affert Wolfius in scholis locum Clementis Alex. Strom. I. p. 352: *Ἀναξαγόραν διαδέχεται Ἀρχέλαος· οὗ Σωκράτης διήκουσεν· Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λαόξοος ἐννομολέσχης,*

Ἑλλήνων ἐπαοιδός·

ὁ Τίμων φησὶν ἐν τοῖς Σίλλοις, διὰ τὸ ἀποκεκλικέναι ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἐπὶ τὰ ἠθικά. Cf. Sext. Empir. adv. Math. p. 139. — Verba *Socrates autem* usque ad *caelo* exciderunt in uno Ox. *Mr.*

devocavit e caelo] „Vel potius *evocavit*, ut est in Cod. Reg. [quod verum non esse haud dubitans contenderim] et uno Leid. Ferri quidem potest *devocavit:* sed ita minus proprie loqueretur Cicero.“ *Bouh.* Bouhierium secutus est FAWolf. et hunc Schz. Immerito. Ego si quid mutandum existimarem, scriberem *devocavit de caelo*, quod placet etiam Orellio ad Wolfii scholas: quamquam distingui posse ait ita, ut *devocetur e caelo* philosophia, ne circa res caelestes fere semper versetur, [quod melius tamen dici videtur: *avocavit e caelo*]: *de caelo devocetur* autem id, quod in ipso caelo est. Ceterum habent *evocavit* duo Codd. Ox. Gud. 2. (a pr. m.) Vind. 1. Rehd. In Cod. Gud. est *denotavit*; fuerunt enim quodam tempore literae *n* et *u*, *t* et *c* simillimae. Vocem *e* omittunt tres Oxx., eius loco habent *a* Codd. Gud. 2. Mon. 2. Gud. Duisb. Ceterum saepe Cicoronem iungere praepositionem *de* cum verbis a *de* — incipientibus, notum est. Eiusmodi structuram habes in *decedo, decido, declino, deduco, deflecto, deiicio, depello, descendo, desisto, detrudo, deturbo*; contra *deportandi* verbum non semel reperies iunctum cum *e*. Cod. Mon. 1. omittit *in* ante *urbibus*. *Mr.*

et in domos etiam introduxit] „Cod. Gryph. *in domibus — atque coëgit.*“ *Brut.* Habet *domibus* etiam unus Ox. Scripsi autem *in domus* cum Dav. ex antiquissimis Codd. Reg. Gud. 1. 2. cum veri sit similius, minus consuetam formam a librariis in usitatiorem esse conversam, quam v. v. Vid. Drakenb. ad Liv. III. 29. 5. p. 246. ed. Stuttg. Schneider. Ausf. Lat. Gramm. II. Formenl. I. p. 448 sq. — Cod. Gud. omittit *etiam*, quod est fortasse correctoris culpa factum, qui *et — etiam* ferri non posse existimaret. Sed vid. Handii Turscllin. II. p. 521 sq. coll. p. 546. Unus Ox. habet *et in domos et*, alius *et in domos autem*, Vind. 1. *etiam induxit*. *Mr.*

In domus *etiam introduxit*] Sic Reg. et Pal. tert. Alii *domos*. Diogenes Laertius II, 21. Socratem tradit *γνόντα τὴν φυσικὴν θεωρίαν μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς, τὰ ἠθικὰ ἄρξαι φιλοσοφεῖν ἐπί τε τῶν ἐργαστηρίων καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ· κἀκεῖνα δὲ φάσκειν ζητεῖν,*

Ὅ,τί τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται·

malis quaerere. Cuius multiplex ratio disputandi rerumque varietas et ingenii magnitudo, Platonis memoria et literis consecrata, plura genera effecit dissentientium philosophorum. E quibus nos id potissimum consecuti sumus, quo 11.

Ubi Aldobrandinus et Menagius nonnulla contulerunt. Iis addas licet Eusebium Pr. Evang. lib. XV. cap. LXII. pag. 855. *Χαίρειν*, inquit, *αὐτὸν (Σωκράτη) εἰκότα τῇ Ἀναξαγόρου καὶ Ἀρχελάου φυσιολογίᾳ ζητεῖν Ὅ, τι οἱ ἐν μεγάροισι κακὸν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.*

Vide sis et Philonem de Somniis pag. 446. Hoc versu in eandem rem usos fuisse Menedemum et Aristippum tradunt Diogenes Laertius VI, 103. et Plutarchus apud Eusebium P. E. lib. I. cap. VIII. pag. 24. Est autem Homericus Odyss. *Δ*, 392. *D.*

et coegit de vita et moribus] Ad rem locis a Davisio laudatis adde Musonium in Wyttenbachii Philomath. I. p. 164. et meam eius loci conversionem Germ. in Creuzeri et Daubii Studiis VI. p. 121. In seqq. Cod. Vind. 2. exhibet *rerum* pro *rerumque*, Rehd. *utrumque rerum*, Gud. *rerumque varietates*, Duisb. *et ingenii magnitudo rerumque varietas. Mr.*

Platonis memoria et literis consecrata] „Haesi subinde in verbo *consecrata*, coniecique *conservata.*“ *Ern.* Pravam Ernesti coniecturam habes in uno Cod. Ox. Sed vid. modo Cic. Epp. ad Q. Fr. I. 1. 15: *cum amplissimis monumentis consecrare voluisses memoriam nominis tui*; de Or. III. 16: *cuius* (Socratis) *ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit.* Recte explicat Or. ad W. scholas verba *memoria et literis* ita ut sit *memoria literis consignata.* — *Genera* intellige *αἱρέσεις* s. sectas philosophorum: Cyrenaicos significat, Eliacos, Eretriacos, Megaricos, Cynicos, Stoicos, Academicos et Peripateticos. *Mr.*

plura genera effecit dissentientium philosophorum] Scribitur *efficit* in Codd. Gud. 1. 2. in Edd. B. C. V. Asc. 2. Junt. Rob. Steph. Herw. Unus Cod. Ox. omittit *genera*, alius habet *fecit* pro *effecit*; pergit Mon. 1. *dissentium* (sic); Aug. et tres Oxx. *dissidentium*, quod in uno Palatino (sec.) repertum probabat Gebhardus in Crepundiis, cuius se nondum poenitere dicit in ann. ad h. l. Idem ex Pall. tert. quint. Fabr. enotavit *disserentium* (quod est etiam in duobus Oxx. Rehd. Gud. Duisb.) et ex Pal. quart. *dissencionum* (sic). *Mr.*

E quibus nos id potissimum consectati sumus] „*Consecuti sumus* habet Cod. Gryph. et Ed. Vict.“ *Brut.* „Satisfecit mihi et Cl. Grutero nostro haec lectio, quam tamen ut sollicitarem movere me poterant septem MSS. et Ed. Victorii, in quibus *consecuti.*“ *Gebh.* Cod. Gud. 2. habet *quibus ut nos. Mr.*

Id potissimum consecuti *sumus*] Vulgo *consectati sumus.* Ea sane lectio Grutero et Gebhardo satisfacere non debuit, cum renitantur Mssti, scripturaque, quam exhibent, sana sit et sincera. Plautus Asin. Act. II. Sc. I, 13. *Certum hercle est vostram* consequi *sententiam.* Cicero N. D. lib. I. cap. 15. *Quem Babylonius Diogenes* consequens *in eo libro, qui inscribitur de Minerva.* Plura Nonius in *consequi. D.*

consectati sumus] „Recte Dav. correxit *consecuti*, quod est in Codd. nostris omnibus et Ed. nostra vet.“ *Bouh.*

consecuti sumus] „Vulgo est *consectati:* sed quia est in MS. Guelf. *consecuti*, itemque in aliis, nos id, ut exquisitius, recepimus cum Davisio. Sic et alibi *consequi* pro *consectari* dixit. Vid. Clav. in h. v.“ *Ern.* Habent *consecuti* Codd., ut videtur, Oxx. omnes, Gud. 1. 2. Aug. Vind. 2. Mon. 1. 2. Bern. Reg. Marb. Edd. P. V. Rob. Steph. Verb. Ern. sqq. In Cod. Gud. 2. est *e quibus ut nos id*, in Mon. 1.

Socratem usum arbitrabamur, ut nostram ipsi sententiam tegeremus, errore alios levaremus; et in omni disputatione, quid esset simillimum veri, quaereremus. Quem morem quum Carneades acutissime copiosissimeque tenuisset, fecimus et alias saepe et nuper in Tusculano, ut ad eam con-

---

id nos, in Vind. 1. *secuti*, quod (ut lectio pridem vulgata *consectati*) est vel interpretis vel correctoris. Nostram lectionem firmant loci de N. D. I. 15. extr. de Legg. II. 9. pro Lege Man. 12. — Solus Cod. Gud. pro *potissimum* habet *potissime*. *Mr.*

Quo Socraten usum arbitrabamur] Ita Reg. et Pithoean. Vulgo *arbitramur*. *D.*

quo Socratem usum arbitrabamur] Unus Leid. et unus Ox. *Socratem ipsum usum*: quod placebat Bouhierio. Orellio ex διττογραφίᾳ ortum videtur *ipsum*. Ad v. *arbitrabamur* monet Ern. et consecutionem temporum postulare hanc scriptionem, et fulciri eam a nonnullis libris. Et habent eam Codd. Reg. (sine dubio, quamvis collatio nostra taceat: nam ita habent eius simillimi) Gud. 1. 2. Marb. Rehd. Vind. 2. Edd. S. E. Dav. Ern. sqq. Pro *ipsi* unus Ox. *ipsam*. Pro *tegeremus* Beroaldus et Edd. ante eum legisse videntur *regeremus*: ita certe est in lemmate annot. eius, et in annot. haec: „*regeremus* i. e. tutaremur et veluti reginam assereremus. Malo legere *tegeremus*, ut sit sensus: se sententiam suam occultare dissimulareque ritu Socratis, qui quid sibi videretur et quid ipse sentiret, tegebat, affirmans nihil sciri posse.“ Laudat Bill. Ciceronem de Finn. II. 1. ubi est: *is percunctando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, ut ad ea, quae ii respondissent, quid sibi videretur, diceret*. Ceterum legitur *regeremus* in uno Ox.; Cod. Mon. 1. exhibet *alios leveremus*. Pergit Gud. 2. *et non in omni — quaeramus*. Tum Cod. Mon. 1. *quod esset*; Gud. *veri quid esset simillimum pateremus* (sic). In Codd. Duisb. et Vind. 1. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herv. est *verisimillimum*. *Mr.*

Quem morem cum Carneades] De Carneade Cicero satis multa, quae collecta habes in Gedikii Hist. Philos. Ant. p. 189 — 196. Cuius id fuisse dicitur acumen, ea subtilitas, ea eloquentia in disserendo, ut eo argumentante, quid veri esset, haud facile discerni posset. Iam vide eo J. Imm. Roulez Diss. de Carneade; Gandavi, 1825. p. 18. not. 3. — Scribitur in Cod. Marb. *quem errorem quom Carn.* Pro *acutissime* idem habet *accutissime*: ex quo errore orta est scriptio *accuratissime* in Codd. Mon. 1. Rehd. et Aug. In Gud. legitur *copioseque*. *Mr.*

fecimus et alias saepe — ut ad eam] Saepe utitur Cicero hac circumlocutione, quae, ut est linguarum indoles diversa, in nostra lingua langueret, in Latina videtur elegantissima. Conf. de Off. I. 31. 110: *sic enim faciendum, ut contra — naturam nihil contendamus*; in Vatin. 9: *invitus facio, ut recorder ruinas rei publicae*; pro Planc. 36. *faciunt inviti, ut — se — servatos esse fateantur*; ad Famm. I. 7. *fuse libenter, ut per literas tecum colloquar*. Sed nolo plura adscribere. Ad locutionem *et alias saepe et nuper* vid. Handii Tursellinum t. p. 223. Nostro plane gemini sunt loci supra IV. 4. 7. et Acad. II. 9. — Paullo inferius in Cod. Mon. 1. excidit *disputaremus*. Pergit Cod. Duisb. (cum uno Ox.) *et quatriduo*. Idem post *sermonem* addit glossam *habitum*, et mox exhibet *libris ad te perscriptum*. Verb. in Cod. nescio quo enotavit *quatriduum quidem sermonem*; in Gud. scriptum est *quadridui*. Pro *perscriptum* est *praescriptum* in Edd. S. A. B. Asc. 1. 2. Junt.; in uno Ox. *scriptum*. Pro *eodem in loco* et *eodem loco* in Codd. tribus Oxx. Gud. 2. Edd. Grut. Gron. Verb. Ern.

suetudinem disputaremus. Et quatridui quidem sermonem superioribus ad te perscriptum libris misimus: quinto autem die, cum eodem in loco consedissemus, sic est propo- b.
situm, de quo disputaremus.

A. Non mihi videtur ad beate vivendum satis posse 5
virtutem. M. At Hercule Bruto meo videtur: cuius ego 12.

Schz. Nobb. Tbn. Mihi quidem in his Edd. haec scriptio non videtur recepta ex Codd.; sed cum casu excidisset *in* in Ed. Grut. sequentes eam secuti sunt, neque Codd. MSS. neque Edd. vett. inspectis. Duo Oxx. habent *consedimus*, unus *concedissemus*. Verba *de quo* exciderunt in Cod. Gud. 2. *Mr.*

C. 5. *Non mihi videtur — satis posse virtutem.*] „Propositio haec secundum Academicos et Peripateticos vera est, qui aiunt ad beate vivendum opus esse praeter virtutem bonis corporis atque fortunae. — Respondet ad haec Cicero ex dogmate Stoicorum." *Beroald.*

Non mihi videtur — satis posse virtutem] Lambino placet *virtus*, nec inficiari possum, quin ita fere loquantur Romani. Cum tamen alteram lectionem praestent omnes, quicunque sunt, Codices, ea quidem non temere videtur reiicienda. Agellius N. A. lib. IV. cap. XI. Videtur *autem de κνάμῳ non esitato* causam *erroris fuisse*. Iterum VI, 5. *Uti existimasse* Alfenum videtur. Pari certe modo passim Augustinus. Sic contra Acad. lib. I. cap. 2. *Alteri vestrum* videtur beatam vitam *sola investigatione veritatis posse — contingere*. Et lib. III. cap. 3. *Cui ergo* videtur sapientem *scire sapientiam, non utique* videtur *nihil scire* sapientem. Sic et eiusdem libri cap. 5. *Ut mihi, ita etiam illi videtur, sapientem scire sapientiam*. Vide nos infra cap. VIII. *D.*

Non mihi videtur — satis posse virtutem] „Non sufficit laudasse locos similis structurae: tenendum, *videtur* iungi cum Acc. c. Inf., quum est i. q. placet mihi [ego ita sentio, mea est haec de ea re sententia]. Similis est structura verbi Graeci *δοκεῖν*. Ita etiam *dicitur, memoratur* nonnunquam cum Acc. c. Inf. iunctum reperies cf. Corn. Nep. Pausan. 5, 3." *Wolf.* in scholis. simillima est constructio de Div. I. 22. 44: *visum est in somnis pastorem ad me appellere*, ubi vid. nostr. ann. p. 112. Eo ipso loco sunt qui legant *visus est — pastor ad me appellere*. Iungitur utraque constructio infra 8, 22: *Mihi enim non videbatur quisquam esse beatus posse, quum in malis esset: in malis autem sapientem esse posse, si essent* cet. Iam vero vide de ea re praecipientem accurate, ut solet, Krügerum Unters. a. d. Gebiete d. Lat. Spr. T. III. (Die Attraction in d. Lat. Spr.) p. 424—433. De verborum autem collocatione vid. Beneke ad Cic. Cat. I. 6. p. 64. *Mr.*

At Hercule Bruto meo videtur:] Ed. P. *Bruto meo tui avunculo videtur*. Huius ego scriptionis in nullo Cod. et in nulla omnium quotquot ad manum sunt editione reperio vestigium, nisi quod in lemmate annotationis Beroaldi est *Bruto avunculo*, in annotatione autem ipsa ita loquitur, quasi ita sit in veteribus libris. „Discipulus, ait, introductus existimatur esse Atticus: — sed non video, quomodo Brutus Attici avunculus fuit dictus, nec id tradit Cornelius Nepos. — Est quidem usus M. Bruto familiarissime, eique Italia cedenti sestertia centum millia muneri misit: sed eum habuisse Brutum avunculum legere me non memini. Quocirca ita legendum esse censeo: *At Hercule Bruti mei avunculo videtur*: ut sit sensus: Virtutem ad beate vivendum satis esse videri M. Catoni avunculo M. Bruti. Fuit enim

iudicium, pace tua dixerim, longe antepono tuo. A. N dubito: nec id nunc agitur, tu illum quantum ames: s hoc, quod mihi dixi videri, quale sit; de quo a te disp tari volo. M. Nempe negas ad beate vivendum satis po virtutem? A. Prorsus nego. M. Quid? ad recte, hones laudabiliter, postremo ad bene vivendum satisne est pr

---

Cato frater Serviliae ex qua natus est Brutus, qui in libris de Fi disserit solam virtutem effectricem esse vitae beatae." Unus Ox. Gud. 2. habent *Brute*. Cod. Aug. omittit *videtur* post *meo*: quod inepti correctoris, qui hanc quae est in repetendo verbo, eleganti non concoqueret. Simili arrogantia scriptor Cod. Rehd. omisit post *cuius*, quod est Ciceroni frequentissimum. *Mr.*

pace tua dixerim] „Est elegans forma precandi veniam in sensu, veluti de Legg. III. 16. Tusc. V. 5. de Off. III. 10, qua tam formula caute utendum, nec, nisi serio ab aliquo dissentimus." *Wytenb.* ad Cic. de Legg. III. 12. p. 438. Similis est locus de Fato 3, *Quaedam etiam Posidonius, (pace magistri dixerim) comminisci videt* Vocem *longe* omittit unus Ox. Alius habet cum Marb. *Nec dub* alius *ne id nunc*. Ortum est *ne* ex scriptione *nc*. Mox alius c *illum* pro *tu illum*. Codd. Gud. et Vind. 2. *nec nunc id*. *Mr.*

sed de hoc, quod mihi dixi videri,] „Ita Victorii editio, quin Pall. Vatican. Vulgo *de* abest." *Gebh.*

Sed de *hoc* — *de* quo *a te disputari volo*] Scabra lectio, qu Victorio praeeunte, Gebhardus exhibuit. Omnino legendum *sed* scilicet *agitur*, ut habent Reg. Pithoean. et veteres editi, quos seq *D.* [Vel, quod istam praepositionem retinent MSSti, *sed de hoc, q mihi dixi videri quale sit, de eo a te disputari volo*. Sic enim n nulli Codices, et in his Eliens. sec. pro varia lectione. *Dav.* in Ed in qua vero non dixit habere *Sed hoc* Reg. Pithoean.]

Sed hoc — quale sit;] „Sic libri veteres. vulg. male *de* Mox dedi *de eo*, pro *de quo*. Sic MS. Eliens. et alii." *Ern.* E dem, quamquam Codd. fere omnes habent *Sed de hoc*, obsecutus tam sum Davisio Codicis Regii auctoritatem cum Pith. praetendenti. ciunt tamen nobiscum Codd. tres Oxx. Mon. I. et Edd. exceptis V. Rob. Steph. Herw. Grut. Alt. Verb. In Codd. Rehd. et Duisb. *quod dixi mihi*. — *De quo*, ait W. in Scholis, est i. q. *atqui eo*. Lectio *de eo* nonnisi correctoribus debetur. Eam habent C Gud. Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Utrum vocabulum deest in Codd. Vind. 1. Gud. Pergit Gud. 2. *ad te*. G habet *disputare*. *Mr.*

Nempe negas ad beate vivendum — virtutem] De usu vocis accurate praecipit G. Jacob. in Jahnii Annall. Philol. et Paed 1828. III. p. 140—142. laudans et nostrum locum (quo *nempe* esse nostrum gût, gallicum *eh bien*), et eos viros, qui de hac re ceperunt, iisque addens, quae necessaria videntur. Habent Cod. Du et unus Ox. *ad bene vivendum*, et mox alius cum Mon. 1. *postr ad beate vivendum*: utrique igitur eandem particulam perpe repetunt, quamquam diversam. Verba *posse virtutem* usque *ad vivendum* desunt in Cod. Gud. 2. Cod. Duisb. exhibet *ad recte ut neste*. Ad v. *postremo ad bene vivendum* vid. quae monet Gerlach ad Cic. Lael. 5. p. 47. Verba *satisne est praesidii in virtute* excid runt in Cod. Duisb. In Gud. 1. (et sine dubio etiam in Reg.) *praesidi*, veteri scriptione, ut edidit Dav. Unus Ox. habet *sa* alius *satis none* pro *satisne*. *Mr.*

tidii in virtute? A. Certe satis. M. Potes igitur aut, qui male vivat, non eum miserum dicere? aut, quem bene fateare, eum negare beate vivere? A. Quidni possim? nam etiam in tormentis recte, honeste, laudabiliter, et ob eam rem bene vivi potest, dummodo intelligas, quid nunc dicam *bene*. Dico enim, constanter, graviter, sapienter, fortiter. Haec 13.
etiam in equuleum coniiciuntur, quo vita non adspirat beata. M. Quid igitur? solane beata vita, quaeso, relinqui-

---

aut, qui male vivat, non eum miserum dicere,] Cod. Marb. *vivant*, sed *n* punctis notatum. Mon. 2. *eum non miserum*. Mon. 1. *dicere miserum*, quem verborum ordinem habent etiam Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. De hac interrogandi forma vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 22. p. 129. Mox Gud. 2. cum uno Ox. habet *eum negare bene vivere*, unus Ox. utrumque iungit *eum negare bene beate vivere*. Pro *Quidni possim* est in Codd. Vind. 1. Gud. Mon. 1. quatuor Oxx. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph. Herw. *quidni possum*. Post *etiam* excidit *in* in Mon. 1. Pro *bene vivi potest* legitur *bene vivere potest* in Gud. 2. Edd. P. C. (haec in marg. ut nos) Asc. 2. (in marg. ut nos) Junt.; in Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. et marg. MS. Ed. Asc. 2. *bene videri potest*; in solo Cod. Mon. 1. *bene vivere potes*. Pro *dummodo* Cod. Mon. 1. habet *dum*: et sic Cicero nonnunquam pro *dummodo*, cuius usus exempla vide apud Handium in Tursellino II. p. 324. — Mox Gud. 2. cum uno Ox. *qui nunc*, Vind. 2. *quod nunc*. Alius Ox. omittit *bene* post *dicam*. Explicat Leod. a Qu. Quomodo nunc intelligam et accipiam hoc verbum *Bene*." Recte. Cod. Mon. 1. habet *constantem*. Duisb. *graviter, constanter*; unus Ox. omittit *sapienter*. *Mr.*

In eculeum coniiciuntur] Eculeus ita dictus, quod ad equi formam concinnatus esset, machina fuit lignea torquendis hominibus comparata. De ea crebra fit et apud Ethnicos et apud Christianos mentio, eamque multis descripsit, et Car. Sigonii aliorumque doctorum virorum errores hac in re notavit Ant. Gallonius de Martyr. Cruciat. cap. III. pagg. 94. seqq. *D.*

Haec etiam in equuleum coniiciuntur] Scripsit Dav. *eculeum*, veteri more, sine dubio ex Cod. Reg. et est ita in Codd. Mon. 1. Marb. Duisb. (unde error in Vind. 1. *aculeum*). Duo posteriores item veteri scriptione *coniciuntur*. Pro eo verbo cum in uno Leid. reperisset Bouh. *committuntur*, immerito probavit. Ad usum v. *adspirat* cf. infr. §. 27: *Occupavi te, Fortuna, — omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non possis*: ad sententiam Cic. de Finn. IV. 12: *nec, si ille sapiens ad tortoris equuleum a tyranno ire cogatur, similem habeat vultum, ac si ampullam perdidisset*. Equuleum graphice delineatum vides in Tab. 9. cap. 3. libri, quem laudat Dav., Gallonii de Sanctorum Martyrum Cruciatibus (Colon. 1602. 8.). Ad rem cf. Mureti Var. Lectt. III. cap. extr. p. 77. sq. ed. Ruhnk. *Mr.*

Quid igitur? Solane beata vita] Quatuor Codd. Oxx. *Quid ergo?* Ed. P. omittit *vita*. Cod. Rehd. habet *relinquitur quaeso*; Mon. 1. 2. Gud. 2. *extra hostium*. Pro *reliquaeque* est *reliquae* in Cod. Gud. 2. Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt.; *rapiuntur* pro *rapiantur* in tribus Codd. Oxx. Mon. 2. et Ed. P. Verba *nullumque — dolorem* exciderunt in uno Ox. Cod. Duisb. habet *nec supplicium recusent*. Vind. 1. pro alterutro *nec* habet *neque*. Prius a pr. m. non habet Gud. 1. *Mr.*

tur extra ostium limenque carceris: quum constantia, gravitas, fortitudo, sapientia, reliquaeque virtutes rapiantur ad tortorem, nullumque recusent nec supplicium, nec dolorem? A. Tu, si quid es facturus, nova aliqua conquiras oportet. Ista me minime movent: non solum, quia pervulgata sunt, sed multo magis, quia, tamquam levia quaedam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata delectant. Velut iste chorus virtutum in equuleum impositus imagines constituit ante oculos cum amplissima dignitate, ut ad eas cursim perrectura, nec eas beata
14. vita a se desertas passura videatur. Quum autem animum
p. 231. a.

Tu, si quid es facturus,] „H. e. probaturus: si me convincere studes.“ *Neid.* Cod. Vind. 1. post *facturus* interrogandi signum habet. Edd. V. et Rob. Steph. omittunt *es;* posterior verba *si quid facturus* parenthesi habet inclusa. Mon. 1. habet *non* pro *nova.* Cod. Duisb. cum uno Ox. in proximis *Ista tamen me.* In marg. Lambb. Goth. et Verb. ex Codice nescio quo enotata est lectio *Ista minimum me movent.* Unus Ox. cum Duisb. habent *permulta sunt.* Rehd. omittit *sunt.* Alius Ox. omittit proximum *quia. Mr.*

tanquam levia quaedam vina nihil valent in aqua,] „Tenuia, quae leviter diluta saporem amittunt, quae primo statim gustu arrident, nihil vero iucundi saporis habent in recessu.“ *Neid.* Ad usum particulae *tanquam* in comparatione Kühn. conferri iubet Gernhard. ad Cic. Cat. maj. XIX. 71. p. 135. Sed hic solum nostrum habet locum. Plura dabit Tursellinus p. 997. ed. Schwarz. — In Cod. Gud. desunt omnia inde a *quia, tanquam* usque ad *ista magis*: aberrante scribae oculo a priore *magis* ad posterius. Gud. 2. omittit *quaedam.* Idem habet *iniqua* pro *in aqua.* Pro *potata* unus Ox. habet *pota,* quod et alios, nescio quos, habere legimus in marg. Lambb. Goth. Verb.

Velut iste chorus virtutum] „Constantia, gravitas, fortitudo, patientia aliaeque consimiles virtutes significantur, quae veluti chorum constituunt, qui multorum concentu constat.“ *Beroald.* De usu v. *velut,* qui hic obtinet, vid. Tursellinum p. 1051. ed. Schwarz. ibique complura Ciceronis exempla, ubi ponitur pro *exempli gratia.* Scribitur *corus* in Codd. Mon. 1. et Marb., in utroque etiam h. l. *ecleum.* In seqq. unus Ox. *eam* pro *eas,* tres *cursum* pro *cursim.* Vind. 1. *cursum porrectura.* Scribitur *porrecturat* in Gud. 1. sed ultimum *t* punctis notatum est. *Mr.*

ut ad eas cursim perrectura beata vita, nec eas —] „Vulg. *perrectura, nec eas beata vita* —“ *Dav.* in Ed. 2. In tertia Davisii eum ordinem, quem h. l. vulgatum appellat, restituit: eamque ita mutationem post Wopkensium (l. c. p. 105. sq. p. 145 sq. ed. Hand.) improbavit Bouh. Wopkensius autem alia similium constructionum *συγχύσεων* laudavit exempla, confusa tamen, vere monente Handio, quorum alia subiecti nomen habent in altera parte sententiae, alia verbum ad utramque referendum in secunda parte reponunt, in aliis denique mera est transpositio verborum ob vim vocalionis. Prioris tantum generis exempla huc pertinere manifestum est. Lectionem a Davisio in Ed. 2. receptam receperunt Ern. Schz. Nobb. nimis cupide, et contra Codd. et Edd. vett. auctoritatem. In Gud. 2. est *neque beata vita,* omisso *eas*; in Marb. *nec ad eas beata vita,* in uno Ox. excidit *vita; pergit* Marb. *ad se.* Cod. Mon. 1. habet *ne* [illegible] frequenti errore: cuius causam paullo superius indicavimus.

ab ista pictura imaginibusque virtutum ad rem veritatemque traduxeris; hoc nudum relinquitur, possitne quis beatus esse, quamdiu torqueatur. Quamobrem hoc nunc quaeramus: virtutes autem noli vereri, ne expostulent et querantur se a beata vita esse relictas: si enim nulla virtus prudentia vacat, prudentia ipsa hoc videt, non omnes bonos esse etiam beatos: multaque de M. Atilio, Q. Caepione, M' Aquilio

---

seqq. pro *traduxeris* duo Oxx. Aug. Gud. Duisb. Vind. 1. *perduxeris*. *Mr.*

hoc nudum relinquitur,] „Durum hoc videtur. MS. Guelf. *nondum* bene, opinor. Sensus est: hoc nondum effici tur, intelligitur. nam sic *relinqui* dicitur a Cicerone. Vid. Clav. in h. v." *Ern.* „*Nudum*: scilicet illo ornatu, qui captat potius animum, quam docet, detracto; id tantum superest, an quis beatior possit esse, quamdiu torqueatur. Ernestus frustra hic haesit, maluitque *nondum relinquitur* i. e. efficitur. Sed ita necesse erat, ut sequeretur: *ut possit quis beatus esse*." *Nissen.* „Sententia est: haec sola restat quaestio. Cf. Ovid. Metam. XIII. 159: *Ergo operum quoniam nudum certamen habetur*." *Wolf.* in Scholis.

hoc. nudum relinquitur] Vitiosum illud *nondum* habet etiam Cod. Aug. Ad interrogandi formulam, quae sequitur, vid. Handii Tursellinum I. p. 261. sq. Cod. Mon. 1. exhibet *possit que*. *Mr.*

Quam ob rem hoc non quaeramus] „Sic mendose in quibusdam libris vulgatis legitur quum emendati et antiqui recte habeant *nunc*." *Frc. Fabr.* Habent non Edd. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. et, invitus quidem, ipse Fabr. In Cod. Gud. est *hoc vere quaeramus*. Edd. Junt. Asc. 2. Crat. *quaerimus*. Pergit Ed. P. *virtutes noli autem vereri*. *Mr.*

ne expostulent] „i. e. ne incusent. *Expostulare* est querelam apud eum ipsum deponere, qui fecit iniuriam: *postulare* autem querelam dicere de altero apud alterum." *Beroald.* Cod. Rehd. habet *neve expostulent*, Mon. 1. *ne aut expostulent querantur*, omisso *et*, cuius loco Vind. 1. habet *ut*. Pergunt Mon. 1. et D. *sese*, Gud. contra et unus Ox. omittunt *se*. — „*Relictas esse* est conjectura in marg. [Lamb.] 1584. [marg. Goth.] quo vitaretur hexametri exitus. Sed clausulam hic nondum concluserat Tullius." *Or.* Abest *esse* ab uno Ox. quo abiecto eadem fieret loco, si opus esset, medicina. Gud. autem 2. habet *relictas esse*. Pergit Rehd. *sin enim*. Ad v. *Si enim* Nissenius, „Malim, inquit, *si etiam* quod pro *etiamsi* dicitur. Vulgatum tamen ferri potest." Ea certe coniectura nihil minus necessarium. In Ed. P. legitur *vacat prudentia, ipsa prudentia*: inverso verborum ordine. Unus Ox. omittit *videt*. Mox Rehd. habet *etiam esse*. Gud. omittit *etiam*. Ad locutionem *multaque* conf. Cic. Catil. IV. 4. 7. *Mr.*

M. Atilio] „Atilius Xanthippi Lacedaemonii consiliis victor in Africa circumventus et captus fuit: quae historia copiose exposita est a Polybio, primo libro: ubi et versum Euripidis posuit ὡς ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ. De Atilio multa in tertio Officiorum. De Caepione in Epitoma Liviani libri LXVII. hoc legitur: *Victum exercitum populi Romani a Cimbris, et Q. Servilium Caepionem, cuius temeritate clades ea accepta esset, iussu populi Romani condemnatum, bonis illius publicatis et imperio abrogato*. Legitur et in Epitoma libri LXXIII. *Quintum Caepionem quendam a Marsis circumventum amisso exercitu cecidisse*. Sed de priore accipiendam hanc mentionem puto. De Aquilio reo repetundarum in

recordatur: beatamque vitam, (si imaginibus potius uti,

Epitoma libri LXX. et de Orat. II. [45.]" *Camerar.* Sed vid. Clav. Cic. Ern. s. vv. *Caepio* et *Aquilius.* Monet Wolfius in scholis ea, quae de Atilio Regulo referantur, aucta quidem videri in maius, nec vero plane ficta; Caepionem vero a melioribus insontem fuisse existimatum. Legitur *M. Atilio Regulo* in Edd. S. E. HWolf. et marg. MS. Ed. nostr. Asc. 2; tres Codd. Oxx. et multae Edd. *Attilio,* unus Ox. *Marcilio,* Marb. *matilio,* Vind. 1. *M. Attilio Regulo,* Mon. 1. *M. Antilio; Q. Scipione recordantur* (omisso *M. Aquilio*), duo Oxx. cum eodem *Scipione,* unus Ox. omittit sequens *M'.* Cod. Aug. habet *Q. cipione Acquilio,* Gud. 2. *Q. Scipione et M. aquilo,* Marb. item *M. aquilo,* Gud. 1. *M' aquilo.* Vind. 1. *Aquilioque.* In Cod. Mon. 2. in marg. ab al. m. adiectum est: *Memmio Aquillio in vetusto codice legitur.* Pro *M'* Edd. ante Gebh. habent *M.*, nisi quod praenomen plane omittitur in Edd. V. Rob, Steph. Herw., ut in uno, quem diximus, Ox. *Mr.*

M. Atilio, Q. Caepione] „MS. Norvic. et Ed. Froben. *de M. Attilio Regulo,* cuius notissimam historiam non enarrabo: monebo duntaxat, istos Codd. ultimam vocem glossemati acceptam referre. Pro *Q. Caepione* Petrensis noster *Q. Scipionem* perperam repraesentat. A. Gellius N. A. III. 9: *quum oppidum Tolosanum in terra Gallia Q. Caepio consul diripuisset, multumque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periit.*" *Dav.* in Ed. 1.

M. Atilio] Regulum dicit, cuius mors cruciabilis est decantatissima. Inter alios plures vide Valerium Maximum lib. LX. cap. II, 1. ext. Agellium N. A. VI, 4. et Augustinum C. D. I, 15. *D.*

Q. Caepione] Is aurum Tolosanum abstulit, *quod sacrilegium causa excidii Caepioni exercituique eius postea fuit,* ut tradit Iustinus XXXII, 3. Vide sis et Agellium III, 9. Si Valerio Maximo fides lib. VI. cap. IX, 13. *in publicis vinculis spiritum deposuit, corpusque eius, funesti carnificis manibus laceratum, in scalis Gemoniis iacens magno cum horrore totius fori Romani conspectum.* Diverso tamen modo rem narrat lib. IV. cap. VII, 3. ut forsan alius ab eo, qui Ciceroni memoratur, fuerit is, cuius priore loco meminit Valerius. Sane Caepionem hunc ἐν δυστυχήμασι καταστρέψαι τὸν βίον, ὥς ἱερόσυλον ἐκβληθέντα ὑπὸ τῆς πατρίδος docet Strabo lib. IV, pag. 286, 287. eumque Smyrnae exulasse, testis est noster pro Corn. Balbo cap. XI. *D.*

M. Aquillio] „*M' Aquillio* est legendum. Intelligit enim Manium Aquillium, qui, quum Marii collega in quinto consulatu fuisset, decem et tribus annis post legatus consularis a Mithridate vinculis ac verberibus atque omni supplicio excruciatus fuit necatus." *Fr. Fabric.*

M' Aquilio] Hunc a Mithridate coniectum in vincula tradunt Athenaeus lib. V. pag. 213. Epitome Liviana LXXVIII. et Valerius Maximus lib. IX. cap. XIII, 1. Alia tamen et diversa prorsus ratione rem, si modo locus integer est, nec quicquam deficit, narrat Diodorus Siculus in Excerpt. Peiresc. pag. 401. Οἱ ἐν τῇ Λέσβῳ, inquit, διέγνωσαν τὸν Ἀχίλλιον εἰς Μιτυλήνην συμπεφευγότα καὶ νοσοκομούμενον παραδοῦναι τῷ Μιθριδάτῃ. Ἐπιλέξαντες οὖν τῶν νέων τοὺς ἀλκῇ διαφέροντας ἔπεμψαν ἐπὶ τὸ κατάλυμα· οἱ δὲ ἀθρόοι προσπεσόντες τούτῳ, τὸν Ἀχίλλιον ἁρπάσαντες ἔδησαν ὡς καλλίστην τῷ βασιλεῖ καὶ πεχαρισμένην δωρεὰν ἐκπέμψοντες. Ille vero φθάσας τοὺς μέλλοντας συναρπάζειν sibi manus intulit. Velleius Paterculus lib. II. cap. 18. Mitylenaei *M. Aquilium aliosque Mithridati vinctos tradiderunt; quibus libertas*

quam rebus ipsis placet,) conantem ire in equuleum retinet ipsa prudentia, negatque ei cum dolore et cruciatu quicquam esse commune.

M. Facile patior te isto modo agere: etsi iniquum est praescribere mihi te, quemadmodum a me disputari velis. Sed quaero, utrum aliquid actum superioribus diebus, an nihil, arbitremur? A. Actum vero, et aliquantum quidem. M. Atqui, si ita est, profligata iam haec et paene ad exi-

---

in unius Theophanis gratiam, postea a Pompeio restituta est. At, si credimus Appiano Bell. Mithrid. p. 316. eum Mithridates ἑλὼν ᾐσθεμένον ἐπὶ ὄνου περιήγετο, κηρύσσοντα τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι Μάνιος εἴη· μέχρις ἐν Περγάμῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ κατεχώνευσε χρυσίον. Eius meminerunt Arnobius et alii. Vide nos ad Minucii Felicis cap. XXXVII. pag. 179. *D.*

nisi imaginibus potius uti] „Sic legendum, non, ut in libris vulgatis, *si imaginibus.*" *Lambin.* Probare videtur Lambini coniecturam Fr. Fabricius: merito improbat Orellius. Unus Ox. omittit *uti.* Gud. 2. pro *recordatur* habet *recordatus.* *Mr.*

Si *imaginibus potius uti quam rebus ipsis placet*] Falluntur Lambinus et Fabricius, qui legendum pronuntiant, *nisi imaginibus potius uti.* Nam figurata illa dictione, quam paullo ante Tullius adhibuit, statim utetur Adolescens. *D.*

conantem ire in equuleum retinet ipsa prudentia,] „Duas ultimas voces a librariis profectas censeo: non enim erat, cur, paullo ante positae, repeterentur." *Dav.* in Ed. 2. Improbat Wopkensius Davisii coniecturam in Lectt. Tull. p. 268. [p. 360. ed. Hand.] compluribus eiusmodi repetitionis exemplis allatis. Ernestus vero, neque Wopkensii ratione pensitata, neque Davisii editione tertia inspecta, in qua Davisius suspicionem illam silentio pressit, quasi ipse illam coniecturam fecisset, hanc notulam scripsit: „*Retinet ipsa prudentia* libri omnes. Sed redundat utique *ipsa prudentia,* videturque ex superioribus repetitum, uncis inclusi." Merito neminem obsequentem habuit Ern. Laudat nostrum locum Goer. ad Cic. Acadd. II. 34. 111. ad fulciendam similem post parenthesin repetitionem, quam ibi deletam volebat Hülsemannus. Merito improbat eam coniecturam Kühnerus. Cod. Vind. 2. pro *retinet* habet *tenet.* Cod. Gud. habet *negaturque,* Gud. *negat,* omisso *que.* Pro *ei* scriptum est *enim* in Edd. A. B. S. Ven. nostr. In Cod. Marb. est *commune.* *Mr.*

c. 6. *te isto modo agere:*] Cod. Gud. 1. a 1. m. *tecto,* supra lin. *te isto.* Pro *agere* legitur *egere* in Codd. Gud. 1. 2. Marb. Pergit Mon. 2. *et si,* separatis vocibus; unus Ox. *perscribere.* Cod. Gud. 2. *et iniquum esse.* Duisb. *te mihi.* Mon. 1. *disputari a me;* unus Ox. *velit.* De usu affirmativo vocis *vero* vid. Creuzer. et nos ad Cic. de Div. I. 46. 104. p. 226. nos ad Cic. de Legg. I. 24. p. 151. Add. nos ad Tusc. II. 11. 26. ibiq. laudd. Pro *et* Cod. Marb. cum uno Ox. habet *est,* Cod. Aug. *sed:* utrumque debetur correctori, qui non nosset vim verborum *et — quidem* in responsionibus. *Et quidem* pro *et sane* poni monet Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 5. 14. p. 546 sq. Sic supra II. 11: *ac multos quidem,* in responsione. Pro *aliquantum* male legitur *aliquantulum* in Edd. S. E. *Aliquantum* vero esse i. q. sat multum, minime parum, hodie vel Lexica docent; cf. tamen Handii Tursellin. I. p. 252 sqq. et nos ad Cic. de Div. I. 33. p. 170. *Mr.*

Atqui si ita est, profligata iam haec — quaestio est] „Absoluta

tum adducta quaestio est. A. Quo tandem modo? M. Quia motus turbulenti iactationesque animorum incitatae et impetu inconsiderato elatae, rationem omnem repellentes, vitae beatae nullam partem relinquunt. Quis enim potest, mortem aut dolorem metuens, quorum alterum saepe abest,

---

paene atque effecta. *Profligare* dicunt idonei scriptores prodigere et deperdere, *profligatas*que *res* quasi proflictas et perditas. In alio significatu *profligata* appellant, quae prope absoluta sunt: et in hac significatione accipitur hoc Ciceronianum: ubi annotandum est, non satis circumspicienter ab A. Gellio plerosque reprendi veluti improprie insciteque dicentes, *profligata* esse aedificia et templa, et alia fere multa, quae prope absoluta effectaque sunt, quae et *in profligato esse* dici solent. Nam in hoc plane loco *profligata quaestio* significatur finita, quasi ad exitum deducta, contra Gellii opinionem. unde non satis recte reprehensus vir ille ex advocatorum turba videtur, qui coram praetore dixit: *Omnia, vir clarissime, negotia, de quibus te cognituru̇m esse hodie dixisti, diligentia et velocitate tua profligata sunt.*" *Beroald.* Locus Gellii XV. 5. hic est: *Qui diligenter loquuti sunt, ita usi sunt, ut profligare dicerent prodigere et deperdere, profligatasque res quasi proflictas et perditas appellarint: nunc audio aedificia et templa et alia fere multa, quae prope absoluta affectaque sunt, in profligato esse dici, ipsa iam esse profligata. — Quod significare autem volunt, qui profligatum dicunt, ii, qui Latine loquuti sunt, non profligatum sed affectum dixerunt.* Ad eum locum vid. Gronov. p. 670. Giphanii Obss. in Ling. Lat. p. 197. sq. Laudat praeterea Ern. in Clav. ex ipso Cicerone Epp. ad Famm. XII. 14. §. 3. de Provinc. 14., ad Famm. VIII. 9. Conf. Flor. II. 15. ibiq. Duker. et indic. Freinsh. *Mr.*

Atqui si ita est, profligata —] Unus Ox. cum Mon. 1. *Atque*, duo Oxx. cum Mon. 2. *si ista:* Rehd. *si ita profligata est.* Ad v. *profligata* in marg. Ven. Alt. legitur: i. e. *perfecte absoluta.* Apud Nonium v. *profligare* abest *haec* et scribitur *deducta* pro *adducta*, ut est in uno Ox. In Cod. Gud. 2. legitur *ducta*, in Gud. deest *est*. *Mr.*

Profligata *iam haec et paene ad exitum adducta* quaestio est] Hanc loquendi rationem parum Latinam censuit Agellius N. A. XV, 5. quapropter eum iamdiu notavit Lipsius ad Taciti Hist. II, 4. Et merito quidem, quod ostendit Graevius ad Iustini lib. XXII. cap. 8. Nonius autem, licet hunc locum Ciceronis adducat in *profligare*, tamen Agellio fidem videtur dedisse, *verbumque pessimum ad usum trahi* coepisse queritur. Quasi Cicero Latinitatis auctor non sit idoneus! Sic lib. XII. Fam. Epist. 30. *Qui*, profligato *bello ac paene sublato, renovatum bellum gerere conamur.* Livius lib. XXI. cap. 40. *Sed ita forsitan decuit, cum foederum ruptore duce ac populo, Deos ipsos sine ulla humana ope committere ac* profligare *bellum; nos autem* — *commissum ac* profligatum *conficere.* Seneca de Benef. lib. VII. cap. 16. *Haec quoque, quae venit, quaestio, profligata est in prioribus.* Nam aliter Florus aliique. *D.*

Quo tandem modo?] *Quo tandem malo* ex MS. nescio quo enotavit Verb. Est fortasse ex marg. Crat. Mox Gud. 2. *iactationes*, omisso *que*. Tum Edd. S. E. *impetu non considerato.* Gud. 1. *omnis* nonnisi a 2. m. supra lin. habet additum. Unus Ox. *quid* pro *quae*, in Mon. 1. est *dolorem aut mortem.* Verba *saepe adest alterum semper* exciderunt in Cod. Gud. 2. Idem habet *non esse miser.* Cod. Mon. 1. exhibet *abest*, unus Ox. omittit *semper*. Cod. Vind. 1. habet *miser non esse*. *Mr.*

alterum semper impendet, esse non miser? Quid? si idem (quod plerumque fit) paupertatem, ignominiam, infamiam timet, si debilitatem, caecitatem, si denique, (quod non singulis hominibus, sed potentibus populis saepe contigit,) servitutem? potest ea timens esse quisquam beatus? Quid? qui 16.
non modo ea futura timet, verum etiam fert sustinetque b.
praesentia? adde eodem exsilia, luctus, orbitates: qui rebus his fractus aegritudine eliditur, potest tandem esse non mi-

---

Quid? si idem (quod plerumque fit) paupertatem,] Codd. Vind. 1. Duisb. Ed. P. *quod si idem.* Ceterum distinxi locum ut fecit Goerenz. ad Acadd. II. 2. 5. p. 13. Cod. Gud. 2. habet *quod* pro *quo;* Duisb. habet *fit plerumque;* tum Gud. 2. *paupertatis ignominiam — infamia timet;* unus Ox. *caecitatemque;* in Gud. 1. vox *infamiam* a 2. m. supra lin. addita. *Mr.*

Quod non singulis hominibus, sed potentibus populis] Dav. in Ed. 2. dedit *non singulis modo hominibus,* nulla librorum auctoritate adscripta. Habet tamen ita unus Ox. Rehd. vero *non singulis hominibus solum:* utraque scriptio debetur glossatori. Cicero non semel dixit *non — sed* pro *non modo — sed etiam.* Vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 23. 73. p. 136. Quare nec altera Davisii suspicio *sed et,* quam in Ed. 3. exprompsit, necessaria videri debet. *Mr.*

Non singulis hominibus, sed potentibus populis saepe contigit] Vulgo, *non singulis hominibus, sed potentibus populis saepe* contingit. Nos autem Reg. et Pithoean. sequimur. Malim tamen *sed* et *potentibus populis saepe* contigit; ut *non singulis hominibus* eadem tribuatur potestas ac *non tantum singulis hominibus:* quod passim fit. Theocritus Idyll. X, 19.

— Τυφλὸς δ' ΟΥ'Κ αὐτὸς ὁ πλοῦτος,
Ἀλλὰ ΚΑΙ' ὠφρόντιστος ἔρως —

Democrates in Sentent. Aur. pag. 630. Ἐχθρὸς ΟΥ'Χ ὁ ἀδικῶν, Ἀλλὰ ΚΑΙ' ὁ βουλεύων. Dionysius Halicarnasseus *Τέχνης* cap. IX. *Καὶ τὰ μέτρα τῶν ἐσχηματισμένων λόγων παιδεύει ἡμᾶς ὁ Ὅμηρος, ὅτι ΟΥ' τῆς εὐπρεπείας δεῖται, Ἀλλὰ ΚΑΙ' τῆς ἐν χρείᾳ σύντομίας,* ubi Cl. Clarkius ad Homeri Iliad. A. 503. frustra reponit *οὐ ΜΟΝΟΝ εὐπρεπείας.* Vide sis quae diximus ad Ciceronis N. D. II, 64. et Dan. Fesselium Advers. Sacr. IV, 3. *D.*

saepe contigit] „Est *contigit* in Cod. Reg., cui mea Ed. vet. accedit." *Bouh. Contigit* melius est vulgato. et id in MSS. repertum est." *Ern.* Tacet quidem collatio nostra Codicis Regii, sed habet is sine dubio *contigit,* cum ita sit in Gud. 1. (ex corr.) Gud. 2. Marb. Rehd. Mon. 2. Receperunt idem Edd. post Ern. omnes. Unus Ox. pro *populis* habet *dominis.* Pro *servitutem* Edd. Junt. et Asc. 2. habent *severitatem.* In Cod. Vind. 1. est *quod nedum singulis* et mox *poterit* pro *potest.* Habet Cod. Marb. *postea timens* pro *potest ea timens;* omittunt *ea* tres Oxx. Mon. 1. 2. et Ed. P. Cod. Aug. pro *quisquam* habet *quisque.* Post *Quid* duo Oxonn. omittunt *qui.* Rehd. habet *ea quae futura sunt timet;* Duisb. *ea timet futura.* Unus Ox. omittit *ea* post *modo.* Pergit Ed. P. *verum tamen fert.* Pro *adde* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. *at de,* Duisb. *ac de;* tum Gud. 2. *eadem,* unus Ox. *eidem* pro *eodem.* Post *rebus* Mon. 2. pergit *iis,* Duisb. *hiis,* Gud. *is.* Mon. 1. et Marb. *fractis;* duo Oxx. omittunt *aegritudine;* Marb. et Gud. 1. habent *aegritudini. Mr.*

Aegritudine eliditur] In nonnullis libris *debilitatur;* sed a

serrimus? Quid vero? illum, quem libidinibus inflammatum et furentem videmus, omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate; quoque affluentius voluptates undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitientem, nonne recte miserrimum dixeris? Quid? elatus ille levitate, inanique laetitia exsultans et temere gestiens, nonne tanto miserior, quanto sibi videtur beatior? Ergo ut hi miseri, sic contra illi beati, quos nulli metus terrent, nullae aegritudines exedunt, nullae libidines incitant, nullae futiles laetitiae exsultantes languidis liquefaciunt voluptatibus. Ut maris igitur tranquil-

---

recepta lectione praeter antiquissimos Codices merito stat Nonius in *elidere*. *D.*

eliditur] Est *debilitatur* in Cod. Duisb., qui tamen supra lin. habet *eliditur*, ut vera Ciceronis manus glossae locum obtineat, et glossa in orationis seriem recepta appareat. In Rehd. est *alitur*, in Ed. P. *eluditur*. Ad usum verbi *elidendi* cf. supra II. 11: *poetae — nervos virtutis elidunt*; III. 34: *stirpes aegritudinis — elidendae sunt*: ubi vid. ann. nostr. Cod. Rehd. omittit *tandem*, unus Ox. vocem *non*. Alius mox *Qui vero*. cum Gud. 2. *Quid* omittit Cod. Aug. Verb. ex MS. nescio quo in marg. *furentem esse videmus*; unus Ox. *furentem rabide videmus*, qui post *omnia* omittit vocem hic intrusam. Alius Ox. cum Mon. 1. et Gud. habet *rapide*. Cod. Vind. 2. *expetentem*. Unus Ox. et MS. in marg. Verb. cum Ed. Ven. Alt. et Ed. P. *inexplicabili*, Mon. 1. *eximplebili*, unus Ox. et Gud. 2. *explebili* pro *inexplebili*; posterior *quo* pro *quoque*. Adverbium *affluentius* (iunctum v. *vivere*) habet etiam Corn. Nep. Att. XIV. 2. Gud. 2. omittit *undique*; Duisb. exhibet *hauriat undique*; mox Gud. et unus Ox. *gravius avidiusque*, alius Ox. supra lin. *vel avidiusque*: unus *non* pro *nonne*, alius *deseris* pro *dixeris*. *Mr.*

Quid? elatus ille levitate,] Respicit in his omnibus librum quartum, quo haec uberrime explicata sunt. — Pro *elatus* est *elevatus* in Codd. Reg. Rehd. Vind. 1. In Duisb. est *quid ille elatus*; duo Oxx. habent *inani*, omisso *que*. Edd. A. B. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. Ald. Boul. Brut. Lambb. Goth. *et exsultans*. Pergit Gud. 2. *et timere gestiens*. Gud. omittit *tanto*. Vind. 1. habet *tanto videtur sibi*. Mox Cod. Duisb. *ut hii*, Mon. 2. *ut ii*. Ad locutionem *ut — sic contra* vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 1. 3. p. 4. Ad v. *beati* v. locos ex ipsis nostris libris collectos in nova Forcelliniani Lexici Ed. Germ. p. 316. c. in primis V. 14. et 39. coll. de Finn. II. 28. Acadd. II. 43. Ad v. *nulli metus*, nimirum ad pluralem numerum nominis abstracti, vid. plura exempla collecta ab Ottone ad Cic. de Finn. I. 8. 27. p. 34 sq. Vogel. Obss. ad Cic. (in Prolus. Bipont. 1830. 4.) p. 27. Mox Cod. Rehd. *libidines excitant*. *Mr.*

Nullae futiles laetitiae, exsultantes] Lege, *nullae futiles laetitiae et exsultantes, languidis liquefaciunt voluptatibus*. Vide lib. IV. capp. 16, 31. *D.*

nullae futiles laetitiae exsultantes etc.] „Davisii emendatio *et exsultantes* plane non est necessaria.“ *Bouh.* „*Exsultantes* pendet a *quae*. Davisius addit *et*.“ *Ern.* Recte Ernestus. Fluctuat Billerb.: Schützius contra supervacuam et pravam adeo Davisii coniecturam nimis cupide recepit, quam, receptam in Ed. 2, ipse Dav. in tertia annotationi tantum inseruit. Ad locutionem confert Bill. Tusc. IV. 17: *nec alacritate futili gestiens deliquescat*. Add. II. 22: *cum voluptatibus liquescimus, fluimusque mollitia*. In Cod. Gud. 1. scriptum est *exsul-*

litas intelligitur, nulla ne minima quidem aurâ fluctus commovente: sic animi quietus et placatus status cernitur, quum perturbatio nulla est, qua moveri queat. Quod si est; qui 17.
vim fortunae, qui omnia humana, quaecunque accidere pos-

---

tantis, sed syllaba *tis* punctis notata; unus Ox. habet *languidisque faciunt*. Mox Cod. Duisb. *ut igitur maris*. *Mr.*

Maris igitur tranquillitas] Graecis dicitur *μαλακία* quam vocem Romana civitate donabant Caesar B. G. III, 15. et Seneca Epist. LXVII. Ad horum imitationem Sulpicio Severo Dial. I. cap. 4. et Aur. Victori de viris Illustr. cap. 22. *mollicies maris* nuncupatur. At antiquis Latinis *Flustra dicuntur, cum in mari fluctus non moventur, quam Graeci μαλακίαν vocant*, uti docet Festus. *D.*

nulla ne minima quidem aura fluctus commovente] Cod. Mon. 1. *nec minima quidem*: frequentissima confusione. De locutione *ne — quidem* et *nec — quidem* vid. Gernhard. ad Cic. Cat. maj. IX. 27. p. 50. X. 33. p. 60; ad Parad. II. 1. 22. p. 198. Beier. ad Cic. Fragmm. Oratt. p. 31. et ad Cic. de Off. III. 4. 17. p. 210. Cod. Mon. 2. habet *ne minima aura quidem*. Cod. Marb. *flatus commovente*, egregie scilicet. Duo Oxx. omittunt *status*. Mon. 1. habet *est que moveri*, unus Ox. *est quae moveri*. *Mr.*

Quod si est; qui vim fortunae, qui etc.] „Sic distinxi cum Wolfio, ut sensus sit: *quae si ita sunt, is, qui — — non beatus sit?* Plerique contra sic: *Quod si est qui vim* cet. i. e. *quod si quis est, qui — ducat, — — is non beatus sit?*“ *Orell.* In Cod. Duisb. est *qui inde fortunae*, duo Oxx. omittunt *vim*. *Mr.*

Qui omnia humana, quaecumque accidere possunt,] „Rectius Longobardicae membranae *quae cuiquam accidere possunt*. Qualis est ille P. Syri mimus:

Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.“

A. Schott. Nod. Cic. II. 17. p. 333. — „*quae cuique*] „Hoc praeferebat Victorii editio et Palatin. prim. tert. quart. Martin. alias *quaecunque*.“ *Gebh.*

Quaecunque accidere possunt] Sic Reg. Pithoean. et Balliol. Vulgo *quae cuique*. Cl. autem Bentleius legit *quae* cuiquam *accidere possunt*. *D.*

quae cuique] „Pleraeque Edd. vett. et Codd. MSS. in his Leidd. habent *quaecunque*, quam ego lectionem cum Dav. praefero. Bentleii correctionem *quae cuiquam* fulcit Cod. Schotti.“ *Bauh.* „Verba *quae cuique accidere possunt* mihi glossatorem sapiunt, interpretantem *humana*. Cicero semper *humana* sola ponit. Libri alii *quaecunque*, alii *quae cuiquam*, nullum mihi satis placet.“ *Ern.* „Malim: *qui omnia, homini quae accidere possunt*. Nam *cuique* ex ipsa librorum varietate falsum esse verisimile est. Non aliter 14, 42: *et ea, quae homini accidere possunt, omnia parva ducens*.“ *Nissen.*

quaecunque accidere possunt] Servavi hanc lectionem, quae est in plerisque Edd. (habent enim *quae cuique* nonnisi Edd. P. marg. Crat. Vict. Rob. Steph. Herw. Gebh. Lall. Ern. Nobb.) tribus Codd. Oxx. Aug. Vind. 1. Rehd. Gud. Eandem vero lectionem esse in Cod. Reg. valde dubito; non tam quia collatio nostra tacet, (tacet enim saepissime ubi aliquid notandum erat:) sed quia Codices eius simillimi habent *cuique*, qui sunt Gud. 1. 2. Marb. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 2. quibus accedunt sex Oxx. et quatuor Gruteriani. Nec vero diffiteor placere mihi Schottiani Codicis lectionem *cuiquam*, probatam etiam Bentleio: quam vocem, perperam lecto compendio, facillime mutari potuisse in *cuique*, quod sine dubio falsum est. Ernesto

sunt, tolerabilia ducat, ex quo nec timor eum nec angor attingat: idemque si nihil concupiscat, nulla efferatur animi inani voluptate; quid est, cur is non beatus sit? et si haec virtute efficiuntur, quid est, cur virtus ipsa per se non efficiat beatos?

7 A. Atqui alterum dici non potest, quin ii, qui nihil

---

nemo assensus est, quamquam illis verbis ταυτολογίαν inesse pro *omnes casus humanos* scripsit Wolf. in scholis. *Ex quo* recte monet Kühn. dictum esse pro *ita ut*. In Cod. Duisb. est *eum nec timor*. Pro *attingat* est *attingit* in Codd. Gud. 2. et Vind. 1; *attingant* in Cod. Rehd. Ad constructionem sequentem *idemque si nihil*, qua eius forma relativa transit in demonstrativam (cum sequi deberet: *qui idem nihil concupiscat*) Kühn. laudat V. 3. 8. ubi *eumque cum Leonte* ponitur, cum exspectes perrecturum Ciceronem in constructione relativa: ubi vid. ann. nostr. *Mr.*

si nihil concupiscat,] Cod. Marb. *se* pro *si*. Tum Cod. Aug. *nullaque efferatur inani voluptate*. Gud. 2. habet *cur quis*. Vind. 1. *beatus non sit*. Post *efficiuntur* Cod. Rehd. omittit *quid est*: scilicet quia sufficiebat librario sequens *cur*. In uno contra Ox. deest hoc ipsum *cur*: alius habet *efficit* pro *efficiat*. In antecedentibus Codd. Mon. 1. et Duisb. habent *si nulla*. Ad sententiam cf. Cic. de Off. I. 29. 104. ubi est *ne — elati — voluptate in aliquam turpitudinem delabamur*. *Mr.*

C. 7. *Atqui alterum dici non potest, quin ii qui* etc.] „Videtur hic mendum subesse. Namque hoc sentit Cicero: alterum negari non potest, quin ii, qui nihil metuant, etc. beati sint etc. Quare vel sic legendum videtur, *alterum negari non potest, quin* etc. vel sic, *alterum non dici non potest, quin ii* etc. quomodo olim edidimus.“ *Lamb.* cur. sec.

Atqui alterum dici non potest] D. Lambinus rescribit: *Atqui alterum non dici non potest*, vel *Atqui alterum negari non potest*. Sed locus remedio non indiget. *D.*

Atqui alterum dici non potest, quin hi etc.] „Vix satis latine haec dici mihi videntur. Recte sonat: *dici non potest, quin*: non vero recte (ut opinor) *alterum dici non potest, quin*. — Aut igitur illud *alterum*, aut hoc *quin* tollendum esse censeo. Lambinus coniecit legendum: *alterum non dici non potest*, vel *alterum negari non potest*. Quid vero hae coniecturae ad locum restituendum faciant, omnino non video. Equidem sic mihi fere persuasi Ciceronem scripsisse: *Atqui alterum dici non potest, quod hi, qui nihil metuant . . . . nihil concupiscant . . . . . beati sint.*“ *Pearcius.* „Pearcius corrigit *quod ii*. illud (*quin ii*) non esse Latinum. immo *quod ii* non est bene Latinum. *Ern* „*Quin ii beati sint* pro *eos beatos non esse*. Sic *quin* post *nego, suspicio* cet. interdum pro accus. c. infin.“ *Scheller.* „Insolentius sane loquitur pro *dici non potest, eos, qui — — efferantur, beatos non esse*. Sed rectissime se habet Codd. lectio.“ *Or.* „*Dici non potest, quin* — idem fere est, quod *dubitari non potest, quin* —“ *Kühn.* Ponitur *quin*, quum aliqua est dubitatio, ita tamen, ut ea non obstet, quo minus alicui sententiae assentiamus: acc. c. inf. ponitur, quum aliquid vel fieri vel factum esse vel factum iri significatur. Quod vero h. l. est *dici non potest, quin* certe paullo insolentius, conferri potest cum locutione haud ita insolenti *facere non possum, quin* —, quae est Epp. ad Famm. VI. 13. Non minus insolenter dixit Cicero Or. pro Flacc. 27: *quis ignorat, quin tria Graecorum*

metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla impotenti laetitia efferantur, beati sint; itaque id tibi concedo: alterum autem iam integrum non est. Superioribus enim disputationibus effectum est, vacare omni animi perturbatione sapientem. M. Nimirum igitur confecta res est: 18.
videtur enim ad exitum venisse quaestio. A. Propemodum id quidem. M. Verum tamen mathematicorum iste mos est, non est philosophorum. Nam geometrae, quum aliquid

---

genera sint: pro qua locutione simili sententiâ dici poterat: *dici non potest, quin tria — genera sint.* Pro *atqui* Cod. Duisb. habet *atque.* Rehd. pergit *aliud dici.* Vind. 2. exhibet *atqui si alterum.* Ceterum habes pravam scriptionem *hi* pro *ii* hoc quoque loco in aliquot Codd. et Edd.; eamque ex Cod. Reg. nimis religiose recepit Dav. Solus Cod. Marb. habet *quam hi. Mr.*

Qui nihil — *ecferantur*] Haec affert Nonius in *impotens*: cuius libri si corrupti non sunt, ipse Codicibus vitiosis est usus. *D.*

qui nihil — efferantur] Perperam Nonius, qui laudat nostrum locum v. *impotens.* scribit: *nihil agant — nulla impotentia ecferantur.* In Cod. Mon. 1. legitur *anguntur.* Vocem *impotenti* omisit scriptor Cod. Rehd. fortasse ignarus eam vocem esse i. q. *immoderata*; unus Ox. habet *in potenti.* Cod. Duisb. habet *efferuntur,* Gud. 2. Marb. *efferunt.* Pro *beati sint* est *beati non sint* in Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. quod est correctorum, qui non recte intelligerent illud *dici non potest,* ut Lamb. et Pearcius. Cod. Aug. habet *beati sunt.* Pergit unus Ox. *M. Itaque,* ut Marcus haec dixisse significetur; tum vero voci *alterum* litera *A.* praefixa est. *Mr.*

Alterum autem iam integrum non est etc.] „Est h. l. mendum, quod a nemine adhuc animadversum esse miror. Non potest haec dixisse discipulus vel auditor Ciceronis. Praeceptoris enim est iudicare, (postquam concessum est beatum esse hominem perturbationibus vacuum) iam rem ad exitum venisse. Restituenda igitur litera *M.* ante verba: *Alterum iam integrum non est* — Sunt enim haec *Marci* usque ad *venisse quaestio.* Et ita mea Ed. vet. et unus Cod. Leid., nisi quod *M.* est ante *superioribus.*" *Bouh.* Non obsecuti sunt ei viro, qui post eum ediderunt hos libros: et recte. Quamvis legenti eius versionem Gallicam, nec inspicienti ipsa Ciceronis verba, facile de coniecturae suae veritate persuadeat. Ad locutionem *iam integrum non est* intellige; non licet ultra negare vel dubitare. Utramque iunxit Cicero pro Muren. 4: *non iam mihi licet neque integrum est, ut* — cet. Unus Ox. omittit *autem,* alius *iam.* Rursus est *autem* pro *enim,* post *superioribus.* Pro *vacare* est *vacari* in Codd. Reg. Marb. Gud. 2. et uno Ox. Alius Ox. habet *perturbationem. Mr.*

Nimirum igitur confecta res est:] Ante haec deest litera *M.* in uno Ox., in eodem et alio deest *A.* ante *propemodum* itemque *M.* ante *Verum.* In Mon. autem 2. verba *Superioribus enim* sqq. itemque verba *Propemodum id quidem* cum seqq. Marco tribuuntur. Cod. Aug. habet *propemodum quidem id quidem.* Duisb. omittit *Propemodum.* Vind. 1. omittit *iste* ante *mos.* Habet Cod. Mon. 1. *perveniese* pro *venisse. Mr.*

iste mos est, non est philosophorum] „Eleganter posterius *est* inserui ex quinque Palatin." *Gebh.* Receperunt *est,* quod omittunt Edd. vett. omnes, Edd. inde a Gebh. omnes. Abest idem verbum a Codd. Marb. Mon. 1. Vind. 1. et quatuor Oxx. In Mon. 1. est *Geometrie* pro *geometrae.* Duo Oxx. habent *ad eam partem* pro *ad eam*

docere volunt, si quid ad eam rem pertinet eorum, quae
p. 232. a. ante docuerunt, id sumunt pro concesso et probato: illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est. Philosophi, quamcunque rem habent in manibus, in eam, quae conveniunt congerunt omnia, etsi alio loco disputata sunt. Quod ni ita esset, cur Stoicus, si esset quaesitum, satisne ad beate vivendum virtus posset, multa diceret? cui satis esset respondere, se ante docuisse nihil bonum esse, nisi quod honestum esset: hoc probato, consequens esse, beatam vitam virtute esse contentam: et quo modo hoc sit consequens illi, sic illud huic, ut, si beata vita virtute contenta sit, nisi ho-

---

rem: de qua locutione vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 4. 11. p. 229. Simillimus nostro est locus de Off. III. 7. 33. *Ut Geometrae solent non omnia docere, sed postulare, ut quaedam sibi concedantur, quo facilius, quae velint, explicent*: ubi Graevius et nostrum locum adhibuit et Senec. Ep. 88. Vid. etiam P. Manut. ad eum locum p. 135. ed. Graev. Pro *et probato* Gud. 2. habet *et comprobato*. Aug. *aplicant* (sic) pro *explicant*. Duo Oxx. omittunt *nihil* post *ante*; Vind. 1. et Marb. verbum *est* post *scriptum*. Prior pro *eam* habet *ea*. Pergit unus Ox. *quam conveniunt*. Tum Mon. 1. *corrigunt omnia*. Vind. 1. *etiamsi*. Idem cum Vind. 2. *disputata sint*. Posterius verbum omittit Cod. Duisb. De repetitione verbi substantivi in hac periodo: — *ni ita esset — si esset — satis esset — bonum esse — honestum esset — consequens esse — esse contentam — hoc sit — contenta sit — quod sit — aliud sit* vid. Jentzen. in Censura insignium locorum in Cic. de N. D. L. I. p. 48. sq. — Pro *ni* unus Ox. habet *si*. Mox Cod. Gud. *si esset quaesitus*. *Mr.*

quamcunque rem habent in manibus] „Sic Graeci ἔχειν ἐν χερσίν. Cf. Valckenar. ad Herodot. VII. 16. T. VI. P. 1. p. 284. ed. Schwgh. Sic διὰ χειρὸς ἔχειν s. χειρῶν dicunt. cf. Bergler. ad Alciphron. p. 105. Dorvill. ad Chariton. p. 273. Reitz. ad Lucian. T. VIII. p. 364. ed. Bip. Abresch. et Locella ad Xenophont. Ephes. p. 166." *Schuch.* Est locus in comment. Dorvillii ad Chariton. p. 122. sq. ed. Amst. *Mr.*

se ante docuisse,] „Vatic. *si ante docuisset.*" *Gebh.* Videtur haec esse infelix correctio veteris erroris, quo in Codd. Reg. Marb. Gud. 1. 2. scribitur *sed ante docuisset*. Est etiam *si* pro *se* et *docuisset* pro *docuisse* in Codd. Mon. 1. 2. et duobus Oxx. Alius Ox. habet *si — docuisse*, alius *si autem docuisse*. Mox Vind. 1. *esset honestum*. *Mr.*

hoc probato consequens esse] Unus Ox. omittit *esse* post *consequens*. In Cod. Rehd. est *beatam vitam se ipsa esse contentam*. Vides egregium Ciceronis correctorem. Cod. Vind. 1. habet *contentam esse*. Cod. Reg. *esse contemptam* et mox *virtute contempta*. Ad v. *virtute esse contentam* monet Jentzen. l. c. p. 35 ea significare i. q. *virtute contineri*, et hanc sententiam exhibet etiam Kernius in vers. germ. Pergit Cod. Marb. *et hoc quomodo sit*. Ad structuram *hoc sit consequens*, pro qua exspectes *esset*, monet Kühn. eam ita esse conformatam, ac si scriptum esset: *et dicet quomodo hoc sit* etc. Unus Ox. omittit *illi*, alius habet *sic illuc*; tum Gud. 2. *et si*. Gud. 1. omittit *vita*. Lectio *contemta* enotata est etiam ex vet. Cod. in marg. Lambb. et Goth. sed addito iudicio: mendose. Duisb. habet *si virt. cont. sit vita beata*. Rehd. pergit *sic nisi*; unus Ox. *misi honestum*. Unus Ox. omittit *non* ante *agunt*. *Mr.*

nestum quod sit, nihil aliud sit bonum. Sed tamen non 19.
agunt sic. Nam et de honesto et de summo bono separatim libri sunt: et quum ex eo efficiatur, satis magnam in virtute ad beate vivendum esse vim, nihilominus hoc agunt separatim, propriis enim et suis argumentis et admonitionibus tractanda quaeque res est, tanta praesertim. Cave enim putes ullam in philosophia vocem emissam clariorem, ullumve esse philosophiae promissum uberius aut maius. Nam quid

---

Nam et de honesto et de summo bono] Prius *et* omittunt Gud. 2. Mon. 1. Rehd. Marb. unus Ox. Scribitur *seperati* in Cod. Rehd., *seperatim libri sum*. Alia plane esset sententia si scriptum esset *separati*, qua correctione beavit ille Ciceronem. Vid. Doeleckii Dtsch. Lat. Gramm. p. 76. Recte Beroaldus: ut in aliis libris tractent de honesto, in aliis de summo bono: ut quaeque res suis argumentis explicentur. Ad sententiam cf. Bardili in Hauffii Philolog. I. 2. p. 3. — Pergit Cod. Vind. 1. *ut quum*, Mon. 1. *sed quum*; in uno Ox. Gud. 2. et Duisb. deest *ex*; Mon. 1. habet *efficiant*, unus Ox. *efficiet*. Illud correctori debetur, qui cum casu excidisset compendium syllabae *ur*, verbum sequenti *agant* accommodandum existimaret. Cod. Duisb. v. *vim* habet post *magnam*. Marb. rursus *seperatim*. Pergit unus Ox. *propriis manibus enim*, egregia scilicet glossa recepta. Gud. 2. omittit *enim*. Cod. Mon. 1. habet *putas*. — In nova Forcellini Ed. Germ. p. 68. verba *suis admonitionibus* explicantur: signis et indiciis. Unus Ox. habet *tractandaque res est*, Gud. 2. *tractanda quae res est*: causa erroris manifesta. Rehd. omittit *est*. Vind. 1. voces *tanta praesertim*. Ad v. *propriis enim et suis* cf. supra I. 45. 109: *tamen suis et propriis bonis — non carent*. *Mr*.

Cave enim putes ullam in philosophia vocem] „Malim, quod est in membranis, *a philosophia*." *A. Schott*. Nod. Cic. p. 389. „Bene Vatican. *a Philosophia*. in Pal. quint. omnis praepositio deest." *Gebh*.

Ullam a philosophia vocem] Vulgo, *ullam* in *philosophia vocem*. Nos autem Vatic. Codicis lectionem recepimus; hic enim, ut in sequentibus verbis, προσωποποιεῖται philosophia. *D*.

ullam a philosophia vocem] „*A* edidi pro *in*, ut habet MS. Vatican. ediditque et Davisius: idque melius convenit verbo *emissam*, item alteri *philosophiae promissum*." *Ern*.

in philosophia] Mihi non magis quam Wolfio in scholis et Orellio necessarium visum est recipere contra librorum et optimorum et plurimorum auctoritatem illud *a*, ut, quam volebat Davisius, prodeat προσωποποιία. Habent *a* nonnisi unus Ox. Aug. Edd. Schz. Wolf. (in Ed. 1.) Nobb. itemque Mannh. Bip. Bill. Pro *putes* est *ne putes* in Codd. Rehd. et Gud.; unus Ox. habet *ullam philosophiae vocem*: quod debetur correctori, qui cum propter antecedens *m* excidisset *in*, sententiam loci vellet restituere. Duo Oxx. pessimae notae omittunt *emissam*. Dav. in Ed. 2. sine librorum auctoritate, fortasse iubente Bentleio, edidit *vocem emissam elatiorem*. Unus Ox. omittit verba *emissam clar. ull. esse philosophiae*, idem nimirum qui habet *ullam philosophiae vocem*; alius Ox. habet *clariore*; alius *philosophia promissum*. Mox Gud. *atque maius*. Post *maius* Codd. Mon. 1. et Aug. hanc habent glossam in contextis: *quam haec vox est scilicet* [Aug. *sili*,] *virtutem satis posse ad beate vivendum*. Eandem habet Ed. P., sed *virtutes* pro *virtutem*. *Mr*.

perfecturam se, qui legibus suis paruisset,] „In MS. est: *effecturam se ei, qui* —; pro quo vulgati quidam mendose habent *per-*

profitetur? O dii boni! perfecturam se, qui legibus suis pa-
ruisset, ut esset contra fortunam semper armatus, ut omnia
praesidia haberet in se bene beateque vivendi, ut esset sem-
20. per denique beatus. Sed videro, quid efficiat. Tantisper
hoc ipsum magni aestimo, quod pollicetur. Nam Xerxes

---

fecturam se eum, qui —" Frc. Fabr. Unus Ox. habet *profecturam*, frequenti errore. Mon. 1. *effecturam*; Duisb. *se ei*, Edd. Ven. Alt. P. A. B. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. exhibent *se eum*, cum duobus Oxx. Qui ita scripserunt, videntur in verbis *perfecturam se eum — ut esset armatus* recordati esse Terentiani illius (Heautont. I. 1. 32): *fac me ut sciam*, de quo vid. Krüger. üb. d. Attraction in der Lat. Spr. p. 137. sqq. Add. Kayserum et nos ad Cic. de Div. II. 38. p. 436. et Kayserum ad Cic. de Div. II. 50. p. 476. ed. nostr. itemque ad eundem locum Hottinger. Add. Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 50 sq., nos ad Tuscc. I. 24, 56. — Cod. Mon. 1. habet *legibus suis potuisset et esset*. In seqq. marg. Goth. et Lambb. habet coniecturam *ut esset denique semper beatus*: quae non est necessaria. In Cod. Marb. legitur *ut semper esset*. HWolf. edidit: *ut esset semper denique (beatus) paratus* [sic]. *Mr.*

Sed videro, quid efficiat] Ad v. *sed videro* vid. nos ad Tuscc. II. 11. 26. prc. Codd. Marb. Gud. 2. cum duobus Oxx. *sed videre*. Cod. Vind. 1. *quid faciat*. Unus Ox. omittit verba *quid efficiat*. *Mr.*

Tantisper] „Interea. absolute ponitur, sicut apud Livium: *tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolume mansit tantisper tutela muliebri*. Frequenter postulat haec dictio *tantisper*, ut copuletur cum *dum* vel *quoad*, accipiturque pro *tam diu*, sicut apud Terentium, Gellium, Ciceronem, Plautum et ceteros, qui pure loquuti sunt. Plautus in Menaechmis: *Mulier tantisper blanditur, dum quod rapiat videt.*" *Beroald.* Pro *tantisper* hac sententia non bene dici *interea* monet Wolfius in scholis. Pro *magni* est *magis* in uno Ox. Gud. Rehd. Sequitur in duobus posterioribus, Marb. Vind. 1. et duobus aliis Oxx. *existimo*, in uno Ox. et Mon. 1. 2. *extimo*, Gud. 2. omittit *ipsum*. *Mr.*

Nam Xerxes quidem refertus omnibus praemiis] „Palat. quart. *Perses*. Sic in Catalectis: *Perses magnus adest, orbis comitatur eun-tem*. Lambinus legit [probante Frc. Fabr.] *omnibus muneribus do-nisque*. credo quia v. *praemia* non capiebat. Sic Propert. *nulla mihi tristi praemia sint Venere*; et hinc *praemiosus.*" *Gebh.*

Nam Xerxes quidem refertus] „In Pal. quarto legitur *Perses*, quo sane nomine Persarum rex veniebat: Vetus poeta in Scaligeri Catal. lib. 1. tit. 7.

Perses magnus adest; totus comitatur eunlem
Orbis.

Et paullo post: — *Commisit longo duo littora ponte*
Perses.

Dion Chrysostomus Orat. III. p. 36: *ἐτύγχανεν ἄπεφος ὢν τοῦ Πέρσου τῆς ψυχῆς.* Ac p. 55: *Ὁ μὲν Πέρσης ἕνα τινὰ ἔσχεν, ὀφθαλμὸν βασιλέως λεγόμενον.* Iterum Orat. VI. p. 88: *ἐνεδείκνυτο τοῖς θαυμάζουσι τὸν πλοῦτον τοῦ Πέρσου.* Haud aliter plus simplici vice loquuntur Plutarchus et Aelianus, adeo ut ferri possit illa lectio. Vulgata tamen videtur praeferenda." *Dav.* Ed. 1. Ad rem cf. Cic. de Finn. II. 34. 112: *Xerxes cum tantis classibus, tantisque et pedestribus copiis cet.* — Unus Ox. omittit *Nam*, alius habet *nam et Xerxes*, alius *nam Xer-ses*, cum Cod. Duisb.; in Mon. 1. est *nam et esses quidem refretus.*

quidem refertus omnibus praemiis donisque fortunae, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus, praemium proposuit, qui invenisset novam voluptatem. Qua ipsa non fuit con-

---

Lambinianam emendationem *muneribus* pro *praemiis* merito non necessariam existimavit Wolfius in scholis; neque magis necessaria videtur Bentleii correctio, q. v. sed ipse hariolationem dixit. In Cod. Gud. 2. est *refertur*, in Mon. 1. et uno Ox. *bonisque*; in Gud. 1. *non avium*, orto errore ex scriptione NONAVIVM vel NŌNAVIV̄. Gud. 2. *non infinita*. Unus Ox. omittit *auri*, Mon. 1. habet *aure*. *Mr.*

Nam Xerxes quidem] Valerius Maximus lib. IX. cap. I, 3. ext. *Age, Xerxes opum regiarum ostentatione eximia, eo usque luxuria gaudebat, ut edicto praemium ei proponeret, qui novum voluptatis genus reperisset.* Idem de Dario, quem vicit Alexander, testatum reliquit Clearchus apud Athenaeum lib. XII. pag. 539. Id autem de cunctis Persarum Regibus affirmat Theophrastus apud eundem lib. IV. pag. 144. Θεόφραστος ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας — τοὺς Πέρσας φησὶ βασιλεῖς ὑπὸ τρυφῆς προκηρύττειν τοῖς ἐφευρίσκουσί τινα καινὴν ἡδονὴν ἀργυρίου πλῆθος. Vide et lib. XII. pag. 545. *D.*

Omnibus praemiis *donisque fortunae*] Lambinus rescribendum coniecit, *omnibus* muneribus *donisque fortunae*. Mihi nihil videtur innovandum. Julius Firmicus de Error. Prof. Relig. pag. 17. *Custodes primum regalibus* praemiis muneribusque *corrupit*. Lactantius Epit. cap. LIX. pag. 178. *Ipsi praesides legum* praemiis muneribusque *corrupti*. Cum eadem sint *munera* et *dona*, non video cur noster *praemiis donisque*, sicut illi *praemiis muneribusque* uti non possit. Quinetiam Proba Falconia Virgiliocent. vs. 8. *magorum praemia* pro donis quae Iesu nascenti dederunt, adhibet. *D.*

Praemium proposuit ei] Ultimam vocem suppeditavit Eliens. sec. deest enim in vulgatis. *D.*

praemium proposuit ei, qui] „*Ei* addidi cum Davisio e MS. Eliens.“ *Ern.* Probabat receptum *ei* etiam Bouhierius: recepit Schz. Ego vero non magis quam Wolf. Or. et Tbn. glossam recipiendam duxi, quam, praeter aliquot Oxx., si fides collationi, nullus agnoscit liber (praeter interpolatum Rehd.) MS. nulla Ed. vet. Quae est item sententia Goerenzii ad Cic. de Finn. II. 5. 16. p. 137, qui conferri iubet, quae statim subsequuntur: *Nos vellem praemio elicere possemus, qui* — Add. Gernhard. ad Cic. de Off. III. 21. 83. p. 360. inprimis etiam Gernh. ad Cic. Lael. 16. p. 127. Krüger: Von der Attraction p. 196 sqq. et Ochsner. ad nostrum locum in Eclog. Cic. p. 369. ibiq. laudd. Add. Wopkens. Lectt. Tull. p. 251. ubi Handius immerito probat *ei* additum, neque recte aliam huius, aliam loci in fine capitis, rationem esse dixit. — Verba *praemium — contentus* desunt in uno Ox., alius habet *proponit*, alius *posuit*; Mon. 2. *proposuisset*. Mon. 1. cum Gud. 1. 2. habet *voluntatem* pro *voluptatem*. Quam saepe hae voces permutentur non semel exemplis allatis monui. Aug. omittit *novam*. *Mr.*

Qua ipse non fuit contentus:] „Intruserunt quidam male feriati: *qua ipse inventâ non fuit contentus*. Sed nego ipsis ius fuisse contra omnes libros suis scoriis Tullianum aurum ac puritatem corrumpere. Abnegant istud quinque Palatin. ac Vatic. editioque Victorii.“ *Gebh.* Addunt illud *inventa* Edd. A. B. S. E. C. M. L. et nostrae vett. omnes excepta Rob. Steph. Pro *qua* unus Ox. habet *quam*. *Mr.*

Qua ipsa non fuit contentus] Vulgo, *qua* ipse *non fuit contentus*.

tentus: neque enim umquam finem inveniet libido. Nos vel-

Nos Reg. Pithoean. et Med. sequimur. Persarum vero regibus τὰ πεττόμενα ἐπὶ τράπεζαν ὅσα τε πρότερον εὑρητο οὐδὲν αὐτῶν ἀφῄρηται, ἄλλά τε ΚΑΙΝΑ ἀεὶ ἐπιμηχανῶνται, καὶ ὄψα γε ὡσαύτως· καὶ γὰρ ΚΑΙΝΟΠΟΙΗΤΑΣ ἀμφοτέρων τούτων κέκτηνται. Verba sunt Athenaei lib. XII. pag. 515. *D.*

qua ipsa non fuit contentus] „Probo Davisii rationem *ipsa* scribentis. Et sic Cod. Reg." *Bouh.* Habent *ipsa*, praeter Codd. laudatos, Gud. 1. Marb. Duisb. Gud. Mon. 2. tres Oxx. Edd. V. Rob. Steph. Herw. Dav. Ern. seqq. *Mr.*

ipsa non fuisset contentus — inveniret libido] Ita cum Victorio et e Codd. plerisque, etiam regiis, legit Bentleius. Tantum pro *fuit* reposuit *fuisset*, ut sensus postulat. Vulgata lectio, *ipsa non fuit contentus — finem inveniet libido*, nullo Cod. nititur." Falsum hoc esse, non est quod demonstrem, cum satis id doceat lectionis, quam affero, varietas. Ern. quoque recepit *fuisset*, addens, se ita edidisse cum Davisio [fecit D. id in Ed. 2; in tertia restituit *fuit*] seque ita olim coniecisse ait ex re et Latinitate. „Nam, scribit, si *fuit* verum esset, intelligi deberet: novam voluptatem inventam fuisse, et ea tamen inventa contentum non fuisse Xerxem." Recte. Sed non abs re Orellius, *fuit* servans, quod habent Codd. et optimi et plurimi, „Sensus est; ait, inventam esse a nescio quo eiusmodi voluptatem novam, eandem tamen mox repudiatam a Xerxe. Consentaneum enim est, historicum, e quo sua depromsit Tullius, id quoque retulisse, quem exitum habuerit insani regis desiderium." Ad hanc sententiam Olivetus quoque convertit locum: *on dit — qu' après toutes ses recherches il ne put encore trouver le secret de se satisfaire.* Schützium, qui a Davisio receptum esse *fuisset* ex Codd. Reg. Pith. Med. scripsit, non moramur, quippe qui eiusmodi erroribus referserit suas notulas, neque Billerbeckium, qui eum fideliter exscripsit. *Fuit* est in Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Marb. Vind. 1. 2. et sine dubio in plerisque Oxx. quamquam ea lectio ex tribus tantum Codd. enotata est. Neque dubito quin *fuit* etiam sit in Cod. Bern. Quum vero vir doctus, cui debemus collationem eius codicis, eorum tantum locorum lectiones enotaverit, ubi differunt inter se Ern. et Wolf.; cum eae consentiant in *fuisset*, omisit codicis scriptionem excerpere, quod non hoc uno loco dolui. *Fuit* sine dubio habet etiam antiquissimus ille Gryphii liber. Plusquamperfectum est in nulla Ed. praeter Dav. 2. Lall. Ern. Schz. Wolf., Nobb. itemque Mannh. et Bip. Unus Ox. habet *fieret*; Duisb. *contentus non fuit*. *Mr.*

neque enim unquam finem inveniet libido.] Est *neque unquam*, omisso *enim* in Cod. Gud. 2. Pro *inveniet* est *invenit* in uno Ox. unde Leid. Vind. 1; *inveniret* in Cod., quantum scimus, nullo, sed Edd. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 2. (non 1.) Junt. Rob. Steph. Herw. probante Bentleio, idque, ut vidimus, recepit Lall. Camerarius contra, qui cum Edd. vett. edidit *inveniret*, legendum puto, ait, *inveniet vel invenerit*. Ad sententiam cf. Parad. I. 1. *neque enim expletur unquam — nec satiatur unquam cupiditatis sitis.* De Rep. VI. 1. p. 458. ed. nostr. *Graves enim dominae cogitationum libidines infinita quaedam cogunt atque imperant — nec expleri nec satiari ullo modo possunt*, ubi vid. ann. nostr. et adde Jan. Gebhardi Antt. Lectt. II. 2. p. 61 sq. (p. 595. ed. Schminckii in Syntagm. Crit.). *Mr.*

Nos vellem praemio elicere possemus,] Perperam omittunt *vellem* Edd. A. B. S. Ven. nostr. Cod. Aug. habet *non* pro *nos*. Ad locutionem *vellem — possemus* confert Ochsnerus l. c. p. 370. Cic. de Or. II.

lem praemio elicere possemus, qui nobis aliquid adtulisset, b.
quo hoc firmius crederemus.

A. Vellem id quidem: sed habeo paullum, quod requi- 8
ram. Ego enim assentior, eorum, quae posuisti, alterum alteri 21.
consequens esse, ut, quemadmodum, si quod honestum sit, id solum sit bonum, sequatur, vitam beatam virtute confici: sic, si vita beata in virtute sit, nihil esse, nisi virtutem,

---

71. de Off. III. 1. (*vellem — liceret*) Vid. eund. p. 91. et aliis, quos ad nostrum locum laudat, locis. Ad omissam vocem *aliquem* ante *qui* vid. Wopkens. Lectt. Tull. p. 250. ibiq. Hand. not. 88. Ut h. l. intelligendum est *aliquem*, ita in proximis omisit scriptor Codicis Gud. *aliquid*, ut idem intelligeretur tantum: sed Cicero id non fecisset opinor modo eadem ellipsi usurpata. Ad v. *attulisset* Ernestus: „Latinitas postulat *afferret*; sed respicitur praemium, quod demum datur ei, qui attulit." Ergo non postulat latinitas. Pro *quo hoc* Gud. 2. Marb. et unus Ox. *qui*, antiquo ablativo, ut Epp. ad Att. XI. 11. *ut sit, qui utamur*. Sed id quidem probare exemplis non possum, *qui* unquam dictum esse pro *ut eo*, ut h. l. intelligendum esset. Duo Oxx. habent *et quo haec*. Ad *hoc* intellige: virtutem se ipsa esse contentam. *Mr.*

C. 8. *A. Vellem id quidem*] Cod. Duisb. *vellem hoc quidem*. Scripsi cum Dav. (qui eam scriptionem sine dubio ex Cod. Reg. recepit) *paulum* vel potius *paullum* (PAVLV̄) ex Codd. Gud. 1. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Vind. 1. 2. duobus Oxx. et vet. Cod. in marg. Lambb. et Goth. Eam enim formam paullo insolentiorem obliterarunt librarii. Vulgo *paullulum*. De scriptione vocis vid. Cellarii Orth. Lat. ed. Harles v. *paullum* et *Paullus*. Grotefend. Orthogr. in Gramm. T. II. §. 141. Pro *requiram* unus Ox. *requiras*. Vind. 1. omittit *enim*. Mox marg. Crat. *proposuisti:* minus bene. Cod. Aug. *apposuisti*. *Mr.*

alterum alteri consequens esse,] „Revocavi lectionem hanc ex emendatissima ante omnes editione Victorii, quinque Pall. Vat. Fabr. vulgo *alterum* evanuit." *Gebh.* Omittitur *alterum* in Edd. Ald. Boul. Lambb. Goth. Sylb.; *alteri* abest ab uno Cod. Ox. Ad structuram et locutionem vid. G. N. Buschii Obss. ad Cic. de Or. Part. I. (4. Rostochii 1830.) p. 19. Ad sententiam verborum *alterum alteri consequens* Beroaldus: „Est quoddam, ait, argumentum ita *consequens*, ut reciprocum sit, et retrorsum idem valeat: — — ita hoc Ciceronis argumentum videtur valere retrorsum et ex utraque parte esse consectarium: ut, quod honestum sit, id bonum esse: quod bonum, id honestum, et beata vita ac virtus se invicem consequantur: ut vita beata sine virtute, virtus sine vita beata esse non possit." Graeco vocabulo talis argumentatio dicitur *λογότροπος*." — Pro *si quod* est *si quid* in uno Ox. Mon. 1. et Ed. P. In Cod. Rehd. corrector, quem novimus, scripsit *et sequatur*. Scripsi *vitam beatam* ex Codd. Reg. Gud. 1. Marb. Duisb. Rehd. Mon. 2. Edd. S. E. V. Rob. Steph. Herw. HWolf. Ern. sqq. In reliquis est *beatam vitam*, nisi quod utramque vocem omittit Gud. 2. Abest item *confici* a Cod. Rehd. cuius loco Cod. Gud. habet *consequi*. In Cod. Rehd. exciderunt verba *si vita beata in virtute sit;* in Gud. 2. verbum *sit*. Rursus est *beata vita* in Ed. P. In seqq. unus Ox. habet *nisi virtute bonum*; Dav. in Ed. 2. edidit Bentleio, ut videtur, iubente: *nisi honestum bonum*. Hoc vero est Ciceronem corrigere. sic idem in Ed. 2. scripsit *auctoribus* pro *auctore*. Addunt *et* post *auctore* Edd. A. B. S. E. M. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Ald. et Cod. Aug. *Mr.*

bonum. Sed Brutus tuus, auctore Aristo et Antiocho, non

---

auctore Aristone et Antiocho] „Bentl. *auctoribus*. Sed v. Wopkens. Misc. Obs. Vol. VIII. p. 50. Appulej. de Phil. mor. p. 597. *participes puerum et virum*. Sic MSS. at Edd. vett. *participem*. Appulej. de Mundo p. 716. e MSS. *Scythicum et Hiberum freta*.“ *Oudendorp*. ad Appul. de Dogm. Plat. I. p. 184. — Lambinus: „Legendum arbitror *auctore Aristo et Antiocho*, cum legendum censeat infra Leon. Malaspina in Emendatt. in lib. 6. Epist. ad Att.: — *et cum Aristo nuper*. Cui assentior. fuit enim Aristus Antiochi frater.“ „*Antiochus* hic in libro manu scripto prius nominatur, sicut et paulo post in omnibus. Quod autem Lambinus Malaspinae assentiens *Aristo*, non *Aristone*, ut est in omnibus libris, legit, de eo ego ἐπέχω. Non ignoro Aristum nominari in *Bruto* hospitem et familiarem Ciceronis, qui Brutum in veteri Academia exercuerit. Scribit quoque Epist. 10. Lib. 5. ad Att. se Athenis apud Aristum esse, et Lib. 5. de Finib. *Cuius oratio*, inquit, *attende*, *quaeso*, *Brute*, *satisne videatur Antiochi complexa esse sententiam*: *quam tibi*, *qui fratrem eius Aristum frequenter audieris*, *maxime probatam existimo*. Item in Lucullo: *Itaque complures dies*, *adhibito Heraclito doctisque compluribus*, *et in his Antiochi fratre Aristo*, *et praeterea Aristone et Dione*, *quibus ille secundum fratrem plurimum tribuebat*, *multum temporis in ista una disputatione consumpsimus*. Sed tamen assensum cohibet Plutarchus, qui in Bruto sic habet: *καὶ διετέλει θαυμάζων μὲν Ἀντίοχον τὸν Ἀσκαλωνίτην, φίλον δὲ καὶ συμβιωτὴν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πεποιημένος Ἀρίστωνα, ἄνδρα τῇ μὲν ἐν λόγοις ἕξει πολλῶν φιλοσόφων λειπόμενον, εὐταξίᾳ δὲ καὶ πραότητι τοῖς πρώτοις ἐνάμιλλον*.“ *Frc. Fabr*.

Aristone et Antiocho] Sic paullo post: *Cum* Aristone *nuper — dissensio fuit*. Leon. autem Malaspina et D. Lambinus utrobique reponunt *Aristo*. Sane Cicero in Bruto cap. 97. Aristum vocat *hospitem et familiarem suum*; ac lib. V. ad Attic. Epist. 10. monet se apud eum fuisse. Idem Acad. I, 3. Brutus *Aristum Athenis audivit aliquamdiu*, *cuius tu fratrem Antiochum*. Iterum de Fin. V, 3. Antiochi sententiam *tibi* (Bruto) *qui fratrem eius Aristum frequenter audieris*, *maxime probatam existimo*. Antiochi tamen fratrem *Ἀρίστωνα* vocat Plutarchus in Bruto pag. 984. ubi *Ἄριστον* rescribendum censuerim; Aristo enim philosophus erat Peripateticus, in Ceo insula natus, et ab Antiochi fratre distinguendus, qui fuit Ascalonita. Vide Plutarchum de Exsil. pag. 605. Strabonem lib. X. pag. 745. XIV. pag. 972. XVII. pag. 1139. et Diogenem Laertium V, 64. De hoc intelligendus videtur Aelianus V. H. VII, 21. *Οὐκ ἀπηξίου Καῖσαρ*, inquit, *ἐπὶ τὰς ἈΡΙΣΤΩΝΟΣ θύρας φοιτᾶν*. Nam Jac. Perizonius de Antiochi fratre minus recte cepit, quem Cicero non *Aristonem*, sed *Aristum* semper nominat. Hinc Acad. lib. II. cap. 4. *Complures dies*, *adhibito Heraclito*, *doctisque compluribus et in his* Antiochi fratre Aristo, *et praeterea* Aristone *et Dione*, *quibus ille secundum fratrem plurimum tribuebat*, *multum temporis in ista una disputatione consumpsimus*. Haec etiam loca faciunt, ut nihil, invitis libris, hic mutandum statuam. *D*.

Aristo] „Vulgati plerique *Aristone*: sed quo Aristone? Non Chio neque Ceo: quos audire Brutus non potuit, rebus humanis iam exemptos. An Aristone illo, cuius mentio est Acad. II. 4? Sed etsi erat philosophiae non ignarus, non eum tamen Brutus, sed Aristum, Antiochi fratrem, Athenis audiit. Quod testatur Cicero Acad. I. 3. et de Finib. V. 3. Hic ergo reponendum est *Aristo* pro *Aristone*: in quo haesitasse miror Davisium. Eoque miror magis, quod ipse

sentit hoc: putat enim, etiam si sit bonum aliquod praeter virtutem. M. Quid igitur? contra Brutumne me dicturum putas? A. Tu vero, ut videtur: nam praefinire non est meum. M. Quid cuique igitur consentaneum sit, alio loco. 22. Nam ista mihi et cum Antiocho saepe, et cum Aristone nuper, quum Athenis imperator apud eum deversarer, dissen-

---

hoc nomen in veteri codice legerat. Dubitationem omnem eximit, quod addit Cicero, Athenis se deversatum apud fratrem Antiochi: et Aristum hospitem suum vocat Brut. 97. Haec Lambinus iam et Fulvius Ursinus viderant: at non explicaverant satis." *Bouhier.* „*Aristo* placet Davisio et Buherio. nec mihi displicet. Nam et Acad. IV. 4. Aristus et Aristo occurrunt: sed hic intelligendus est frater Antiochi, qui fuit Aristus. Vid. de Fin. V. 3." *Eru.* Recepi rationibus allatis permotus *Aristo* cum Lall. Ern. seqq. ex quatuor Codd. Oxx. Reliqui habent *Aristone,* nisi quod in Gud. 2. est *aristotene et Anthioco* (sic); in Duisb. *Antiocho et Aristone,* in Mon. 1. *Aristone et Anthico.* De *Antiocho* Ascalonita, e nova Academia, dicendi peritissimo, Ciceronis et Bruti praeceptore, vid. Schützii Lex. Cic. I. p. 25 sq. De *Aristo* ib. p. 43 sq. Add. Harles. in Fabricii Bibl. Gr. Vol. III. p. 163. Pro *sentit* est *sensit* in duobus Oxx. Edd. Junt. et Crat. Pro *putat* Dav. in Ed. 2. sine libris dedit *disputat. Mr.*

Etiamsi sit bonum aliquod praeter virtutem.] „Quatuor Palat. (nam in quarto haec desiunt) *putat etiam ut sit bonum aliquod.*" *Gebh.* „*Putat etiam ut sit* — In Venetis *si sit.* Ego non video cur illam scripturam improbem." *Camerar.* Habent *etiam ut sit* sex Codd. Oxx. Marb. Mon. 2. Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Cod. Rehd. *etiam sit* (ETIAMSIT) Duisb. *aliquid etiamsi sit bonum praeter virtutem esse.* Mon. 1. *putat enim et bonum esse aliquid praeter virtutem esse.* Aug. *etiam quod sit bonum,* Vind. 1. *et quod sit bonum.* Ed. P. *etiam ut si bonum.* Mihi quidem vetus aliquod ulcus loco insidere videtur, quod intactum relinquo, cum hariolari nolim. In seqq. duo Oxx. et Gud. 2. *Brutum,* omisso *me;* Gud. 1. *Brutum nec me.* Mox Aug. *iam* pro *nam. Mr.*

Quid cuique igitur consentaneum sit, alio loco.] Cod. Duisb. *quod;* Ed. E. *quid cui igitur,* ut marg. MS. Ed. nostr. Asc. 1; Edd. A. B. S. Ven. nostr. *Quod cui igitur;* Edd. C. V. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Herw. *quod cuique igitur.* Post *alio loco* Cod. Rehd. addit *dictum est,* Aug. *dicam.* Habes manifesta glossarum exempla. Verba *quid — consentaneum sit* explicantur in nova Forcellini Ed. Germ.: quid ex quoque sequatur, concludi possit. Cod. Gud. in proximis omittit *saepe. Mr.*

Et cum Aristone nuper] „Quia hic non necessarium est intelligi fratrem Antiochi, non ausus sum hic quoque corrigere *Aristo.*" *Ern.* Neque ego in Codicum plane omnium consensu hoc loco mutare nomen ausus sum; cum Ernesti ratione permotus, tum quia Acadd. II. 4. cum Antiocho eiusque fratre Aristo mentio fit etiam Aristonis et Dionis, quibuscum multum se temporis in disputando consumsisse refert Cicero. Scripserunt autem *cum Aristo* Lamb. Lall. Wolf. Schz. Or. Tbn. Cod. Gud. 1. habet *Aristhone,* Nobb. scripsit *Aristo*[*ne*]. *Mr.*

quum Athenis imperator apud eum deversarer] „M. Tullius in Ciliciam proconsul missus, rebus bene gestis, victoria iusta hostibus profligatis apud Issum, imperator appellatus est, quo in loco Darius ab Alexandro fuerat superatus. Mox e provincia decedens [a. u. c.

bonum. Sed Brutus tuus, auctore Aristo et

auctore Aristone et Antiocho] „Bentl. *auctor* kens. Misc. Obs. Vol. VIII. p. 50. Appulej. *participes puerum et virum.* Sic MSS. at Appulej. de Mundo p. 716. e MSS. *Scythic* Oudendorp. ad Appul. de Dogm. Plat. I. r gendum arbitror *auctore Aristo et Anti* infra Leon. Malaspina in Emendatt. ir *cum Aristo nuper.* Cui assentior. ter.“ „*Antiochus* hic in libro man et paulo post in omnibus. Quod tiens *Aristo*, non *Aristone*, ut es' ἐπέχω. Non ignoro Aristum n rem Ciceronis, qui Brutum quoque Epist. 10. Lib. 5. Lib. 5. de Finib. *Cuius or videatur Antiochi comple eius Aristum frequente* in Lucullo: *Itaque co pluribus, et in his Dione, quibus ille poris in ista uno* hibet Plutarch' Ἀντίοχον τὸν πεποιημένος λειπόμενον

esse posse] Subintelligas oportet, *mi* in loco loquendi ratio, quam legitima libri cap. 5. Attamen, ne quid dissimulem *exhibent, in malis autem* sapiens *esse posset,* unde *demta,* rescribi queat, *sapiens esse posse,* prout di

Ari *esse beatus posse* —: *in malis autem sapien* dissen *esse posse*] „Cum Codd. nonnulli Davisio laudati, quorum le pon unus Leid., habeant *sapiens esse posset,* ego iis obseq ter *Bouh.* Nihil verius est vulgata. Transit structur in loquendi rationem legitimam Ciceroni et minim consueta quam habes supra c. 5, 12. ubi vid. annot. nostr. c frequentem, v. d. Attract. p. 433. §. 159. ubi de nostro loco serm Krüger. Plane geminum locum Suetonii (Oth. 7.) laudat Bremius a Pausan. 5, 3. Est enim ibi: *dicitur — pavefactu — edidisse —: postridie — graviter prolapsum — ob — male pedatus — — et faciem quotidie rasitare — consue* cuius tamen loci paullo diversam structuram esse vides. *Mr.*

si essent ulla corporis aut fortunae mala.] „Haec Academici cetera id genus, quae contra naturam sunt, appellant mala: Stoi incommoda dicere malunt, quae Graeco vocabulo appellant δυσχρ σήματα sive reiectanea, quae Graece dicuntur ἀποπροηγμένα. Cice in praesentia Stoicus Stoicaeque sectae propugnator in sapientem no vult malum cadere posse, sed incommoda tantum.“ *Beroald.*

Dicebantur haec, quae scripsit etiam Antiochus,] „Haec in Vene tis libris multo aliter: ego in hac lectione nihil reperio incommodi tatis.“ *Camerar.* „Si legis *dicebantur haec,* videntur, quae sequuntu Ciceronis sententia, cum sint rationes fratrum illorum, quibus illi Ciceroni respondentes, utebantur. Quamvis igitur consentiant Codd MSS. equidem scriptum esse censeo a Cicerone: *dicebant ad haec.*' *Bouh.* „*Dicebantur haec* sc. contra ista. Nec est alia sententia, quar quod mutata lectione volebat Bouh.“ *Nissen.*

Quae scripsit etiam Antiochus] Reg. et Pithoean. *quae scripti sit.* Med. Bak. et Balliol. *quae* scripta sunt *etiam Antiochus;* quo non male se habet, si modo legas *Antiocho.* *D.*

sio fuit. Mihi enim non videbatur quisquam esse beatus posse, quum in malis esset: in malis autem sapientem esse posse, si essent ulla corporis aut fortunae mala. Dicebantur haec, quae

---

703.] Rhodum prius, deinde Athenas, amore et desiderio antiquarum conversationum, quas adolescens in his locis habuerat, avidissime revisit, exceptus summo honore cum a primoribus, tum a philosophis et disciplinarum magistris, qui pro ingenii et doctrinae fama undique ad Ciceronem concurrebant." *Beroald.* Vid. Frc. Fabricii Historiam Ciceronis p. 100 — 104. Ed. Ern. min. Pro *deversarer* scribi *diversarer* in nonnullis Codd. et Edd. nemo mirabitur. Probam scriptionem habet iam Lambinus; unus Ox. *adversarer.* Pergit Mon. 1. *dissentio fuit.* Duisb. *dissencio fuit. Mr.*

Mihi enim non videbatur quisquam esse beatus posse] Pro *quisquam* est *quis* in uno Cod. Ox. Gud., qui pergit *posse beatus esse;* Rehd. habet *quoque* (supra lin. *quemque*) *beatum posse;* Vind. 2. *quis esse posse beatus.* Lamb. *beatus esse posse.* Post *esset* Cod. Mon. 1. omittit *in;* duo Oxx. omittunt *posse* post *esse beatus.* Mox Vind. 1. habet *posse esse etsi essent;* unus Ox. *sapientes esse posset. Mr.*

In malis autem sapientem *esse posse*] Subintelligas oportet, *mihi videbatur;* adeo ut ea sit hoc in loco loquendi ratio, quam legitimam esse docuimus ad huiusce libri cap. 5. Attamen, ne quid dissimulem, Bak. et Balliol. exhibent, *in malis autem sapiens esse posset,* unde, postrema litterula demta, rescribi queat, *sapiens esse posse,* prout diserte Med. *D.*

non videbatur — esse beatus posse —: in malis autem sapientem esse posse] „Cum Codd. nonnulli Davisio laudati, quorum lectionem firmat unus Leid., habeant *sapiens esse posset,* ego iis obsequi non dubitarem." *Bouh.* Nihil verius est vulgata. Transit structura maxime consueta in loquendi rationem legitimam Ciceroni et minime infrequentem, quam habes supra c. 5, 12. ubi vid. annot. nostr. cui adde Krüger. v. d. Attract. p. 433. §. 159. ubi de nostro loco sermo est. Plane geminum locum Suetonii (Oth. 7.) laudat Bremius ad Corn. Nep. Pausan. 5, 3. Est enim ibi: *dicitur — pavefactus genitus — edidisse —: postridie — graviter prolapsum — obmurmurasse:* ubi Wolfius confert Oth. 12: *Fuisse — traditur — male pedatus — — et faciem quotidie rasitare — consuetum:* cuius tamen loci paullo diversam structuram esse vides. *Mr.*

si essent ulla corporis aut fortunae mala.] „Haec Academici et cetera id genus, quae contra naturam sunt, appellant mala: Stoici incommoda dicere malunt, quae Graeco vocabulo appellant ἀποπροηγμένα sive reiectanea, quae Graece dicuntur ἀποπροηγμένα. Cicero in praesentia Stoicus Stoicaeque sectae propugnator in sapientem non vult malum cadere posse, sed incommoda tantum." *Beroald.*

Dicebantur haec, quae scripsit etiam Antiochus,] „Haec in Venetis libris multo aliter: ego in hac lectione nihil reperio incommoditatis." *Camerar.* „Si legis *dicebantur haec,* videntur, quae sequuntur, Ciceronis sententia, cum sint rationes fratrum illorum, quibus illi, Ciceroni respondentes, utebantur. Quamvis igitur consentiant Codd. MSS. equidem scriptum esse censeo a Cicerone: *dicebant ad haec.*" *Bouh.* „*Dicebantur haec* sc. contra ista. Nec est alia sententia, quam quod mutata lectione volebat Bouh." *Nissen.*

Quae scripsit etiam Antiochus] Reg. et Pithoean. *quae scripta sit.* Med. Bak. et Balliol. *quae* scripta sunt *etiam Antiochus;* quod non male se habet, si modo legas *Antiocho. D.*

scripsit etiam Antiochus locis pluribus: virtutem ipsam per se beatam vitam efficere posse, neque tamen beatissimam: deinde ex maiore parte plerasque res nominari, etiam si quae pars abesset: ut vires, ut valetudinem, ut divitias, ut honorem, ut gloriam, quae genere, non numero cernerentur: item beatam vitam, etiam si ex aliqua parte clauderet,

---

quae scripsit etiam Antiochus] Cum in Cod. Reg. legatur *quae scripta sit*, quod item est in Gud. 2., Davisius in Ed. 2., Bentleio fortasse suadente, edidit *quae scripta sunt etiam Antiocho*: quod nec ipsi in Ed. 3. ita necessarium visum est, ut recipiendum existimaret. Ceterum non una haec est librorum discrepantia. Duisb. *dicebantur autem haec*, unus Ox. *dicebantur autem etiam haec*, alius *dicebantur autem esset quae*, tres Oxx. Gud. Duisb. *quae scripta sunt etiam*, Mon. 1. *dicebantur scripsit*, omissis mediis; marg. Crat. Edd. Vict. Rob. Steph. pessime: *quae scripta sunt etiam Antiochiis*. Rehd. *dicebamus haec, quae scripta sunt, etiam Antiochus pluribus locis dicit*: egregia scilicet correctione. Duo Oxx. omittunt *etiam* et *virtutem ipsam*, unus *vitam*. Duisb. omittit *beatam vitam*. Commodum affert ad rem exemplum Beroaldus Q. Metellus, dicens, Macedonicus, ille inter rara humanae felicitatis exempla numeratus, qui tres filios consules vidit, e quibus unum etiam censorem et triumphantem, quartum autem praetorem, eosque salvos reliquit, et tres filias nuptas, cum ipse consul, censor, augur fuisset et triumphasset, nihilo beatior erit secundum Stoicos, quam Regulus, qui in potestate hostium cruciatus, vigiliis, inedia necatus est: neminem enim putant esse beato beatiorem. Quod hoc loco dicit *ex maiore parte plerasque res nominari*, de Finn. V. 30. 92. ita elocutus est: *semper — ex eo, quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur*. — Pro *deinde* est *denique* in Codd. Vind. 2. Gud. et duobus Oxx. Pergit Vind. 1. *ex maiore plerasque parte res*. Gud. et Duisb. habent *ex maiori parte*. *Mr.*

Etiam si quae] Sic Reg. et Pithoean. Vulgo *qua*. *D.*

si quae pars abesset] Ita scripsi cum Dav. Wolf. sqq. ex Codd. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Duisb. probante Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 43. p. 262. Accurate autem de scriptione *si qui* et *si quis*, *si quae* et *si qua* praecipit, multis exemplis allatis, Beierus ad Cic. de Off. II. 21. 74. p. 142 — 144. conf. eundem ad Cic. Fragmm. Orr. p. 40. b. Pro *valetudinem* est *valetudines* in tribus Oxx. Mon. 2. Ed. P. *Mr.*

ut honorem] „Vel potius *ut honores*, ut est in uno Leid.“ *Bouh.* Habet idem unus Ox. Sed nihil mutandum esse iudicat Nissenius, cum singularis numerus eandem vim habeat. Laudat idem vir Sallust. Catil. 11: *nam gloriam, honorem, imperium bonus, ignavus aeque sibi exoptant*. — Amplior est *honoris* sententia, quam *honorum*. Cur angustiorem obtrudamus Ciceroni? Pergunt Codd. Vind. 1. 2. Gud. *et gloriam*, Mon. 1. *aut gloriam*. Tum unus Ox. *quaeque genere*. — *Genere non numero* explicat Bill. im Ganzen, nicht in einzelnen Stücken: laudato Cic. de Finn. V. 28. 84; Kühn. *genere*, ait, est *re, propria vi sua* (wesentlich), ut de Opt. Gen. Or. §. 4: *non genere, sed gradu*; coll. Beiero ad Cic. de Off. II. 3. 10. p. 22 sq. Cod. Marb. habet *cerneretur*. *Mr.*

etiam si ex parte aliqua claudicaret,] „In vetustissimo codice integre erat *claudere*, teste doctissimo Scioppio, *clauderet*: quam vocem asserit ipse notis ad Symmachi Epistolas, post J. Lipsium, repugnante licet Jos. Castalione in Variis.“ *Scholl.* Nod. Cic. IV. 17.

23. tamen ex multo maiore parte obtinere nomen suum. Haec nunc enucleare non ita necesse est: quamquam non constan-

---

p. 389. — „*Clauderet* legendum invito atque fremente Anconitano. — — Ita autem habet Palatin. tert. quart. Vatican. Fabr. Vulgo ex glossa *claudicaret*. In Palatin. quint. est *claudicet*. Vestigium primae lectionis.“ *Gebh.* „*Claudicaret* placuit Bentleio, qui suadet recipiendum, non persuadet.“ *Verbg.* Plura exempla habes apud Gronov. ad Liv. XXII. 39. p. 179. Elz. quem laudat Dav. *Mr.*

Ex aliqua parte clauderet] Ita Gebhardus e suis edidit Msstis, quibuscum faciunt nostri. Veteres impressi *claudicaret;* quod a Librariis alterius verbi potestatem non capientibus videtur natum. Noster in Orat. cap. 51. *Quid est, cur* claudere, *aut insistere orationem malint.* Terentius Andr. Act. III. Sc. III, 41. *Nolo tibi ullum commodum in me* claudier. Agellius N. A. XIII, 20. *Senties suavitatem sonitus claudere.* Apuleius de Deo Socratis pag. 692. *Ut ubi dubitatione clauderet ibi divinatione consisteret*: sic enim tres Mssti Cantab. non *claudicaret,* ut vulgati. Sic etiam Symmachus lib. I. Epist. 33. Ausonius in Prol. Sap. vs. 32. et alii. Vide Just. Lipsium Var. Lect. lib. II. cap. 6. G. I. Vossium in Etym. v. *claudus,* et I. Fr. Gronovium ad Livii XXII, 39. *D.*

clauderet] „Ita cod. Reg. et unus Leid. Duorum reliquorum alter habet *claudicet,* alter *claudicaret,* ut mea Ed. vet. Non facile tamen aliquid opponas exemplis a Davisio laudatis. Plura dabit Pareus in Lex. Crit. v. *claudere* [p. 205.] Quod vero Bentleius negat alibi Ciceronem uti *claudendi* verbo pro *claudicare,* id inde factum esse potest, quod illam formam librarii obliterarunt: quam rem saepissime accidisse novimus.“ *Bouh.* „Videtur Bentleio cascum illud et obsoletum *clauderet* pro *claudicaret.* Ego hic retinui: nec tamen in Oratore cap. 51. Nam si rectum est, satis tibi sit uno in loco legi apud Ciceronem: si minus probum, non debui semel atque iterum Gebhardo vel Grutero fidem habere.“ *Olivetus.*

clauderet] Servavi *clauderet,* quod sine dubio est in Cod. Reg. cum sit in Gud. 1. (nam quod tacet collatio nostra, me non magis movet, quam quod esse eam lectionem in Regio ait Bouh.) itemque in Gud. 2. Duisb. Rehd. tribus Oxx. aliisque, quos laudant superiores. Ceterum vid. novam Forcellini Ed. Germ. p. 477. b. ubi laudatur Burm. ad Ov. Pont. 3, 1, 8. additurque: „ceterum exempla, quibus hoc verbum firmatur, dubia sunt, et e corruptis locis petita:“ quod dixit Ruhnken. ad Terent. Andr. III. 3. 41. Sed vid. etiam H. Meyerum ad Cic. Or. 51, 170. p. 110. Nobiscum faciunt Edd. Gebh. Dav. Ern. FAWolf. sqq. Equidem credo correctores *clauderet* potius mutavisse in *claudicaret,* quam v. v., quum hoc sit usitatius illo. — Mox Cod. Duisb. *maiori parte,* ut supra; unus Ox. *obtineret,* Marb. *optineret. Mr.*

Haec nunc enucleare] „i. e. presse et subtiliter disputando exquirere. tenuiter enim quasi evoluta et explicata, ea vocarunt *enucleata,* translatione manifesta.“ *Camerar.* Adscriptum est in marg. Lambb. et Goth. huic verbo Graecum ἐξακριβοῦν. Videtur Beroaldus legisse *enucleate:* explicat enim: *enodatè, explicatè.* Ceterum factum hoc est, quod nunc non ita necesse ait esse, in libro de Finibus quinto. Vocem *non* ante *ita* omittit Cod. Aug. Pergunt *quamquam inconstantissime* Codd. Mon. 1. Gud. Vind. 2; *mihi dici* habent Mon. 1. Gud. Duisb.; sed omittit *mihi* Cod. Aug.; *videtur* est in Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Mon. 2. tribus Oxx. Pergit Rehd. *Nam qui,* omisso *et.*

tissime dici mihi videntur. Nam et qui beatus est, non intelligo, quid requirat, ut sit beatior: si est enim quod desit, p. 233. a. ne beatus quidem est: et, quod ex maiore parte unamquamque rem appellari spectarique dicunt, est ubi id isto modo valeat. Quum vero tria genera malorum esse dicant: qui duorum generum malis omnibus urgeatur, ut omnia adversa sint in fortuna, omnibus oppressum corpus et confectum doloribus; huic paullumne ad beatam vitam deesse dicemus, non modo ad beatissimam?

Verba *non intelligo* usque ad *ne beatus quidem est* exciderunt in Cod. Aug. *Mr.*

ut sit beatior] „Nunc ut Stoicus disserit: in libris vero de Finibus, ut Peripateticus, sentit esse beatiorem beato. Nunc beatum intelligit, cui nihil desit, cuique nihil accedere possit: ita nullus incremento locus relinquitur.“ *Beroald.* Pergit Cod. Mon. 1. *si enim*, omisso *est*; Rehd. Duisb. *si enim est*, Mon. 2. *si est enim quidem quod*, cum uno Ox., alius Ox. *si est enim quidem ut*, unus Ox. *si est enim quid quod:* errore ex *διττογραφίᾳ* orto. Cum Cod. Mon. 2. faciunt Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. Junt.; *si est enim quiddam quod* habent Edd. E. C. Asc. 2. Herw. — In Cod. Rehd. omissum est *desit*. Pergit Gud. 2. *nec beatus quidem:* frequentissima vocum permutatione. Scribitur *ex maiori parte* in Codd. Gud. Duisb. Marb. Edd. vett. ante Gebh. (exceptis Vict. Rob. Steph. Herw. Leod.) parum constanter: nam supra bis fere hi omnes *maiore*. De ablativis comparativorum in — *ri* desinentibus apud Ciceronem, qui sunt non nimis pauci, vid. O. M. Müller. in Curis Sec. ad Or. pro Sest. 39. p. 85 sq. *Mr.*

Unamquamque rem *appellari*] Absurde Pall. omnes dant *partem*, cum quibus faciunt Reg. Pithoean. et Bak. Sed veram lectionem retinent Med. et Balliol. *D.*

quod ex maiore parte unamquamque rem appellari — dicunt] „Constanter in duobus libris *unamquamque partem*. Aristotelicum est axioma, in quo tamen nihil demuto, tantum veterem scripturam repraesentare placuit. Ita enim paullo ante: *ex maiore parte pleraque res nominari, etiamsi quae pars abesset.*“ *Schott.* Nod. Cic. II. 17. p. 333 sq. „Quinque Pall. *unamquamque partem.*“ *Gebh.* Legitur *partem* pro *rem* etiam in Codd. Gud. 2. Mon. 2. Rehd. Gud. Duisb. (hic supra lin. *rem*) tribus Oxx. Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Solus Gud. 2. *unamquamque appellari* omisso *rem*. Cum v. *spectarique* absit ab uno Ox., Mon. 1. habeat *appellari dicunt spectari*, omisso *que*, Duisb. *et spectari*; facile aliquis ei verbo, ut spurio, litem moveat: nisi optimi id libri tuerentur. *Mr.*

est ubi id isto modo valeat.] Ad *est ubi* confert Kühn. Graecum ἔστ' ὅπη sive ὅπου. Viger. Idiot. p. 235 sq. Rarior est locutio: sed vide exempla apud Vechnerum in Hellenolex. p. 543 sq. ed. Heusinger. Vocem *id* omittit unus Ox., alius cum Duisb. omittit *vero*. Gud. 1. post *vero* additum habet *ista*, sed punctis notatum. *Tria genera* intellige *animi, corporis, fortunae*: v. de Finn. II. 21. 68. III. 13. 43. In seqq., duo Oxx. Mon. 2. et Ed. P. pro *omnia* habent *non omnia*. Mox Duisb. *oppressum et confectum corpus*. Pro vulgato *paullulumne*, ut supra, scripsi cum Dav. *paullumne*, iisdem, quibus supra, rationibus ductus. Et habent Codd. Reg. (sine dubio) Gud. 1. Mon. 1. Rehd. Gud. Duisb. (sed hic omittit *ne*), octo Oxx. nisi quod in uno deest *ne*; Aug. habet *paulo ne*. Receperunt nostram scriptio-

9 24. Hoc illud est, quod Theophrastus sustinere non potuit. Nam, quum statuisset, verbera, tormenta, cruciatus, patriae eversiones, exsilia, orbitates magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus elate et ample loqui, quum humiliter demisseque sentiret: quam bene, non quaeritur: constanter quidem certe. Itaque mihi placere non solet, consequentia reprehendere, quum prima concesseris. Hic autem, elegantissimus omnium philosophorum et eruditissimus, non magnopere reprehenditur, quum tria genera dicit bonorum: vexatur autem ab omnibus, primum in eo libro,

---

nem, praeter Dav., Gebh. FAWolf. Schz. Ern. Nobb., iidem qui supra. In Cod. Duisb. est *dicemus deesse*, in uno Ox. *dicimus*. Mon. 1. habet *non modo illud ad*. *Mr.*

c. 9. *Hoc illud est, quod Theophrastus* —] De Theophrasto Cicero saepius (vid. Schützii Lex. Cic. h. v.) et supra III. 28. 61. Quem paullo inferius laudat eius librum De Vita Beata, laudat etiam de Finn. V. 28. 85. Verba *quod sustinere non potuit* recte explicat Kühn. *cui defendendo non par erat*. Similiter Cicero Verr. V. 39: *hoc crimen sustinere se nullo modo posse*. Cod. Rehd. exhibet *non potuisset*: nimirum ut corrigatur Cicero. Proximum *quum* abest ab uno Ox. Cod. Gud. habet *statuit*; Duisb. *cruciatus, tormenta*. In seqq. post *vim* unus Ox. omittit *habere*. *Mr.*

Non est ausus — sentiret] Haec pro more suo parum emendate profert Nonius in *demissum*. *D.*

Non est ausus elate —] Apud Nonium v. *demissus* p. 285 sq. legitur: *non est ausus elate et ample loqui; humiliter demisseque sentire*. Cod. Duisb. *ample et elate*. Sequens *quum* abest ab eodem Ox. qui paullo superius idem omisit. Scribitur *dimisseque* in Codd. Mon. 1. Gud. 2. frequentissima confusione. Ad locutionem *humiliter sentire* cf. Olai Borrichii Cogitatt. de Ling. Lat. aetatib. p. 120—123. (Ed. Hafn. 1675. 4.) Ad sententiam Cic. de Finn. V. 5. 12: *Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute teneamus, quam ille tenuit, firmitatis et roboris*. Mox duo Oxx. *constanter siquidem certe*. In Ed. P. pro *quam* est *quoniam*. Codd. Marb. Gud. Duisb. *placere mihi non solet*, Aug. *mihi non placere solet*: posterior ordo peior est. Cod. Rehd. *quum prima sunt concessa*. Scripsit Ox. *magno opere* pro *magnopere*: minus bene, si verum est, quod praecipit Beierus ad Cic. de Off. I. 40. 145. p. 290 sq. praeeunte Gernhardo. Vid. etiam Beierum ad Cic. de Off. I. 26. 90. p. 202. II. 16. 56. p. 109. coll. I. 1. 3. Add. nos ad Cic. de Rep. I. 8. extr. p. 40. ad eundemque locum Heinrich. p. 167. Habet nostro loco *magno opere* solus Cod. Duisb. *Mr.*

quum tria genera dicit bonorum] Cod. Mon. 1. *quum tria genera bonorum constituat*, Rehd. *quum tria genera bonorum posuerit*. Agnoscis glossatorum manus. Edd. P. A. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Junt. Herw. habent *quum dicit tria genera bonorum* (sed A. B. S. habent *dicitur*). Sola Ed. Ven. nostr. *quum dicat tria genera bonorum*. De significatione verbi *vexandi* vid. Gell. N. A. II. 6. Macrob. Saturn. VI. 7. Pseudo-Ascon. in Cic. Verrin. I. §. 12. p. 130. Ed. Baiter (Opp. Cic. Ed. Orell. T. V. 2.) — Abest vox *autem* a Cod. Gud. 2. Legitur *hominibus* pro *omnibus* in uno Ox. et MS. nescio quo in marg. Verb. frequenti confusione, cuius vid. exempla apud Beier. ad Cic. de Off. III. 17. 69. p. 308. *Mr.*

primum in eo libro —] Vid. annot. Bentl. „Sine dubio mendum

quem scripsit de vita beata, in quo multa disputat, quamobrem is, qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit: in eo etiam putatur dicere, in rotam beatam vitam non escendere.

---

loco inest. Correxerunt eum Bentl. et Dav. Ego posteriori accedo. Unus Leid. habet *multum disputat.*" *Bouh.* Improbat Wopkens. Lectt. Tull. p. 215. (p. 293. Hand.) *Mr.*

Quod *multa* disputarit] Vulgo, *in quo multa disputat.* Verum sententia postulat hanc, quae Cl. Bentleio debetur, emendationem. *D.*

primum in eo libro, quem scripsit —] „i. e. *propter eum librum.* Sic dicitur aliquis reprehendi in aliqua re. Nec opus correctione Bentleii *quod in eo libro — disputarit,* omissis *in quo.*" *Nissen.* Non recte intellexit Bentleius verba *in eo libro:* reprehensus iam eo nomine a Bremio ad Cic. de Finn. I. 2. p. 8. ad verba *primum est, in quo admirer.* Kühn. vult partim cum Bentleio: *primum in eo libro, quem inscripsit de vita beata, quod multa disputarit.*" *Or.* Non vult K. *inscripsit,* sed scripsit. Nec vero necessaria est mutatio. — Pro *scripsit* est *scripsi* in Cod. Mon. 1. Pergit Aug. *de beata vita.* Duo Oxx. omittunt *beata.* „Liber περὶ εὐδαιμονίας memoratur Diogeni V. 43. et περὶ θείας εὐδαιμονίας V. 49." *Schuch.* Legitur *multum* pro *multa* in uno Cod. Ox. et Mon. 2. In Gud. 2. post *quam ob rem* omittitur *is.* Pergit Duisb. *qui cruciatur, qui torquetur*; tum unus Ox. *beatus esse non potest*; tum duo alii *ideo etiam,* quod est correctoris. *Mr.*

putatur dicere, in rotam (*id est genus quoddam tormenti apud Graecos*) *beatam vitam non ascendere.*] „Hic locus in nonnullis exemplaribus antiquis ita legitur. Ego tamen totum illud, quod parenthesi inclusum est, reieci, sine dubio glossam alicuius esse putans, qui *rota* quid esset exponere voluerit: quidam tamen, eam non agnoscentes, in ordinem verborum Ciceronis receperunt." *P. Manutius.* „Ego illa verba (*id est — apud Graecos*) scripta in Gryphii libro inveni, quemadmodum fere veteres omnes excusi habent. Aldus primus, et deinceps Manutius, illum secutus, tum alii praeterea, verba illa interpositionis nota inclusa, tanquam haud dubie e glossemate immigrarint, sustulerunt." *Brut.* „Citat locum cum verbis *id est — apud Graecos,* quae in libris etiam MSS. sic adduntur, Turnebus in Adversarr. VII. 16. ubi cuiusmodi genus tormenti rota fuerit, exponit" [q. v. p. 226. Figuram *rotae* vid. apud Gallonium de S. Martyrum Cruciatibus Cap. II. Tab. 1.] *Frc. Fabric.* „MSS. Cantabr. Petrens Ed. Steph. aliaeque multae post verba *in rotam* addunt: *id est — apud Graecos.* Ne minime quidem dubito, quin illa verba ex interpretatione sint nata; recte tamen glossographus *rotam* Graecis adscribit; nam tum temporis hoc tormentum non adhibebant Romani." *Davis.* Ed. 1. Ad rem add. Turneb. Adversarr. IV. 3. p. 108. Creuzer. ad Plotin. Enn. I, 4. 13. p. 37. D. Senec. Trag. Her. Oet. 1011. *Mr.*

In rotam] Voces quae sequuntur, *id est genus quoddam tormenti apud Graecos,* Glossematis loco, post Erasmum, Manucius, Lambinus, et Gebhardus habuerunt. Eadem mihi stat in animo sententia; licet enim *rota* Graecum fuerit tormenti genus, adeoque non importunus foret Cicero, si qualem vellet *rotam* suis indicasset: attamen cum plures sint Mssti, qui voces istas nesciunt; mihi dubium non videtur, quin Scholiastae cuidam suum debeant ortum. Apuleius Metam. lib. III. pag. 79. *Nec mora, cum ritu Graeciensi ignis et rota, tum omne flagrorum genus inferuntur.* Idem lib. X. pag. 326. *Nec rota vel eculeus, more Graecorum, tormentis eius apparata iam*

Non usquam id quidem dicit omnino: sed, quae dicit, idem
25. valent. Possum igitur, cui concesserim in malis esse dolores corporis, in malis naufragia fortunae, huic succensere dicenti, non omnes bonos esse beatos, quum in omnes bonos ea, quae ille in malis numerat, cadere possint? Vexatur

---

desrant. Rota, τρόχος, ξύλινόν τι ἦν ἐν ᾧ δεσμούμενοι οἱ οἰκέται ἐχολάζοντο, ut ex Aristophanis Scholiaste in Pacem vs. 451. Suidas docet. *D.*

in rotam beatam vitam non escendere.] Eieci glossam antiquissimam, quippe quam praebeant, cum Cod. Gryph., Reg. Gud. 1. 2. (hic ridicule habet *id est in genus* —) Aug. Marb. Rehd. (hic habet *vel* pro *id est*) Duisb. Mon. 1. (ut Gud. 2.) Marg. MS. Asc. 2. tres Oxx. (in his est: *id est in quoddam genus*) Vind. 1. (qui habet: *quod genus tormenti est apud Gr.*) Vides iam ex varietate lectionis glossam esse, quam alius alio modo contextis inseruerit. Eiecerunt eam Edd. pleraeque; habent tamen marg. Crat. S. Vict. Rob. Steph. Herw. Brut. Leod. Dav. Abiectam probat Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 11. 26. p. 453. *Mr.*

non escendere] Marg. Lambb. et Goth.: q. v. c. *scandere*. „Quod coniectaram in Crepundiis [III. 23. p. 165; Ed. Schminck. p. 542. q. v.] *escendere*, pro *ascendere*, hic legendum esse, exstare iam comperio in Vatican. et libro Merceri, ut Ovid. Metam. IX. 519. restitui [videtur leg. VII. 520.]: et omnino germana videtur lectio: nam libri valde variant. alii *non scandere*, Fabr. *attingere*." *Gebh.* Post Gebhardum fere omnes receperunt *escendere*, quod habent Codd. Regius Gud. 1. quamquam in his scriptum est *escenderet*; unus Ox. habet *attingeret*, Duisb. *attingere*, Rehd. Vind. 2. *scandere*. Est tamen *ascendere* post Gebhardum in Edd. Oliv. Alt. *Mr.*

Non usquam id quidem dicit omnino;] *Non usquam* Codd. quantum scimus, omnes: *Nusquam* Edd. ante Gebh. exceptis Vict. et Rob. Steph. Pergit Cod. Vind. 1. *quidem id*, cum Rehd. et Gud. Rathius edidit *quidam*: invitus, ut opinor. Vocem *omnino* explicat Kühn. *disertis verbis*, utpote oppositam antecedentibus *putatur dicere*. Adhibet nostrum locum Goerenzius loco Acadd. II. 3. 9. *quod dicunt omnino*. Unus Ox. pergit *sed, quod dicit, idem valet*: alius quoque habet *quod* pro *quae*. Gud. 2. post *omnino* pergit: *non quae diceret*. *Possum igitur*. *Mr.*

Possum igitur, cui concesserim] Verb. ex MS. nescio quo in marg. *possum igitur cum senserint*, unus Ox. habet *cui consenserim*, Duisb. *cum concesserint*, Gud. *cui concesseris*, Mon. 1. *cui conferim* (sic). In Edd. P. A. B. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. est *corporis esse dolores*; Edd. S. E. habent *dolores corporis esse*. Tum Edd. ante Gebh. omnes *fortunae naufragia*, cum tamen Codd. exhibeant inverso ordine *naufragia fortunae*. Unus Ox. *hinc* pro *huic*, Gud. 2. *successere dicenti*; unus Ox. *non omnibus*; alius *non omnis beatos esse beatos*. Rehd. *bonos beatos esse*; unus Ox. *quin in omnes*; mox Rehd. *quae in malis ille enumerat — cadere possunt*. Duisb. item *in malis ille*. Unus Ox. *eadem* pro *cadere*; est etiam *possunt* in Codd. Mon. 1. Vind. 1. 2. Gud. 2. Pergit unus Ox. *vexatur ratione Theophrastus*, Gud. omittit *idem*. Mireris sane, cum supra praecesserit: *Vexatur autem ab omnibus primum in eo libro* — et exspectandum videatur *Vexatur deinde* vel *vexatur etiam Theophrastus*: mireris, inquam, a nemine adhuc pro *idem* correctum esse *item*. Similiter est de Or. II. 59. 240 sq.: *Duo sunt genera*

idem Theophrastus et libris et scholis omnium philosophorum, quod in Callisthene suo laudarit illam sententiam:

Vitám regit fortúna, non sapiéntia.

---

facetiarum, quorum alterum re tractatur, alterum dicto. Re, si quando quid, tanquam aliqua fabella, narratur — — —. In re est item ridiculum, quod — sumi solet. Nec tamen ego cuiquam auctor sim, ut ita corrigat. Haud enim raro post longiorem quandam expositionem aliter pergit Cicero, quam perrecturum eum existimes, vel quam re vera perrecturus erat, nisi longior illa expositio intercessisset. *Mr.*

et libris et scholis omnium philosophorum,] Cod. Aug. *in libris.* Cod. Gud. et Vind. 2. *scholis philosophorum omnium.* Pergit Rehd. cum uno Ox. *qui in.* Ad v. *Callisthene suo* Ern. annotavit: „libro de luctu. Vid. Tusc. III. 10." §. 21. Vid. Plutarch. II. p. 97. Wesseling. ad Diodor. XIII. 24. Diog. Laërt. V. 44. — Pro *laudarit* est *laudat* in Codd. Gud. Rehd., *laudaverit* in Gud. 2, *laudaret* in Cod. Aug. Unus Ox. habet *Calisthene*, unus *Calistheno*, alius *eam* pro *illam*. Legitur *regi* pro *regit* in Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Junt. Asc. 2. In marg. huius scriptum reperio: „Trimeter est nescio an casu elapsus." Quae videtur Erasmi annotatio, ut vides ex ann. Davisii. H. Steph. in Cic. Lex. p. 150. allato Graeco versu, cuius haec est interpretatio, addit videri eum in proverbium olim abiisse. Quod ad metrum addo, si legas *regi*, vocem *fortuna* fieri Ablativum casum: quo facto habebis senarium minus probum, nimirum in sede pari (pede quarto) spondeum. *Mr.*

Vitam regit fortuna, non sapientia] „Graecum versum, qui hanc sententiam continet, et quem Theophrastus mirifice laudabat, videor mihi reperisse. hunc enim esse puto: *τύχη τὰ θνητὰ πράγματ', οὐκ εὐβουλία.* adversus quem Plutarchus, gravissimus auctor, accurate commentarium scripsit. proposito enim illo, summo studio eius sententiam refellere conatur. Est etiam inter senarios eos variorum poëtarum, quos Menander, nescio quis, collegisse videtur ad humanam vitam instituendam, quod praecepta et officia quaedam tradant hominibus non inutilia, nunc autem, quia pueris eos more quodam legunt magistri, a reliquis negliguntur. Theophrastum in Callisthene adduxit Alexander Aphrodisiensis in fine posterioris libri de Anima: inquit enim: *φανερώτατα δὲ Θεόφραστος δείκνυσι ταὐτὸν ὂν τὸ καθ' εἱμαρμένην τῷ κατὰ φύσιν ἐν τῷ Καλλισθένει.* Verba etiam graeca Metrodori, quae Cicero non longe ab hoc loco sic interpretatus est: *Occupavi te, fortuna* etc. adducit Plutarchus in commentario de Tranquillitate Animi, quamvis auctorem caelet. Nam et ipse, quemadmodum Cicero, sententiam probat: dolet tamen, ut suspicari licet, ab eo dictam, quem non amabat." *Victorius.*

Vitam regit fortuna, non sapientia] Dubitat Erasmus, an hic apud nostrum *senarius* casu sit elapsus. Non animadvertit vir summus illum ex Iambico Graeco translatum esse, qui sic se habet:

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

Exstat apud Plutarchum *περὶ τύχης* pag. 97. Exstat etiam apud Stobaeum Eclog. Phys. pag. 14. et Chaeremoni tribuitur. Imitatur suppositicius iste Phalaris Epp. 10, 32. *D.*

Vitam regit fortuna, non sapientia] Adde a Davisio laudatis Lennep. ad Phalarid. Epist. L. V. p. 182. et Wyttenbach. ad Plutarch. *περὶ Τύχης* p. 665. — Pergit Cod. Gud. *et negant*, Aug. *negant quidquam ab ullo*, Gud. 2. *ab illo;* idem omittit *languidius.* Codd. Gud. Duisb. Vind. 1. 2. habent *esse dictum.* Mox Gud. 2. *nihil intelligendo.* Vind. 1. 2. duo Oxx. *dici posse*, Mon. 2. *potuisse dici.* In Cod. Aug.

Negant ab ullo philosopho quicquam dictum esse langui
b. Recte id quidem: sed nihil intelligo dici potuisse con
tius. Si enim tot sunt in corpore bona, tot extra co
in casu atque fortuna; nonne consentaneum est, plus fo
nam, quae domina rerum sit et externarum et ad co
26. pertinentium, quam consilium valere? An malumus E
rum imitari? qui multa praeclare saepe dicit: quam
sibi constanter convenienterque dicat, non laborat. La

---

est *dictum potuisse*. Unus Ox. exhibet *in corpora*; alius *non sentaneum est*; Mon. 1. Gud. Rehd. *sit rerum externarum*, Aug *mina sit rerum externarum sed ad corpus*. — Rehd. *quam sap tia possit valere*. Pro *malumus* Codd. Marb. Gud. 2. et unu *maluimus*, Duisb. *malimus*, Aug. omittit *an*, duo Oxx. pessimae verbum *imitari*. Iidem cum duobus aliis, Rehd. et Gud. habent *clara*, Aug. et Gud. cum Vind. 2. *dicit saepe;* unus Ox. *saepe* pro *sibi*, quam vocem duo alii cum Gud. 2. omittunt, Rehd. a exhibet *quam enim constanter sibique convenienter dicat*, inepta emendatione, si locus emendatione egeat: quod in his v existimasse Ernestum et Nodellium videbimus. Gud. habet *const sibi convenienterque*. Gud. 1. a pr. m. *non laborant*. *Mr.*

Quam enim *sibi constanter*] Leg *autem*, postulante sententia etiam, quod Cl. Bentleius voluit, prorsus deleatur illa vocula. *I*

An malumus Epicurum imitari, qui multa praeclare dicit? enim sibi constanter — dicat, non laborat.] „Nota interrogandi peram [?] post *imitari* pingebatur. Quae si eo, quo vides, loco cetur, non esse credo, cur cum viris eruditissimis aut deleas v *enim*, aut *autem* substituas. Coniunctiones *nam* et *enim* hoc saepius orationem interrogatoriam excipiunt. Infra c. 27: *Do vero* (cur autem maluit Cl. Bentleius *Doloremne?*) *sapiens ex scet? is enim huic maxime sententiae repugnat*. Supra I. 34: *ubi tur malum est? quoniam nihil tertium est*. IV. 26. *An sine m cordia liberales esse non possumus? non enim suscipere ipsi aeg dinem propter alios debemus*. Vide Lactant. II. 2. 22.“ *Wopkens.* p. 107. (p. 147 sq. ed. Hand. qui addit: hac dictione nihil freque nihil rectius.) „Bentleii Davisiique correctio mihi non magis saria videtur, quam Wopkensio.“ *Bouh.* „*Enim* hic non a Corrigunt *autem*, vel delent: hoc magis placet [Eiecit Dav. in E Deinde *sibi* non placet: nam sic cum adverbio nusquam repe limque id quoque deleri.“ *Ern.* [Nodellius ob eandem causam dabat: *quam enim sibi constet*.] „Miror *enim* non placuisse doctis, quod ad enuntiationem omissam (*sed parum constanter*) tinet. Vide, quae supra ad IV. 23. 52. a nobis monita sunt.“ *Ni* Nihil minus necessarium emendatione: nec distinctionis muta opus est, quam volebat Wopkensius. Quod autem *sibi* adverbiis tur, analogiae linguae non adversatur, cum legatur *sibi constare, convenire:* illud habes v. c. de Finn. II. 11. extr.; alterum in simo versu Horatiano A. P. 119: *sibi convenientia finge*. Sent haec est: *An malumus Epicurum imitari? Dicit ille quidem saepe praeclara*, quamquam haec parum conveniunt eius doctr sed tamen dicit: *non enim ille laborat, quam sibi constanter c nienterque dicat*. *Mr.*

Laudat tenuem victum] Vide Laertium X, 130, seqq. et ibi nagium. Nonnulli tamen Epicurum gulae et luxus incusarunt. Timocrates apud Laertium X, 6. dixit *αὐτὸν ὀἰς ἡμέρας ἐμεῖν*.

tenuem victum. Philosophi id quidem: sed, si Socrates aut Antisthenes diceret; non is, qui finem bonorum voluptatem esse dixerit. Negat quemquam iucunde posse vivere, nisi idem honeste, sapienter, iusteque vivat. Nihil gravius, nihil philosophia dignius; nisi idem hoc ipsum, honeste, sapienter, iuste, ad voluptatem referret. Quid melius, quam, fortunam exiguam intervenire sapienti? sed hoc isne dicit,

---

τρυφῆς etc. Athenaeus lib. VII. pag. 279. *Περὶ δὲ τοῦ Ἐπικούρου Τίμων ἐν τρίτῃ Σίλλων φησὶ*

Γαστρὶ χαριζόμενος, τῆς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν.

Ταύτης γὰρ ἔνεκεν ὁ ἀνὴρ καὶ τῆς ἄλλης τῆς κατὰ σάρκα ἡδονῆς ἐκολάκευε καὶ Ἰδομενέα καὶ Μητρόδωρον. Videndus etiam Suidas in *Ἐπίκουρος*. Sed haec aliaque similia calumniarum loco sunt habenda: hunc enim philosophum parce duriterque vixisse scriptores idonei testantur. Eorum suffragia collegere Petr. Gassendus de vit. et mor. Epic. lib. VI. cap. 3. et Ioach. Kuhnius ad Aeliani V. H. lib. IV. cap. 13. *D.*

Laudat tenuem victum.] Cod. Reg. *Lauda*, errore ex scriptione LAVDATENVEM orto. Rehd. *tenuem victum laudat*, Aug. *laudat tamen victum*. Duo Oxx. et Mon. 1. in seqq. *id quidem est*. Posterior habet *Antistones*, unus Ox. *Aristenes*. Gud. 2. *Antisthenes quidem diceret*. De Antisthene *Cynicorum* parente et *Stoicorum, qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat*, vid. Cic. de Or. III. 17. 62. Pro *bonorum* Ed. P. *beatorum*. Vocem *esse* ante *dixerit* omittunt Codd. Gud. 1. (sed supra lin. addita est) Rehd. et unus Ox. *Mr.*

Negat quemquam iucunde] Cicero de Fin. lib. I. cap. 18. *Clamat Epicurus, is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis*, non posse iucunde vivi nisi sapienter, honeste, iusteque vivatur; nec sapienter, honeste, iuste, nisi iucunde. Graeca sic se habent: *Οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως· οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως ἄνευ τοῦ ἡδέως.* Exstant apud Laertium X, 132, 140. Vide et lib. XV. Fam. Epist. 19. *D.*

Negat quemquam iucunde posse vivere, nisi idem honeste — vivat] Cod. Gud. *iucundum*, unus Ox. *non* pro *nisi*, Gud. 2. *iuste sapienterque*. Mon. 1. *sapienter que iuste vivat*. Verbum *vivat* deest in uno Ox., alius habet *vixerit*. *Mr.*

Nihil philosophia dignius] Eliens. sec. *philosopho*. Non male. Sed nec male se habet aliorum codicum lectio. Vide *sis* infra cap. 25. *D.*

Nihil philosophia dignius] Pro *nihil* est *nil* in Edd. P. A. B. S. F. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2, Junt. Rob. Steph. Herw. Non debebat probare Davisius lectionem *philosopho*, quae manifesto debetur vel correctori vel glossatori male sedulo. Duo Oxx. omittunt *idem*. Illine vocem (*idem*) Goerenzius ad Cic. Acad. I. 1. 2. p. 5. neutrum non existimat, verba *idem hoc ipsum* iungens vertensque: just eben das. Mihi quidem *idem* videtur ad Epicurum referendum. Conf. Bouterwek ad Cic. Catil. II. 5. p. 131. Verba *hoc ipsum* desunt in Cod. Gud. 2. In Duisb. est *nisi hoc idem ipsum*, in Mon. 1. *hoc ipsum honestum — iusteque*; posterius (*justeque*) habet etiam Gud. 2. cum uno Oxon. Pro *Quid melius* Gud. 1. 2. Marb. et unus Ox. *Qui melius*. Verbum *intervenire* bis posuit Cicero supra III. 17. 38. *Mr.*

Fortunam exiguam intervenire sapienti] „Locus Vitruvii VI. praef. hic est: *Epicurus — ait: pauca sapientibus fortunam tribuere.*

qui, quum dolorem non modo maximum malum, sed solum malum etiam dixerit, toto corpore opprimi possit doloribus acerrimis tum, quum maxime contra fortunam gloriе-
27. tur? Quod idem melioribus etiam verbis Metrodorus, *Occu-*

Diog. Laërt. 10, 144: *βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει, τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς διώκησε.*" *FAWolf.*

Fortunam exiguam intervenire sapienti] Seneca de Const. Sap. cap. 15. *Epicurus*, Raro, *inquit*, sapienti intervenit Fortuna. Eiusdem dicti meminere noster de Fin. I, 19. et Vitruvius lib. VI. Praef. Graece: *Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει.* Exstat apud Laertium X, 144. Plutarchum *περὶ τύχης* pag. 99. A. et Stobaeum Eclog. Ethic. pag. 199. *D.*

Sed hoc isne dicit, qui, quum dolorem] Unus Ox. *iisne*, alius *is*, omisso *ne*. Reg. et Gud. 1. *hisne:* et ex hoc quidem exemplo, ubi *his* plane locum habet nullum, certissime patet, quam male Dav. tam saepe ex Cod. Reg. pro *ii* receperit *hi*, quae scriptio debetur nonnisi pravae enuntiationi. Pro *non modo* est *non* in Cod. Mon. 1. et uno Ox. Dici posse *non — sed etiam* pro *non modo — sed etiam* et multi dixerunt, nec ipse ad Cic. de Legg. III. 7. p. 409. ab hac sententia alienus fui. Nunc Goerenzio accedo et Zumptio, quorum ille ad eum ipsum locum illud fieri negat, alter ad Cic. Verrin. Act. II. L. III. 1. 1. p. 426. locos quotquot ex Cicerone a Duckero ad Flor. II. 2. 20. laudantur, vel corruptos vel male intellectos esse contendit. In Cod. Vind. 1. legitur *etiam malum dixerit cum toto corpore.* In Mon. 2. *cum* ab eadem manu, quae codicem scripsit supra lin. scriptum est. Mon. 1. habet *malum esse etiam*, idem *optimi* pro *opprimi*. Unus Ox. omittit *solum*, alius pro *etiam* habet *esse*. Et hoc quidem non semel factum est, ut Cicero scriberet *non modo — sed*, pro *non modo — sed etiam:* vid. Otto Excurs. ad Cic. de Finn. p. 378 sq. Creuzer. ad Cic. de Legg. III. 7. 17. p. 416. Beneck. ad Cic. Catil. III. 10. 24. p. 234. Kritz. ad Sall. Cat. 18. 7. p. 88 sq. — Tum Cod. Aug. *toto corde — tum maxime cum*, Duisb. et Gud. 2. *tunc quum*. Ad sententiam conf. supra II. 19. circa fin. *Mr.*

Occupavi te] Graece: *Προκατείλημμαί σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν τὴν σὴν ἀφορμὴν παρείλημμαι.* Legitur apud Plutarchum *περὶ εὐθυμίας* pag. 476. Nonius in *occupare: Cicero Tusc.* lib. V. Quod idem melioribus etiam verbis Metrodorus *occupavit.* Leg. *occupavi te. D.*

Quod idem — Metrodorus, Occupavi te, inquit,] Duo Oxx. *idem melius etiam.* Gud. omittit *etiam*, Aug. habet *verbis etiam.* De Metrodoro Lampsaceno (ita dictus est, quamquam erat Atheniensis: cuius rei causam v. apud Jonsium de Scriptt. Hist. Philos. I. 2. p. 18. Menag. ad Laërt. X. 22.) vid. [Cic. de Finn. II. 3. II. 28. Off. III. 33. Tusc. II. 6. 17. ib. ann. et quos supra laudavi ad II. 8. — Scribitur *Occupavit*, ut apud Nonium, in uno Cod. Ox. Legitur *te* post *inquit* in Edd. ante Gebh. exceptis Vict. Rob. Steph. Leod. Libri MSS. nihil variant, nisi quod Gud. habet *Occupavi teme fortuna.* Duo Oxx. habent *o fortuna*, alter pergit *atque sepe.* Gud. *omnis*, et supra lin. q. Gud. 2. omittit *tuos;* unus Ox. habet *ad me* tres alii *ad me spirare*, quorum unus *non possit*, Duisb. autem *non possis.* Equidem pridem conieci legendum *ut — non pos* pro *posses*: non enim illud vult, se eo consilio aditus fortunae intercludisse, ne — adspirare posset: sed, eo, quod intercluserit fortuna aditus omnes, factum esse, ut iam — adspirare non possit. Nol

vavi te, inquit, *fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses.* Praeclare, si Aristo Chius, aut si Stoicus Zeno diceret: qui, nisi quod turpe esset, nihil malum duceret. Tu vero, Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullisque condideris, et definieris, summum bonum firma corporis affectione exploratague spe contineri, fortunae aditus interclusisti? Quo modo? Isto

---

tamen libri unius non optimi, sed in quo plurima insunt correctionis vestigia, auctoritate vulgatam mutare. *Mr.*

Praeclare, si Aristo Chius, aut si — Zeno] Cod. Marb. *si Aristarchus aut,* Aug. *si id Aristochius aut,* Gud. 2. *si aristocchio aut,* Vind. 1. 2. *Ariston Chius,* posterior etiam cum Duisb. Gud. 1. 2. *Zenon.* de qua nominativi forma minus Ciceroniana vid. Schneideri Gr. Lat. II. Formenl. I. p. 276. Post *si* additur *id* etiam in Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. (in hac etiam est *Aristochius*) HWolf. Sed paullo superius etiam sine *id* legitur §. 26: *si Socrates aut Antisthenes diceret.* Alterum *si* omittit Cod. Duisb. cum Marb. Cod. Rehd. pro *Zeno* habet *Hemon.* De Aristone Chio vid., ne longus sim, Schützii Lex. Cic. T. I. p. 41. cui add. doctissimum J. B. Carpzovii librum, qui inscribitur: Paradoxon Stoicum Aristonis Chii etc. (Lips. 1742. 8.) p. 199 — 326. *Mr.*

qui — nihil malum duceret] „*Qui* refertur ad utrumque philosophum: quare legendum *ducerent.*“ *Bouh.* Non male: sed nullus assentit liber: et ferri potest vulgata. Cod. Duisb. habet *nisi quid.* Legitur *malum diceret* in Codd. Gud. Rehd. Duisb. duobus Oxx. Quod, si per se spectes, placere possit: sed cum modo praecesserit *diceret,* sine dubio Cicero scripsit *duceret.* Metrodori quae sequitur, sententiam habes paullo aliter expressam de Finn. II. 28. 92. Off. III. 33. ibiq. Pearc. et supra II. 6. extr. — Mox Cod. Rehd. *medullis,* omisso *que.* Ad locutionem cf. Cic. Philipp. I. 15. 36: *in medullis — ac visceribus haerebant.* — Duo Oxx. habent *summa* pro *firma.* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. *corpori* pro *corporis. Mr.*

exploratague spe] „Legendum fortasse *exploratague eius spe.*“ *Lambin.* Nimirum ex Cic. de Off. III. 33: *si — vita omnis beata corporis firma constitutione eiusque constitutionis spe explorata, ut a Metrodoro scriptum est, continetur.* Sed, quamvis commoda esset illa vox, ferri tamen potest eius omissio. Locutionis *explorata spe* exempla collegit Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 36. nec nostri loci oblitus. Unus Ox. et Ed. S. omittunt *que,* Cod. Mon. 1. habet *sepe* pro *spe.* Unus Ox. habet *inclusisti* pro *interclusisti.* Vind. 2. *introduxisti,* sed in marg.: *aliter: interclusisti. Mr.*

Exploratague spe] D. Lambinus legendum censet, *exploratague eius spe.* Sed, libris invitis, pronomen facile subintelligendum non immiserim. De hoc effato sat multa collegimus ad lib. II. 6. *D.*

Isto enim *bono iam* exspoliari potes] Reg. Pithoean. Med. et Balliol. *isto* enim (Med. *tam,* Balliol. *eam*) *bono iam* exspoliare potest. Ut legendum videatur *isto* te ea *bono iam exspoliare potest. D.*

Quo modo? Isto enim bono iam exspoliari potes.] „Valde variant libri. Regius et unus Leid. *exspòliare.* Alius Leid. *quo isto iam bono exspoliari potes,* Ed. mea vetus *quomodo enim isto bono exspoliare potes.* Inde et ex aliis varietatibus lectionis, quas affert Dav. Ciceronem scripsisse coniicio: *quae modo isto te bono iam exspoliare potest. — Modo iam* est i. q. *nunc iam.*“ *Bouh.* Pro *enim* est *tam* in tribus Codd. Oxx. Mon. 2. In Mon. 1. legitur *isto enim tam bono*

10 enim bono iam exspoliari potes. Atqui his capiuntur im-
28. periti: et propter huiusmodi sententias istorum hominum est
p. 234. multitudo. Acute autem disputantis illud est, non, quid
a. quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit, videre. Velut in ea ipsa sententia, quam in hac disputatione suscepimus, omnes bonos semper beatos volumus esse. Quid dicam bo-

---

iam expoliceri potes, in Duisb. *quomodo enim isto bono*. Reg. *exspoliare potest*, Marb. *exspoliari potest*, Gud. 1. et unus Ox. *exspoliare potes*. Aug. omittit *enim*, Gud. 2. vocem *iam*. In uno Ox. legitur *explorare*, in alio et Ed. P. *explorari*, in Rehd. *spoliari*. Edd. P. C. Junt. Asc. 2. *Quomodo enim isto bono*. Quae omnia me non movent ut lectionem vulgatam mutandam esse censeam. *Mr.*

C. 10. *Atqui his capiuntur imperiti:*] Habent *atque* tres, ut videtur, Oxx. Gud. 2. et Ed. Oliv., *iis* Codd. Mon. 2. Rehd., *hiis* Duisb. In Mon. 1. pro *imperiti* est glossa *ignari*. In uno Ox. bis scriptum est *et propter*, in alio *huius* pro *huiusmodi*; pro *istorum* est *illorum* in Edd. S. E. Cod. Duisb. omittit *hominum*. Legitur *accute* in Cod. Marb., *autem* excidit in uno Cod. Ox. Edd. M. L. Boul. Ald. Car. Steph. Brut. Goth. nec eam vocem, nisi supra lin., habet Cod. Gud. 1; in Gud. 2. pro *autem* est *enim*. In Cod. Aug. in antecedentibus pro *istorum hominum* est *Stoycorum* (sic) *hominum*. In Cod. Marb. *quod quis dicat;* unus Ox. omittit *dicat*. Ad v. *quid cuique dicendum sit* tenendum significari varias philosophorum scholas; aliud enim, si sibi constare velint, dicendum esse Stoicis, aliud Epicureis. — Pro *cuique* Cod. Mon. 1. habet *cui*. *Mr.*

Videre. Velut in ea ipsa sententia — — perspicuum est.] „Haec parum apte cohaerent: debent vero sic dispungi: *videre; velut in ea ipsa sententia, quam in hac disputatione suscepimus. Omnes bonos semper beatos volumus esse. Quid dicam bonos, perspicuum est.*" *Nissen.* Non male: nec tamen non proba est vulgata distinctio. — Praepositionem *in* omittunt Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Junt. Asc. 1; vox *ipsa* deest in Cod. Vind. 1. Edd. C. V. Rob. Steph.; utraque vox abest ab Ed. Herw. Pro *in ea* Cod. unus Ox. habet *mea*, idem omittit proximum *esse*. Pro *omnes bonos* Cod. Gud. 2. habet *oīs hones* (sic, vult *homines*). *Mr.*

Quid dicam bonos perspicuum est] „Ita malui cum Victorio, quinque Palat. Fabr. et alio quodam Codice: licet ab productore [Goth. et Lambb. in marg. addunt: *non placet*] damnetur. Valg. *Quos dicam bonos.*" *Gebh.* Speciosa videri potest lectio *quos*. Sed vulgatae hic sensus est: *quid intelligam, quum beatos dico.*" *Or.* Rect. Ceterum habent *quod* Codd. Reg. Gud. 1; *quos* Cod. Mon. 1. Ed. ante Gebh., exceptis P. V. Rob. Steph. Vox *omnibus* deest in un. Ox. Pergit Duisb. *virtutibus enim,* tum Gud. Vind. 1. 2. *ornat. atque instructos.* Est in Edd. P. Dav. Gebh. Ern. Verb. Alt. et Cod. Mon. 2. *cum sapientes*, quod recepi cum Davisio, pro *tum*, cui locus non est. Ex Cod. Reg. (quod exspectabat Stuerenberg. ad Cic. pro Arch. p. 167.) docere hoc loco non possum, cum in talibus rebus collatio nostra minime sit accurata. Sed sine dubio *cum* habet et Regio Davisius. Utramque vocem omittunt Edd. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Pergunt duo Oxx. *tum idcirco bonos dicimus.* Gud. 2. *tum bonos viros dicimus;* unus Ox. *tum v. b. esse dicimus.* Mox Gud. 2. *quid dicendi*, Marb. Edd. P. A. B. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *sunt beati.* Cod. Rehd. *sint boni.* Tum Cod. Marb. *Eadem hoc;* Mon. 1. Duisb. *qui sunt in bonis. Mr.*

nos, perspicuum est: omnibus enim virtutibus instructos et ornatos, quum sapientes, tum viros bonos dicimus. Videamus, qui dicendi sint beati. Equidem hos existimo, qui sint in bonis, nullo adiuncto malo. Neque ulla alia huic verbo, 92.
quum beatum dicimus, subiecta notio est, nisi, secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. Hanc assequi virtus, si quicquam praeter ipsam boni est, non potest. Aderit enim malorum, si mala illa ducimus, turba quaedam, paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo, amissio suorum, graves dolores corporis, perdita valetudo, debilitas, caecitas, interitus patriae, exsilium, servitus denique. In his tot et

---

Neque ulla alia huic verbo, quum beatum dicimus] Hodie multi soloece dicerent: *neque ulla alia verbo beatus subiecta notio est.* — Pro *neque* est *nec* in Edd. ante Gebh. exceptis S. E. V. Rob. Steph. Unus Ox. omittit *alia*, Gud. habet *beatum dicunt*. *Mr.*

subiecta notio est] „Pal. pr. tert. *subiuncta.*“ *Gebh.* Ita etiam duo Oxx. et Mon. 2. Ad sententiam cf. Boëth. de Consol. Philos. III. 2: *Est beatitudo status bonorum omnium congregatione perfectus*; ib. 10: *perfectum bonum veram esse beatitudinem constituimus.* Augustin. de Civit. Dei VIII. 8. — Pro *notio* est *nota* in Cod. Gud. 2; pro *secretis* in Cod. Aug. est glossa *segregatis*; in Marb. *bonorum compressis.* Pergit Cod. Aug. *hanc assequitur virtus — quidquam et praeter — boni esse.* — Cod. Reg. *praeter ipsa*; Vind. 1. *boni esset*, Duisb. *boni est, esse non potest*; unus Ox. *quidquam potest ipsam.* Alius Ox. *Addent enim*, pro *Aderit enim.* Rehd. omittit *enim malorum*. *Mr.*

si mala illa ducimus] „*Ducimus* Cod. Gryph. Alii *dicimus* habent.“ *Brut.* Vet. Cod. et sic recte Lambin. Pall. sec. tert. Vatic. Vulgo *dicimus.*“ *Gebh.* Quod est in marg. Lambb. et Goth.: „o. v. c. *ducimus*: et ita L.,“ fortasse significat id Lambino placuisse; sed ita eum dedisse verum non est. Ante Gebh., omnes, praeter Brutum, ediderunt *dicimus*, ut est in sex Oxx. Vind. 1. et Duisb. cum Mon. 2. In proximis unus Ox. omittit *humilitas*. *Mr.*

amissio suorum] „*Amissio carorum* habet MS. [Col.]“ *Frc. Fabric.* Quid *sui* essent pro conatibus meis dixi in Crepundiis [docet ibi, vocabula *suus, meus, tuus* esse amoris verba: I. 9. p. 363. (p. 27.)] Hic vero miror Gulielmium cogitasse, expuncto *suorum*, glossam pro hoc nativo spuriam reponere, *carorum.*“ *Gebh.* „In MSStis Fabric. et Cantabr. est amissio *carorum*, eamque lectionem recipiendam iudicavit Janus Gulielmius: quod nolim factum. Dubitari enim nequit, quin glossam scripturae genuinae praetulerit vir eruditus. *Sui* sunt cognati aut necessarii. Res est nota. Vide tamen Virgil. in Cir. 201. 510. Justinum XI. 5. et Janum Gebhardum Crepund. I. 9.“ *Davis.* Ed. 1. Est videlicet illa glossa ex Lactantio Inst. Div. III. 17, 8: *Videbat Epicurus bonis adversa semper accidere, paupertatem, labores, exsilia, carorum amissiones.* Pro *suorum* est *quorum* in uno Ox., *carorum* in solo Duisb. *Mr.*

servitus. Denique in his —] „Bene Lambinus [videlicet marg. Lambb. et Goth.] plenam distinctionem reposuit post *denique*, ut observarunt Bentleius et Davisius.“ *Bouh.* Id Ed. tamen prima scripsit Davisius: *Denique in his tot et tantis* (*atque etiam plura possunt accidere*) *potest esse sapiens. Mr.*

Exsilium, servitus denique. In his tot et tantis] Vulgo, *exsilium,*

tantis, (atque etiam plura possunt accidere) potest esse sapiens. Nam haec casus importat, qui in sapientem potest

---

servitus. Denique in his tot et tantis. Probam loci distinctionem Cl. Bentleio referimus acceptam. *D.*

in his tot et tantis, ad quae etiam plura possunt accedere,] „Sic emendavi, certissima coniectura ductus. Nam vulgata lectio, a qua non discrepat antiqua, *atque etiam quae plura possunt accedere,* vitiosa est.“ *Lambin.* „Atqui in nostro MS. legitur: *At quae etiam plura possunt accedere.*“ *Frc. Fabr.* „Vetus Codex sublato glossemate sic: *atque plura possunt accidere.*“ *Schott.* Nod. Cic. II. 17. p. 334. „Lambinus certissima, ut ait, coniectura ductus legit *ad quae etiam plura possunt accedere.* Palatin. tamen secund. tert. Vatican. *atque etiam plura possunt accidere.* Palatin. quart. *atque eticam cui plura possunt accidere.* Fabr. *et* [at] *quae etiam plura* etc. *Gebh.* — Aliquot Oxx. videntur plene distinguere post *denique:* quod fecerunt omnes post Dav. Cod. Aug. habet *servitutis denique tot et tantis.* Duisb. *in hiis,* Mon. 2. *in iis.* Ad Lambini coniecturam Wopkensius p. 156. [219. Hand.] dicit vulgatam lectionem tolerari posse. Bonos tamen addit Handius Codices omittere *quae. Mr.*

Ad quae *etiam plura possunt accedere*] Vulgo, *atque etiam quae plura possunt accidere.* Sed Lambini coniecturam, quam merito certissimam pronuntiat, ipsi recepimus. Ad eam quasi manu ducunt Reg. Pithoean. Pall. sec. tert. Vatic. Balliol. et Petrens. qui dant, *atque etiam plura possunt accidere.* Ducit et Fabric. *at quae etiam plura possunt accedere* repraesentans. *D.*

Atque etiam quae plura possunt accidere] „In posteriore Ed. Davisius sequitur Lambinum. Ed. mea vetus exhibet in parenthesi *atque etiam plura possunt accidere.* Quae lectio cum sit etiam in aliquot Codd. Gruterianis, mihi videtur praeferenda. Certe non legendum, ut est in aliis: *et quae etiam pl. p. accidere.*“ *Bouh.*

Servitus denique. In his tot et tantis (*atque etiam plura possunt accidere*) *potest esse sapiens*] „Ita plerique Gruteri Codd. et unus e regiis cum Vaticano, ut voluit Bentleius. Impedita et prava distinctione laborat vulgata lectio.“ *Lallem.* Nobbius cum Dav. et Lambino facit. *Mr.*

In his tot ac [et] *tantis* (*atque etiam plura possunt accidere*)] „Sic MS. Guelf. et alii, etsi signa parentheseos non sunt expressa, melius, quam vulgati: *atque etiam quae plura possunt accidere,* aut quam correxere viri docti: *ad quae etiam p. p. accedere.*“ *Ern.* Nec tamen Ern. dedit, quam sibi placere scripsit lectionem. Ego vero cum Lallem. Oliv. Wolf. Schz. Or. Tbn. et Ed. vet. Bouh. ita dedi ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. (hic omittit *etiam*) Bern. Rehd. Mon. 1. et, ut videtur, Oxx. In Cod. Duisb. est *et que* (sic) *etiam plura p. accid.,* in Gud. *atque etiam pluraque* (sic) *poss. accid.,* in Marb. *neque etiam p. p. accid.,* in Vind. 1. *ac etiam plura quae p. a.,* est etiam *plura quae* in Cod. Mon. 2. Ad verba *potest esse* monet Kühner. hunc casu legitimum horum vocabulorum apud Ciceronem ordinem, laudans de N. D. I. 41. 116. II. 6. 16. et ad locum posteriorem Heindorf. (p. 136.) qui plurima exempla attulit. Neuter rationem addidit: quae eadem sine dubio est, quae in locutione *mihi crede:* videlicet ne ordine verborum inverso choriambus prodeat. *Mr.*

Nam haec casus importat,] Cod. Mon. 1. *hic casus;* unus Ox. cum Vind. 1. *important.* Usus huius verbi exempla vide apud O. M. Müller. in Cur. Sec. ad Cic. pro Sest. p. 130. In seqq. Ed. S. *incocurrere,* mixto vocabulo ex duobus verbis *incurrere* et *occurrere,* quo-

incurrere. At, si ea mala sunt, quis potest praestare, semper sapientem beatum fore, quum vel in omnibus his uno tempore esse possit? Non igitur facile concedo neque Bruto 30.
meo, neque communibus magistris, nec veteribus illis, Aristoteli, Speusippo, Xenocrati, Polemoni, ut, quum ea, quae supra enumeravi, in malis numerent, iidem dicant, semper beatum esse sapientem. Quos si titulus hic delectat in-

---

rum posterius ex glossa aliqua ortum videtur, quae revera in contextum irrepsit in Cod. Marb. Verba *potest incurrere* usque ad *semper* desunt in Cod. Gud. 2. Sequitur in Cod. uno Ox. et in Edd. S. E. itemque in marg. MS. Ed. nostr. Asc. 2. *Et si ea;* unus Ox. omittit *mala,* alius habet *mala sint.* — Verbo *praestare* pro *vadimonium sistere* utitur Cicero haud paucis locis. Vid. Schütz. Lex. Cic. III. 2. p. 321. Sequitur in Edd. fere omnibus *sapientem semper:* sed nostrum ordinem habent Codd. Reg. Gud. 1. Marb. Vind. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. S. V. Rob. Steph. Dav. Or. Tbn. Post *quum* Cod. Aug. omittit *vel.* Pergunt duo Oxx. *in bonis iis,* Mon. 1. *in bonis his,* Vind. 2. Gud. *in his omnibus,* Duisb. *in omnibus hiis,* Mon. 2. *in omnibus iis;* tum Duisb. *possit esse. Mr.*

communibus magistris] „Ut Antiocho, Aristoni et aliis, qui fuerunt communes magistri M. Bruti et Ciceronis.“ *Beroald.* In seqq. Edd. fere omnes *neque veteribus:* sed S. E. V. Rob. Steph. Dav. Or. *nec,* quorum postremus, In talibus, ait, Davisius Regium aliosque Codd. praestantissimos et Victorium fere secutus est. Et habent *nec* Codd. nostri Gud. 1. 2. Duisb. Gud. et sine dubio Reg. Bern. et complures Oxx. Sed in talibus collationes illae non sunt accuratae. Pro *Speusippo* Cod. Mon. 1. habet *Pseusippo.* Mox Vind. 2. *Palemoni,* Mon. 1. *Pelomoni,* Gud. 2. *Phylemon.* Marb. *Polomeni,* unus Ox. *Palae,* alius omittit hoc nomen. Ad h. l. Beroaldus haec: „Speusippus ex sorore Platonis genitus scholae Platonicae octo annos magister fuit. Speusippo successit in Academia Xenocrates philosophorum severissimus: qui cum esset ingenio hebeti et tardo, dixit Plato eum egere calcaribus. Xenocrati successit Polemon: qui cum esset adolescens impudicus, perditaeque luxuriae, audito Xenocrate ad frugalitatem modestiamque conversus, maximusque philosophus evasit. De quo Horatius [Sat. II. 3. 253 sq.]

— — *Quaero, faciasne, quod olim*
Mutatus Polemon? ponas insignia morbi —.

Hi tres successores Platonis Academiam novis opinionibus repleverunt. Ita sincera illa Platonis doctrina una cum eo exstincta est.“ Plura qui velit, adeat Diogenem Laertium IV. 1. 2. et 3. eiusque interpretes. Ciceronis autem locos videsis in Gedikii Hist. Philos. Ant. p. 181 — 184. — In seqq. duo Oxx. peioris notae *numeravi,* Aug. omittit *quum* ante *ea.* Gud. 2. omittit *numerent* et exhibet *idem* pro *iidem* cum duobus Oxx. Mon. 1. Marb. Gud. 1. In uno illorum Oxx. est *enumerent. Mr.*

Quod si titulus hic delectat insignis,] „Hoc ingesserunt Palatin. quint. quart. et Vatican. Vulgo *quos si titulus.*“ *Gebh.* Cum Codices fere omnes exhibeant *quod,* necessarium non videtur legere *quos,* quamvis haec lectio sit in omnibus Edd. vett.“ *Bouh.* Servavi *quos si,* quod est in omnibus Edd. ante Gebh., quem secuti sunt Ern. et Nobb. Legitur autem *quos* in Codd. Reg. (ut videtur) Bern. Gud. 2. Duisb. Marb. et, ut videtur, Gryph. praeterea in Oxx. uno excepto, qui exhibet *qui.* Est autem illud *qui* correctoris, qui nesciret *quos si* esse i. q. *qui, si eos — delectat —, inducant animum* etc. Cuius

signis et pulcher, Pythagora, Socrate, Platone dignissimus, inducant animum, illa, quorum splendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem, divitias, honores, opes contemnere, eaque, quae his contraria sint, pro nihilo ducere: tum poterunt clarissima voce profiteri, se neque fortunae
b. impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, nec paupertate terreri, omniaque sibi in sese esse posita, nec esse quicquam extra suam potestatem, quod ducant in bonis.
31. Namque et haec loqui, quae sunt magni cuiusdam et alti

---

structurae complura exempla congessit Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. p. 138. Alius habet *et Socrate et Platone;* est etiam *et Platone* in Cod. Mon. 2. et tribus aliis Oxx., *et Socrate, Platone* habent Codd. Gud. 2. Aug. Pro *inducant* est *inducat* in uno Ox. Aug. *Animum inducere* non semel dixit Cicero: veluti de Divin. I. 13: *Tu — animum poteris inducere, de divinatione dicere*; aliâ forma, sed eâdem sententia, dixit *animum inducere, ut* etc. Diversa vero est sententia locutionis *in animum inducere,* videlicet *id sibi faciendum putare,* quod docet Kritz. ad Sallust. Catil. 54, 4. Ea vero, quam hic legimus, vult i. q. *sibi persuadere.* Duo illi Oxx., quos in corrumpendo Cicerone saepissime congruere non semel monuimus, habent in proximis *splendore rapiuntur.* Vind. 1. omittit *pulchritudinem;* Duisb. habet *opes, honores. Mr.*

Quos *si titulus hic delectat insignis*] Sic Ascensius, Erasmus, Manucius, Lambinus et alii. Pithoean. a prima manu *quosi.* Vulgo *quod si. D.*

eaque quae his contraria sunt] Habent *ea quae* Codd. Gud. 2. Aug. et unus Ox., *ea quaeque* Cod. Marb., *eaque,* omisso *quae* unus Ox., *iis* pro *his* Cod. Mon. 2; *hiis* Duisb. In Codd. Bern. septem Oxx. Reg. (sine dubio) Gud. 1. 2. Duisb. Vind. 1. Edd. P. M. L. Brut. Leod. Ald. Car. Steph. Boul. Sylb. Dav. Ern. Schz. *contraria sint,* Mon. 2. *sint contraria;* reliqui *contraria sunt.* In talibus optimi libri sunt sequendi, etiamsi, si optio detur, alteram fortasse lectionem malis. Pro *tum* Cod. Mon. 1. et Ed. P. minus bene *tunc.* Pergit unus Ox. *potuerunt,* alius *poterit.* Pro *impetu* in sola Ed. P. legitur glossa *ictibus.* Quae sequuntur voces repetitae *nec,* duobus prioribus locis scribuntur *neque* in Ed. Lamb., tertio loco, ante *paupertate,* est *neque* in multis libris, scriptis et editis. Sed *nec* habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. P. S. E. C. V. Rob. Steph. Herw. Leod., Dav. Orell. Tbn. Primo loco, post *impetu,* legitur *neque* pro *nec.* In talibus quoque rebus libri optimi sequendi. *Mr.*

omniaque sibi in sese esse posita] Ut h. l. *omniaque* est pro *sed omnia,* post negationem, ita supra III. 3. 6. in verbis: *cuius auxilium non petendum est foris: omnibusque opibus —, ut — ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est —* ponitur *omnibusque* pro *sed omnibus.* Potest etiam utroque loco eiusmodi continuatio intelligi, ut significent ea verba *ideoque omnia, quare omnibus.* Solus Cod. Gud. 2. habet *omnia quae sibi;* vocem *sibi* omittunt Codd. Gud. unus Ox. et Vind. 2. Eius loco Aug. cum Vind. 1. habet *sua.* Rursus legitur *neque esse,* in plurimis, *nec esse* in optimis: Reg. Gud. 1. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 1. (in hoc etiam est *posita esse,* inverso ordine:) Edd. P. Dav. Or. Tbn. In Codd. Marb. et Gud. 2. legitur *necesse quicquam.* Cod. Vind. 2. habet *quod dicant,* sed in marg. *ducant;* duo Oxx. *ducatur,* alius *ducat.* Gud. 2. *ob ducant* pro *quod ducant. Mr.*

viri, et eadem, quae vulgus, in malis et bonis numerare, concedi nullo modo potest. Qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, si diis placet, videtur semper sapiens beatus. Hic dignitate huius sententiae capitur: sed num-

---

Neque hunc *et haec loqui — ullo modo potest*] Locus, nisi fallor, est vitiosus; non enim de Metrodoro, sed de Aristotele, Speusippo, aliisque proxima verba sunt intelligenda. Petrens. habet *nam hunc et haec loqui — nullo modo potest.* Ad vocem antepenultimam quod spectat, accedunt Reg. Pithoean. Med. Balliol. Bak. et Cantab. Omnino legerim *namque et haec loqui — et eadem, quae vulgus in malis et bonis numerare, concedi nullo modo potest.* Ne in dubium revocari possint hae διορθώσεις, facit Eliens. sec. qui ita diserte repraesentat. *D.*

Neque hunc —] „Nonnulli Codd. in his duo Leidd. habent *Nam hunc* et mox *nullo modo potest.* Unde Bentleius et Davisius corrigunt: *Namque et haec loqui — concedi nullo modo potest.* Ego haud invitus eorum sententiae accedo, sed vocem *hunc* servandam existimo, quae, nisi fallor, ad Brutum spectat: ad Brutum enim scriptus est hic dialogus.“ *Bouh.* Brutum respicit huius paragraphi initio. Dav. in Ed. 2. recepit Bentleii emendationem, quam vid. in eius annot. — „*Namque et haec loqui.... concedi nullo modo potest.* Ita cum Davisio regius Codex optimus [Or. in ann. ait Lallemannum scribere „non tamen optimus“] idque praestat vulgato: *neque hunc et haec loqui — concedi ullo modo potest.*“ *Lallem.* „*Neque hunc: τὸν δεῖνα*, unum aliquem. Vid. Is. Casaubonum in illud Persii V. 86: *Stoicus hic.*“ *Olivet.* [Est p. 415 ed. Paris. 1605. 8.] „*Namque et haec l. — — nullo modo potest.* Sic corrigi voluit Davisius, et habet MS. Reg. Par. itaque cum Allemanno edidi. *Nam* habet etiam MS. Guelf. qui et in fine habet *nullo modo* pro vulgato *ullo modo.*“ *Ern.* Ego vero recepi eandem, quam volebat Dav., et receperunt cum eo, ex Cod. Guelf. El., sec. et Lallemanni regio, Ern. FAWolf. (in Ed. 1.) Or. Tbn.; non, quod confidam, hanc esse veram Ciceronis manum, sed quia optimorum Codicum lectio ferri nequit, cum sententiae scriptoris adversetur. Habent autem Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Duisb. *Nec hunc et haec loqui — nullo modo potest,* Rehd. *neque hoc al. hunc et haec loqui — nullo m. p.;* Gud. *nec huic et haec l. — nullo m. p.,* Vind. 1. *Nec vero et haec l. — ullo m. p.,* Vind. 2. *nec hunc et haec l. — ullo m. p.* Aug. *Nam hunc et hoc loqui — nullo m. p.,* Mon. 1. 2. *Nam hunc et haec l. — nullo m. p.* cum his facere videntur quatuor Oxx., aliquot habent *ullo:* sed collatio non est perspicua et certa. Edd. vett. usque ad Dav. 3. vulgatam habent, quam vides in ann. Dav. et Lall., excepta Ed. P. quae facit cum Codd. Mon. 1. 2., et V. Rob. Steph. quae sequuntur lectionem Cod. Reg., nisi quod *ullo* exhibent pro *nullo.* Bentleii coniecturam receperunt, post Davisium (Ed. 2.), FAWolf. (in Ed. 2.) Schz. exhibentes *neque enim et — ullo modo potest. Mr.*

quae sunt magni cuiusdam et alti viri] In Cod. Mon. 1. verbo *magni* alia manus superscripsit: *al. clari;* idem omittit *cuiusdam.* Codd. Gud. Vind. 1. 2. habent *et alti cuiusdam viri;* unus Ox. *et cuiusdam clari viri,* alius *cuius et alti v.,* alius *cuiusdam et elati* cum Mon. 2; alius Ox. *cuiusdam et clari viri;* mox Vind. 1. *in malis et in bonis:* haec verba desunt in Cod. Gud. 2, qui exhibet *numerari;* unus Ox. *potes* pro *potest.* In seqq. pro *commotus* est *motus* in uno Ox. qui habet *exoriatur* pro *exoritur;* alius habet *exoritus;* tres cum MS. in marg. Verb. Gud. 2. (qui omittit *etiam*)

quam id diceret, si ipse se audiret. Quid est enim, quod minus conveniat, quam ut is, qui vel summum vel solum malum dolorem esse dicat, idem censeat, *Quam hoc suave est!* tum quum dolore crucietur, dicturum esse sapientem? Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia.

11 A. Adducis me, ut tibi adsentiar. Sed tua quoque,
32. vide, ne desideretur constantia. M. Quonam modo? A.

Aug. Marb. Rehd. Duisb. *si displicet*, Gud. *si displiceat*. In antiquissimis, Rehd. et Gud. 1. est *dis placet*, ut dedit Davis. In Cod. Vind. 1. deest *semper*. Verba *si diis placet εἰρωνικῶς* dici apud veteres scriptores monent W. in scholis et Kühn. quorum posterior laudat Ruhnk. ad Terent. Eun. V. 3. 10. O. M. Müller. ad Cic. de Or. III. 24. 93. p. 487. Add. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 10. 31. p. 168; ubi item omnes Codd. Goerenzii habent *si displicet:* et A. Matthiae ad Cic. pro Rosc. Amer. 36. 102. p. 47. *Mr.*

si ipse se audiret.] Ed. P. *si ipse se attenderet.* Idem est in Cod. Mon. 1. a pr. m. Sed alia manus superscripsit al. *audiret.* Legitur *si ipse audiret* in Codd. Gud. 1. et Aug. errore ex scriptione IPSE orto. *Se ipsum audire* dicitur exquisite pro *sibi constare.* Cod. Rehd. omittit proximum *est.* In seqq. unus Ox. omittit *is*, alius *vel.* Cod. Gud. 2. bis scriptum habet *malum.* Pro *idem* duo optimi et vetustissimi, Rehd. et Gud. 1., habent *id est*, cuius erroris causam esse scriptionem IDĒ esse existimo. *Mr.*

Quam hoc suave est] Vide nos ad lib. II. cap. 7. *D.*

Non igitur ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt,] „*Vocibus* intellige sententiis. Non videndum est, an pulchras et generosas sententias proferant de singulis rebus: sed an eae inter se et cum principiis consentiant; quae est perpetuitas et constantia.“ *Ern.* Duo Oxx. habent *vicibus* pro *vocibus*; Marb. *ipsi* pro *philosophi:* fortasse ex compendio PHI. Cod. Gud. 1. a pr. m. habet *expectandi*, supra ex literam *s.* Unus Ox. post *sed* omittit *ex.* Quid sit *perpetuitas*, ipse explicat Cicero addito *constantia:* est igitur quam barbare *consequentiam* dicunt. Duisb. pro *atque* habet *et*, Aug. omittit *atque constantia.* Inde vero noli his verbis litem movere. Nunquam enim Cicero finivisset periodum vocabulo parum proprie posito, nec addita, eius explicandi causa, voce magis propria eoque perspicua. Ern. in Clav. Cic. v. *constantia: Constantia* philosophorum est, cum nihil decernit quod alteri decreto suo non consentiat, cum omnia inter se sunt apta et connexa.“ Idem v. *perpetuitas*: „Philosophorum *perpetuitas* est cum omnia inter se apta sunt, unum ab altero ducitur, nihil ab dictis repugnat.“ *Mr.*

C. 11. *Adducis me ut tibi assentiar.*] Unus Ox. *Adduces.* Vind. 1 omittit *tibi.* Rehd. habet *assentiar tibi.* Duo Oxx. cum Ed. P. *tibi assentiam.* Noli vero spuriam existimare ad modum Beieri vocem *tibi:* quamquam est etiam in loco simillimo de Rep. I. 40: *Adducor igitur, et propemodum assentior*: ubi propius ad nostri loci similitudinem vult Bygom — Krarup: *adducor igitur, ut propemodum assentiar*, Heinrichius: *adducor, inquit, propemodum, ut assentiar.* Negue magis eiiciendum in proximis *tuum*, cum absit a Cod. Duisb., Rehd. scribatur *nuper tuum*, minus eleganti verborum ordine. Contra quod est in MS. ad marg. Verb. et Duisb. *quartum librum*, nemo non glossatoris esse videt. Locus est de Finn. IV. 20. Ad v. *videbare* Wolf. in Scholis monet ita frequentius Ciceronem scribere hanc

Quia legi tuum nuper quartum de Finibus. In eo mihi videbare, contra Catonem disserens, hoc velle ostendere, quod mihi quidem probare, inter Zenonem et Peripateticos nihil praeter verborum novitatem interesse. Quod si ita est, quid est causae, quin, si Zenonis rationi consentaneum sit, satis magnam vim in virtute esse ad beate vivendum, liceat idem Peripateticis dicere? rem enim opinor spectari oportere, non verba. M. Tu quidem tabellis obsignatis agis 33.

---

secundae personae passivorum formam quam in — *is*. Pro *disserens* Gud. 2. habet *disertus* sed literae *t* punctum subscriptum est. Verb. ex Ms. nescio quo enotavit *quo mihi* pro *quod mihi*. *Mr.*

Quod mihi quidem probare] Vulgo *probatur*. Med. et Bak. *probaretur*. At Reg. et Pithoean. *probare*, quod Cl. Bentleio iure placuit. *D.*

quod mihi quidem probatur] „Est quidem *probare* in Cod. Reg. et aliquot aliis: nec vero intelligo, quomodo id contra reliquorum librorum lectionem meliorem probari potuerit Bentleio et Davisio." *Bouh.* „Dav. edidit *probare*. Videtur addere voluisse *videris:* et sic est in MS. Guelf. neque id displicet." *Ern.* Habet *probare videris* Cod. Aug. et Ed. P. Paucos libros MSS. habere ait Or. *probaretur*. Nostri certe, excepto, quem diximus, omnes habent *probatur*, quod servandum duxi. Mox in uno Ox. legitur *nihil potest verborum*, ex perperam lecto compendio. Vind. 1. omittit *verborum*. Mon. 2. et Duisb. habent *novitatem verborum*. *Mr.*

Quod si ita est,] Desunt haec usque ad verba *virtute esse* in Gud. 2. propter ὁμοιοτέλευτα *interesse* et *esse*, oculo scribae aberrante. In uno Ox. deest *si*. Ad locutionem *quid est causae, quin* nemini non in mentem veniat illud Horatii Sat. I. 1. 20: *Quid causae est, quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet*. Sed Cicero quoque ita saepissime. Sic, ut hoc utar, ter in Or. pro Quinct. 9, 32: *causae nihil esset, quin secus iudicaret ipse de se;* 10, 57: *causae nil dicimus, quin tibi vadimonium promiserit;* 27, 84: *Num quid est causae, quin — ego sponsione vicerim*. Cod. Marb. habet *qm̃ Zenonis*, Mon. 2. omittit *si*. Vind. 1. exhibet *quid causae est — Zenonis orationi*, quod est correctoris; Cod. A. *Zenonis causam cons*. Ed. P. omittit *satis*, unus Ox. vocem *esse*, alius vocem *idem*. *Mr.*

Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum,] „Quando quispiam diversa dicit ab iis, quae alias probavit, solemus tabellas illius manu scriptas obsignatasque proferre ad coarguendum, quibus continetur, quid alio tempore senserit: quae refutatio est potentissima. Dicit igitur: me revincis meorum librorum testimonio." *Beroald.* Vid. Adagia Erasmi et all. p. 160. b. ed. Wechel. *Mr.*

Tabellis obsignatis agis mecum] Me scriptorum meorum testimonio redarguis. Metaphora ducta est a Syngraphis annulo vel manu signatis, quas in causarum actione proferunt Icti. *D.*

tabellis obsignatis] Forcellin. v. *obsignatus*: „Proverbium ductum, opinor, a fori consuetudine, ubi tabellae rite obsignatae si proferantur, iis refragari non licet." Scheller. in Lex. v. tabella: Du nimmst ein Protokoll über das auf, was ich gesagt habe." Beier. ad Cic. pro Scauro p. 211. ad v. *obsignaverat litteras:* diversa miscere ait Ernestum, qui explicat ista verba: *velut e syngrapha*. Ipse ad illum locum: „Solebant in causa repetundarum non solum rei codices, sed provincialium etiam tabulae et litterae tum [scr. *cum*] publicae, tum privatae obsignari ab iis, qui inquisitum ivissent; hisque ut omnium tabularum et litterarum fieret potestas, legibus sanctum erat

mecum, et testificaris, quid dixerim aliquando aut scripserim. Cum aliis isto modo, qui legibus impositis disputant:
p. 235. a. nos in diem vivimus: quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus: itaque soli sumus liberi. Verum tamen, quoniam de constantia paullo ante diximus, non ego hoc loco id quaerendum puto, verumne sit, quod Zenoni placuerit, quodque eius auditori, Aristoni, bonum esse solum, quod honestum esset: sed, si ita esset, tum ut totum

---

cum poena. Vid. Verr. IV. 66, 149. I, 57, 149. Hinc reprehensio perversi patroni I. de Or. 39, 174: *cum obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum, quo ille capiatur:* ubi non minus perverse novissumi interpretes: cum fidem facias eiusmodi syngraphis, quibus decipitur et damna facit cliens tuus." *Mr.*

Cum aliis isto modo, qui legibus impositis disputant:] „i. e. qui certae et unius sectae sententiis adstricti sint, a quibus non licet discedere." *Ern.* Duo Oxx. habent *alii* pro *aliis.* Ad v. *nos in diem vivimus* Camerarius: „i. e. tenemus tam diu atque defendimus, dum afferat dies aliud probabilius." Leod. a Qu. laudat versum: *Nullius addicti iurare in verba magistri* [Hor. Ep. I. 1. 14.] Loquitur ut Academicus, nulli uni disciplinae vel sententiae addictus: sequimur id, quod in proverbio dici solet: dies diem docet: ea amplectimur, quae in diem veritatis similitudine nobis se commendant. Pro *vivimus* unus Ox. exhibet: *invenimus.* Alius pergit: *quodcunque modo nostros.* Goth. in marg. alios, nescio quos, habere dicit *quodque,* quod describens Verb. dicit esse in MS. nescio quo. Pergunt Codd. Rehd. et Duisb. *animos nostros.* Mox unus Ox. *percusserit,* minus bene. Cf. ad h. v. Gerlach. ad Sall. Cat. VI. 3. p. 48. Pergit Gud. 2. *addicimus* pro *id dicimus,* idem mox *adquirendum* pro *id quaerendum.* Cod. Rehd. omittit *soli. Mr.*

Veruntamen, quoniam de constantia paullo ante diximus,] „Id ipsum, quod de constantia dixit, eum debebat admonere, ut constanter illud teneret, virtutem solam esse bonum. Sed vult in sequentibus recedere a constantia: quare coniicio scriptum fuisse *quamquam* pro *quoniam.*" *Bouh.* Vides locum non recte esse intellectum a Bouhierio. Verba *quoniam — diximus* quasi παρενθέτως posita sunt, quasi dicat: quandoquidem modo constantiae mentionem feci, ne quis me iis philosophis annumeret, qui uni sententiae constanter adhaereat: ego enim libertate scholae utor academicae, quae, ut aliud quid verius visum est, ita huic potius se applicat. Nostri homines dicerent: „*ad vocem: constantia.*" Ceterum pro *quoniam* Cod. Marb. habet *qñ,* corrupto compendio. — Omittunt *ego* Cod. Mon. 2. et unus Ox. prior etiam vocem *id* cum tribus Oxx. Alius Ox. non habet *hoc,* alius exhibet *bonum esset.* Gud. 2. *Aristoteni* pro *Aristoni.* Mon. 2. *quodque honestum. Mr.*

Ni *ita esset,* utrum *totum hoc* — poneretur] Vulgo, *si ita esset, tum ut totum hoc — poneret:* nec abeunt Codices nisi quod Vatic. *cum* nesciat. Emendatio tamen Cl. Bentleii mihi videtur certissima. *D.*

sed si ita esset,] „Certissima esse videtur Bentleii correctio *si.* In seqq. faciliore medela correxerim *numne hoc totum:* nolim autem scribere *ponetur,* quod nimis universe dictum videtur: suspicor *poneres,* respicitur enim Ciceronis amicus." *Bouh.*

tum ut hoc totum] Marg. Lambb. Goth. „fort. *tum utrum hoc totum.*" Lall. cum hac emendatione, quam Lambini esse ait, et Bent-

hoc, beate vivere, in una virtute poneret. Quare demus hoc sane Bruto, ut sit beatus semper sapiens: quam sibi conveniat, ipse viderit. Gloria quidem huius sententiae quis est illo viro dignior? nos tamen teneamus, ut sit idem beatissimus. 34.

---

leio dedit *ni ita — utrum hoc — poneretur:* ex vulgata sententiam prodire dicens Ciceronis sententiae contrariam. Ern. interrogationem esse simplicem ait: quare malle se legere *num hoc totum.* Nissen. „Quid? ait, Utrum hoc quaeritur, num Zeno beate vivere in una virtute posuerit, an postulatur potius, ut, si bonum solum dixerit esse, quod honestum esset, tum hoc totum, beate vivere, in una virtute ponat? Ideo *ut* suo loco relinquendum est, et ad omissum (*necesse esse* vel *postularem*) referendum. Similis est ratio locorum I. 30. 73. V. 18. 52. de Finn. II. 9. 26." *Mr.*

sed si ita esset etc.] FAWolfius dedit *sed, ni ita esset, num hoc totum — ponerent:* eamque scriptionem recepit Schütz. Ego vero tam diu optimorum librorum scriptionem servandam censeo, quamdiu sententiam exhibet commodam, quam quidem Orellius recte mihi videtur reperisse hanc: „Sed postulandum puto (quod facillime elicitur e v. *quaerendum puto*) ut tum demum, si Peripateticus sive Brutus ipse quoque agnosceret cum Stoicis, bonum esse solum, quod honestum esset, is (Peripateticus, non Stoicus, uti falso plerique acceperunt, etiam Nissen.) totum hoc beate vivere in una virtute poneret: nunc vero, ubi hoc quidem ponit, sed simul alia bona statuit, ipse secum pugnat. Pro *poneret* facile legerim *poneretur*, ut videntur habere Oxx. aliquot. Wolfii coniecturae primo quidem adspectu blandiuntur, sed sententiam efficiunt a Tulliana plane diversam, minusque huic loco convenientem." Kühnerus, ut semper, Wolfii lectionem recepit, mavult tamen *tum totum hoc* cum Codd. Bern. Rehd. Gud. qui omittunt *ut*. Libri non multum variant. Cod. Aug. bis scriptum habet *esset*, Gud. 1. cum Vind. 2. omittit *esset*, Gud. 2. Vind. 1. Rehd. Gud. Bern. Mon. 1. omittunt *ut*, et, ut videtur, aliquot Oxx. Unus habet *cum* pro *tum*, (quod omittit Cod. Vat.) aliquot *poneretur;* Marb. *si ita est et tum totum hoc — ponerent.* Vind. 2. *in vita virtute posuerit.* Scribitur *hoc totum* pro *totum hoc* in Cod. Duisb. et Edd. fere omnibus, exceptis P. Dav. et Or. In Ed. Nobb. est ut correxit Bentleius, in Teubn. *ni ita esset, tum ut hoc totum — poneret.* Abest etiam *ut* ab Ed. P. Deleverunt hoc sine dubio correctores. *Mr.*

demus hoc — Bruto, ut sit — sapiens — — teneamus ut sit — beatissimus.] Ad structuram *demus — ut sit — — teneamus, ut sit* conf. Poppo in A. S. Z. 1831. II. 134. p. 1067. Otto in Excurs. IX. ad Cic. de Finn. p. 409 — 415. Ed. Ven. Alt. (P.) et unus Cod. Ox. *debemus* pro *demus*. Verba *beatus semper* desunt in Gud. 2. Unus Ox. habet *quoniam* pro *quam*, Mon. 2. *qm̃*, quo compendio significatur in eo Cod. *quoniam*: alius Ox. *qua sibi si conveniat.* Aug. *quantam.* Gud. 1. *ipsa* pro *ipse* cum Cod. Reg. Vides hos libros in erroribus quoque conspirare. Unus Ox. omittit *est*. Vind. 1. habet *viro illo;* duo Oxx. *non* pro *nos*. *Mr.*

Beatissimus. XII *Etsi Zeno — videtur; huius sententiae*] Vulgo, *beatissimus: etsi Zeno — videtur.* XII. *Huius sententiae.* Qua quidem prava distinctione sensum pessime turbarunt. Nos igitur interpunctionem re ipsa ducti mutavimus, caputque suo loco sumus exorsi, quod alienissimo fecerant alii. *D.*

Beatissimus. XII. Etsi Zeno] Non obsecuti sunt Davisio Ernestus, Nobb. Tbn. Probavit factum Bouhierius. *Mr.*

12 Etsi Zeno Citieus, advena quidam, et ignobilis verborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiam videtur:

---

cap. 12. *Ceno Cittieus*] „Scribendum erat cum Manutiis et aliis *Citiaeus*. Fuit eius patria *Κίτιον*, Cypri urbs. Ipseque Cicero de Finn. IV. 20. habet *Citiaeos, Clientes tuos*. Sed recte Davisius distinctionem post *ignobilis* sustulit. Videbis causam, quare sic eum appellaverit Cicero, infra c. 16. Addo, Jos. Mercerium ad Nonium Marcellum v. *opificem* adnotasse, legi in Codd. vett. Ciceronis *insinuasse in antiquam* [om. *se*], eamque scriptionem compluribus exemplis, ut yeram Ciceronis manum, comprobasse.“ *Bouh.* Scripserunt *Cittieus* Erasm. Vict. Fabr. Dav. Lall. Ern., nonnulli *Cittiaeus*; plerique recte. Sed in Codd. turbatur. Duo Oxx. habent *Zenocio eius*, Rehd. *Zenoticus*, Duisb. *Zenoticeus*, Reg. *Z. Cicieus*, unus Ox. *Z. Titius*, alius *Z. Ctireus*, aliquot *Z. Cittieus*. Vind. 1. *Zeno Citius*, Marb. *Zenotiti eius*, Mon. 1. *Zeno Citiens*, Aug. *Zeno Citicus*, Gud. 2. a 1. m. recte; a 2. *Zeno Citiceus*, Bern. *Zenoniti eius*. Ceterum recte praecepit de hoc nomine scribendo Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 20. 56. p. 489. sq. Add. Bischoff. u. Moeller. Vergl. Wörterbuch d. alten, mittl. u. neuen Geogr. p. 319. Meursii Cyprum p. 30 sqq. ed. Amst. 1675. 4. *Mr.*

Advena quidem — videtur] Laudat Nonius in *opifex*. *D.*

advena quidam] „*Quidem* dedi ex MS. Guelf. ut semper mihi visum est legendum.“ *Ern.* Perperam correxisse Ernestum recte iudicant Or. et Kühn. Patria Zenonis erat Phoenicum colonia, unde ipse nonnunquam Poenulus dictus est. Pravam scriptionem *quidem* habent etiam Codd. Aug. Gud. 2. Mon. 1. 2 Edd. Lambb. Goth. Bipp. Mannh. Nobb. *Quidam* dixit Cicero, quia voce utitur sibi alias raro usurpata nec sine additamento quasi excusante vel explicante, ut de Or. I. 58. 249. *in patria peregrini atque advenae esse videbamur*. De Leg. Agr. II. 34. 94: *non hospites, sed peregrini atque advenae nominabamur*. Vid. O. Schulz. Ausf. Lat. Gramm. p. 545 sq. Quod sequitur *et* excidit in tribus Oxx. Mon. 2. Ed. P. Ad verba *ignobilis verborum opifex* commode confert Kühn. Cic. de Finn. III. 2. 5: *Zeno non tam rerum inventor fuit, quam verborum novorum*. Mr.

insinuasse se in antiquam] Abiici voluisse *se* iam Mercerium et Bouhierium, supra vidimus ad verba *Zeno Citieus*. Idem volebat Garaton. ad Cic. Philipp. V, 3. p. 103. ed. Wernsd. ad v. *Eccui potestas in forum insinuandi fuit?* Neque habet Nonius v. *opifex* voculam *se*. Abest item a Cod. Mon. 2. et uno Ox. Neque legitur de Or. I. 20. 9. (*suppliciter insinuare iis*): est item in multis libris de Or. II. 35. 149. *ut penitus insinuet*; ad Famm. IV. 13. 6: *in ipsius consuetudinem — insinuabo*; in Verr. Act. II. L. III. 68. 157: *quibus rebus insinuet in familiaritatem Metelli*. Sed in Or. pro Caecin. 5. 13. omnes libri: *ac se in eius familiaritatem insinuasset*; in Or. de Leg. Agr. II. 5. 11: *quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem*: quo loco cum in Cod. Turnebi *me* ponatur post *sermonem*, noli voculae ob sedem vagam litem movere, quae etiam propter verbum *darem* abesse nequit. Ad Herenn. I. 6. 10: *his nos rebus insinuabimus ad causam*. Quae cum ita sint, Or. et Tbn. uncinis incluserunt *se*: ego vero, cum *se* habeant et plurimi libri, et optimi, in his Reg. et Gud. 1., eademque verbi *insinuandi* structura aliquot certe locis firmam habere videatur sedem, nihil movi, utramque locutionem probam et Ciceronianam esse iudicans. Quod autem nostro loco ab aliquot peioris notae Codd. abest *se*, id quam facile post eandem syllabam in v. *insinuasse* absorberi potuerit, nemo non

huius sententiae gravitas a Platonis auctoritate repetatur. Apud quem saepe haec oratio usurpata est, ut nihil praeter virtutem diceretur bonum: velut in Gorgia Socrates, quum esset ex eo quaesitum, Archelaum Perdiccae filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret? *haud scio,* 35. inqui: *numquam enim cum eo collocutus sum. — Ain'tu? an*

---

videt. — Pro videtur in uno Cod. Ox. est *viderit.* Recte post *huius* intelligendum esse *tamen* docet Kühn. idque praecedentibus particulis concessivis saepius fieri: laudans Ramshorn. Gr. Lat. §. 205. p. 690. *Mr.*

Apud quem saepe haec oratio usurpata est,] Habent *oratio haec* Edd. S. E., tum Cod. Vind. 1. *duceretur* pro *diceretur:* male, praecedente locutione *oratio usurpata est.* Tres Oxx. *diceret. Mr.*

Velut in Gorgia Socrates] Locus est p. 470. d. e. Steph. ubi ad rem et historiam vid. quae annotavit Heindorf. p. 88. sq. et quos laudavit Wyttenbach. ad Plutarch. de Educ. Puer. p. 102. [T. I. p. 61. ed. Lips.] Hunc locum ita excerpsit Je. Valensis in Compendiloquio p. 188. a. *Socrates in Gorgia cum ab eo esset quaesitum: Archelaum perdidisse* [sic!] *filium: qui cum fortunatissimus esset, nonne beatum putaret, ait, Scio, inquit: numquid cum eo locutus sum? Et illi: num aliter hoc scire potes? cum sit rex magnus Persarum? Nullo modo, inquit,* cum ignorem, quam sit *doctus, quam bonus. Ibique concludit auctor, bonos esse beatos, improbos esse miseros. Miser enim Archelaus, scilicet ille potens, si iniustus.* — Cod. Vind. 1. habet *ex eo esset,* Gud. omittit *ex eo.* De Archelao ad h. l. longus est Bouhierius. Sed sufficit scire, eum fuisse Perdiccae secundi filium, Macedoniae regem, viros literatos amantem. Pro *Perdiccae* unus Ox. habet *Perdictae,* alius *Perdicae.* Scribitur *fortissimus* in Codd. Marb. Gud. Gud. 2; in Duisb. *tamen* pro *tum,* in Vind. 1. *habebatur,* in Gud. 2. et duobus Oxx. *haberet. Mr.*

nonne beatum putaret] „*Nonne* in oratione obliqua mihi non placet, putavique legendum *anne* vel *annon.*" *Ern.* Non recordabatur Ern. locorum quales sunt de Finn. III. 4: *sed quaero, nonne tibi faciendum idem sit.* Acad. II. 24: *ex me quaesieras, nonne putarem;* Orat. 63: *Quaero, nonne id numerus effecerit?* quos laudavit Ochsnerus Eclogg. p. 351. ed. 3. Add. Goer. ad Cic. de Finn. II. 18. p. 210. Pro *putaret* duo Oxx. habent *diceret. Mr.*

Haud scio] Graeca sic se habent. *Σωκ. Οὐκ οἶδα, ὦ Πῶλε· οὐ γάρ πω συγγέγονα τῷ ἀνδρί. Π. Τί δαί; συγγενόμενος ἂν γνοίης, ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις, ὅτι εὐδαιμονεῖ; Σ. Μὰ Δί', οὐ δῆτα. Π. Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲν* (Leg. *οὐδὲ*) *τὸν μέγαν βασιλέα γινώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. Σ. Καὶ ἀληθῆ γε ἐρῶ· οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. Π. Τί δέ; ἐν τούτῳ πᾶσα ἡ εὐδαιμονία ἐστίν; Σ. Ὡς γε ἐγὼ λέγω ὦ Πῶλε· τὸν μὲν γὰρ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα εὐδαίμονα εἶναί φημι, τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρόν, ἄθλιον. Π. Ἄθλιος ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Ἀρχέλαος κατὰ τὸν σὸν λόγον; Σ. Εἴπερ γε, ὦ φίλε, ἄδικος.* Haec ultima repetit Athenaeus lib. V. pag. 217. Plutarchus de liber. Educ. pag. 6. A. *Σωκράτης ἐρωτήσαντος αὐτόν (μοι δοκεῖ) Γοργίου, ἣν ἔχει περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως ὑπόληψιν, καὶ εἰ νομίζει τοῦτον εὐδαίμονα εἶναι· Οὐκ οἶδα, ἔφησε, πῶς ἀρετῆς καὶ παιδείας ἔχει.* Levis in his inest memoriae lapsus; non enim haec Socratem Gorgias interrogat, sed Polus apud Platonem in Gorgia pag. 290. Ad eadem respiciunt Julianus Orat. II. pagg. 78. 79. et Dion. Chrysostomus Orat. III. pag. 36. *D.*

nunquam enim cum eo collocutus sum.] „*Ita quatuor Palatini,*

aliter id scire non potes? — Nullo modo. — Tu igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere, beatusne sit? — An ego possim, quum ignorem, quam sit doctus, quam vir bonus? — Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas? —

Vatic. Fabr. vel *conlocutus*. Vulgo simplici verbo *locutus* contentum est." *Gebh.* Unus Ox. cum Gud. 2. et Mon. 1. omittit *enim*. Scribitur *locutus* in Edd. ante Gebh. omnibus (exceptis P. marg. Crat.) itemque Codd. Vind. 1. 2. Gud. Nimirum excidit syllaba *cō* ante voculam simillimam *eo*. *Mr.*

Ain' tu? an tu aliter] „Palatin. quinque, Fabr. delent illa verba *Ain' tu?*" *Gebh.* „Victorii Editiones iam habent *ain' tu? an aliter*. Et sic quoque notatur ex libro, quem Vaticanum esse suspicor. Et haec videtur vera Tullii manus." *Gronov.* „*Ain' tu* Graeco τί δαί bene respondet." *Fr. Fabr.* Habent *Ain' tu? an aliter* Edd. V. P. A. B. S. E. C. M. Rob. Steph. Lamb. [Lambb. et Goth. addunt etiam *tu* post *an*] Frc. Fabr. Dav. seqq. Cum Gebhardi libris faciunt etiam Codd. Gud. Duisb. Marb. *Ain' tu* omittunt septem Oxx. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Aug. [hic etiam omittit *aliter*.] Habent *an tu, an aliter* Codd. Reg. Gud. 1. Gud. 2. Bern. unus Ox., proxime ad veritatem. Delevit alterum *tu*, quod repetitum haberet vim ab hoc loco alienam, etiam Lall. sequens Codd. regios. Accedit, quod *tu* in uno Ox. ponitur post *aliter*. Non male Ochsn. l. c. legi etiam posse ait: *Ain? tu aliter* —. Conf. annot. nostr. ad I. 17. 39. Laudat praeterea Orell. Bakium in Bibl. Crit. nova III. p. 79. qui scribit *Ain 'tu? aliter*, collato Cic. de Rep. I. 13. pag. 57. ed. nostr. Unde Or. scripsit *Ain'tu? [an] aliter*. Cod. Mon. 1. habet *scire id*; verba *nullo modo — magno potes* exciderunt in Cod. Marb. Edd. Vict. et Rob. Steph., nescio unde, sed non male habent *non ullo modo*. In uno Ox. legitur ante haec *non potest*; in aliis duobus deest proximum *tu*; Duisb. pro *ne* habet *nec*: frequentissima confusione; Gud. 2. omittit *ne*. *Mr.*

de Persarum — rege magno] Iungit Cicero loquendi rationem Graecorum et Romanorum. Graeci, non addita gente, *regem magnum* eum dicebant, non laudandi, sed distinguendi a regibus vel regulis minoribus causa: Romani eum *Persarum regem* dicebant simpliciter. Haec ideo adscripsi, ne quis, cum absit *magno* a tribus Oxx., eam vocem abiiciendam censeat. Et est in loco Platonis τὸν μέγαν βασιλέα. *Mr.*

An ego possim] Sic Reg. Pithoean. et Med. Vulgo *possum*. *D.*

An ego possum] „Praestat *possim*, quod habent Codd. aliquot Davisii cum Reg. et uno Leid." *Bouh.* „Accedit Guelf. quare sic edidi cum Dav." *Ern.* Grammaticae certe legibus non adversatur Indicativus, sed urbanior est Coniunctivus. Eum habent praeter illos, quos diximus, quinque Oxx. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Duisb. Edd. P. et inde ab Ern. omnes. Male unus Ox. et Gud. cum Edd. C. V. Rob. Steph. et Herw. *possem*: sed hic quoque error nostrae potius quam pridem vulgatae lectioni calculum addit. *Mr.*

quam sit doctus, quam vir bonus.] „Ita Victorii editio, ut quinque Palatin. item Fabr. Parciora haec alias in Edd. vulgaribus cernuntur: *cum ignorem, quam sit bonus.*" *Gebh.* Habent verba, quae vulgo omissa dicit Gebh., edd. vett. omnes exceptis Boul. Lamb. Goth. Pro *ignorem* unus Ox. habet *ignorarem*. *Mr.*

Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas?] Cod. Gud. 2. *tum* Cod. Vind. 1. *quid tum si in eo tam vitam beatam putas?* Cod. G habet *vitam sitam*, Marb. Aug. *beatam vitam*. Ad ὁμοιοτέλευτον

Ita prorsus existimo: bonos beatos, improbos miseros. — Miser ergo Archelaus? — Certe, si iniustus. Videturne omnem hic beatam vitam in una virtute ponere? Quid vero? in Epitaphio quo modo idem? *Nam cui viro,* inquit, 36.

παρήχημα in hac locutione vid. Bremi ad Cic. de Finn. II. 5. p. 121. Beier. ad Cic. Lael. 21, 79. p. 123. et quos laudat Ochsner. ad Eclogg. p. 352. In seqq. Cod. Mon. 1. *miser igitur. Mr.*

Videturne omnem hic beatam vitam] „Haec forma interrogandi proprie negat: itaque locus olim suspectus mihi fuit, sed plura exempla reperi, ut supra iam notavi: accipiendumque *nonne videtur.*" *Ern.* De hac interrogandi formula vid. Ochsner. ad Eclogg. p. 123. et, quem laudat in Indice, Henr. Steph. Pseudo — Ciceronem p. 145. ed. Roloff. Mira est lectio Edd. B. S. E. Asc. 2. *Videtur omnemne,* Ven. nostr. *vester omnemne.* Unus Ox. omittit *beatam.* Vind. 2. habet *hic omnem vitam beatam,* Vind. 2. *omnem hic beatam vitam.* Habent *vitam beatam* Edd. V. Rob. Steph. Herw. Unus Ox. *in una fortuna.* Gud. 2. *videturne omnem vitam in virtute ponere. Mr.*

Quid vero? in Epitaphio quo modo idem?] Locus est in Platonis Menexeno c. 20. p. 247. e. 248. a Steph. p. 402 sq. Bekk. T. V. p. 302. Bip. Dicitur hic liber, ut in multis Codd. Platonis *ἐπιτάφιος λόγος,* ita a Cicerone *Epitaphius* sc. sermo, nec vero *Epitaphium,* ut ridicule scribitur in Lexicis Latinis, nisi quod in annotatione Editionis Germ. Forcellini suspicio addita est, esse fortasse masculinum, intelligendumque *λόγος.* Docuit hoc iam L. Bisciola Horar. Subseciv. T. I. L. XV. c. 4. p. 1092. et de hoc ipso loco nostro T. II. L. I. c. 22, 5 — 8. p. 73. 74. De inscriptione Menexeni vid. Loersium ad initium Ed. Menexeni Platonici. Ad nostrum vero locum Loers haec: „Desunt in Ciceronis interpretatione [post verba *quae ad beate vivendum ferunt: τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα*] haec: *ἢ ἐγγὺς τούτου, aut qui huic proximus est*; quod vero ait Dav., in vertendis verbis *οὗτος γιγνομένων — τῇ παροιμίᾳ* Ciceronem aliter legisse videri, id necesse non est: iunxit enim vel struxit verba suo concipiendi modo." Add. quae idem Loersius de hoc loco monuit in Seebod. Arch. f. Philol. 1826. 4. p. 794. Solenni errore scribitur in Cod. Marb. *epithaphio. Mr.*

Nam cui viro] Haec sunt Platonis verba: *Ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα — καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασται καὶ τὰ ἐκείνου, τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασται ζῆν. Οὗτός ἐστιν ὁ σώφρων, καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος· οὗτος γιγνομένων χρημάτων καὶ παίδων καὶ διαφθειρομένων, μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ,* (noster vertit ac si legisset, *οὗτος γιγνομένων καὶ διαφθειρομένων χρημάτων, καὶ μάλιστα παίδων, πείσεται* etc.) *οὔτε γὰρ χαίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται, διὰ τὸ αὐτῷ πεποιθέναι.* Exstant in Epitaph. pag. 408. Eorum nonnulla quasi *παρῳδεῖ* Iulianus Orat. II. pag. 78. *D.*

Nam cui viro, inquit, ex se ipso apta sunt omnia] Duo Oxx. *nam cum* ex prava correctione; quinque et Duisb. Mon. 1. pro *ex* habent *in,* Aug. *ait* pro *inquit.* Pergunt Codd. Reg. Gud. 1. *esse ipso* pro *ex se ipso.* Ad locutionem *ex se ipso apta* conf. Gernh. ad Cic. Lael. II. 7. p. 17. Cic. Parad. II. 17: *qui est totus aptus ex sese* i. e., ut recte explicat Forcellin., *qui totus ex se ipso pendet, neque rebus externis indiget.* De Fato 15, 34: *ex aeternis causis apta.* Legitur *acta* in Cod. Mon. 2. et duobus Oxx. In seqq. Lamb. habet *conferunt,* idque est in marg. Lambb. Goth. et Verb. ut lectio Codicis MS. Quod si est, correctoris est, qui non reputaret, in convertendis locis Graecis Cicero-

ex se ipso apta sunt omnia, quae ad beate vivendum ferunt, nec, suspensa aliorum aut bono casu aut contrario, pendere ex alterius eventis et errare coguntur, huic optime vivendi ra-
b. *tio comparata est. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens, hic, et nascentibus et cadentibus quum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit et obediet praecepto illi veteri: neque enim laetabitur unquam, nec maerebit nimis, quod semper in se ipso omnem spem reponet sui.*

---

nem nonnunquam a se ipso quasi desciscere, et Graecae linguae ad verbum magis se applicare. Quod hîc quoque fecit. Graece enim cum scriptum sit *φέροντα*, scripsit *quae — ferunt*, pro quo, si ipse loqueretur, scripsisset fortasse *conferunt*, vel ut explicat Ern. *valent, prosunt*. Poterat etiam, vocabulo medico utens, scribere *faciunt*, eadem sententia. Unus Ox. habet *fuerant*. Pro *suspensa* recentiores dicerent: *utpote pendentia*. Duo Oxx. exhibent *suspensi*, alius cum Mon. 1. pergit *eorum*. Mon. 2. *ex alternis eventis*, tum Mon. 1. *et errore*: et hae quidem lectiones duae posteriores, si non sunt fortuiti erroris, possunt videri correctoris sibi placentis et plaudentis. Habet etiam unus Ox. simili sive imprudentia sive prudentia *bonorum casu*, alius *honorum casu*; Gud. 2. *eventus*: Aug. omittit sequens *et*. Pro *alterius* etiam unus Ox. *alteris*, alius mox *comperta* pro *comparata*, Vind. 1. *comparata ratio est. Mr.*

Hic est ille moderatus, hic fortis,] Conf. Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. p. 111. p. 69. ed. Lips. T. I. ibiq. Isocr. Admon. ad Demonic. p. 13. ed. Lang. Habent *modestus* pro *moderatus* unus Ox. Vind. 1. Mon. 1. Ed. P.; alius Ox. *moderator*. In seqq. rursus in errore conveniunt Codd. Reg. et Gud. 1. exhibentes *candentibus*. Recte explicat *cadentibus* Leod. a Qu. *morientibus*. Ad usum v. *cum — tum*, nequaquam cum v. *tum — tum* confundendum, vide nunc optime praecipientem R. Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. p. 164—180. Mox Cod. Vind. 1. *reliquis incommodis*. Post *parebit* duo Oxx. omittunt *et*. Inde fortasse quispiam verbum *obediet*, ut glossam, in suspicionem vocet, praesertim cum in Graecis etiam uno verbo dicatur *πείσεται*. Sed et pessimae notae sunt illi Oxonienses (*E*, *ξ*), et alibi quoque utrumque verbum iungit Cicero, veluti De N. D. I. 8. 19: *obedire et parere voluntati architecti;* vel verbo *parendi* simile adiungit, ut Philipp. VII. 1: *ut pareret et dicto audiens esset huic ordini;* supra Tusc. II. 4. 11: *qui obtemperet ipse sibi et decretis suis pareat*; Or. pro Planc. 39, 94: *cum tempestate pugnem — potius, quam illi — obtemperem et paream*. De Off. I. 29. 102: est *rationi obediant*, et, paucis interiectis, *rationi parent. Mr.*

Neque enim laetabitur cet.] Initium est hoc duorum senariorum, quos, ut facilius animadverti et distingui possint, separatim imprimendos curavimus [sic:

Neque enim laetabitur unquam, nec moerebit nimis,
Quod semper in se ipso omnem spem reponet sui.]

Fuit enim haec sententia vetus (nam ut proverbium ferebatur), quam Plato hic adduxit, et numeris comprehensa erat: ideoque Cicero etiam totidem versiculis eam expressit. *Παροιμίαν* autem Cicero *praeceptum* interpretatus est. Sic enim est apud Platonem: *πείσεται τῇ παροιμίᾳ· οὔτε γὰρ χαίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται, διὰ τὸ αὐτὸ πεποιθέναι*. Sed neque in Graeco Platonis Codice distincti sunt, aut aliqua nota indicati: numeris tantum et in Graeco et in Latino sermone versus esse, qui praeceptum illud continebant, declarabatur.

Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto augustoque 37.
fonte nostra omnis manabit oratio. Unde igitur ordiri 13

Victorius." Bentleius cum Davisio [vid. ad calcem horum librorum] ad meliores numeros cum revocare studuissent, merito postea Davisius id consilium abiecit. Nam soluta est oratio et graeca et latina. Iam nil nisi *ipso* in *ipse* mutavit, quod firmatur uno Cod. Leid." *Bouh.* „Vox altera [*enim*] delenda videtur. Altero vero versu legendum esse *ponet*, Bentleius vidit." *Nissen.* Ita scilicet, deleto *enim*, egregie provisum est metro. Victorium secuti sunt in versibus scribendis fere omnes, nisi quod Bentleii correctionem receperunt FAWolf. Schz. Bill. Et hic quidem hosce, nescio quos, versiculos procudit: — *οὔτε γὰρ χαίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν,*
φανήσεται δὰ τὸ αὐτῷ πεποιθέναι.
Orellius autem, ut Dav. in Edd. 2. et 3. Lall. Oliv. et Edd. vett. itemque Junt. Sturm. et Manut. [Aldina nostra versus habet] solutam restituit orationem, addens: Similitudinem quandam cum ligata oratione consulto quaesivit Tullius: ipse tamen numeros cecidit, scribens *nec* et *reponet* [non *aut* et *ponet*, ut volebat Bentl.]. Ego vero miror, neminem vidisse, Graeca voce *παροιμίᾳ*, Latina *praecepto* nihil minus quam locum poetae veteris significari, sed proverbium illud notissimum *μηδὲν ἄγαν*. *Ne quid nimis.* Vult igitur Cicero: *Parebit — praecepto illi veteri, quo vetamur quidquam nimis facere: neque enim laetabitur nimis, nec maerebit nimis:* eaque ipsa est etiam Platonis in Menexeno sententia. Monuimus etiam de hoc loco in Symbolarum Criticarum ad Cic. Specim. III. (Ulmae 1833.) cap. 3. — Pro *nec* est *neque* in Edd. ante Grut., exceptis V. Rob. Steph. Leod.; vocem *nimis* omittit Vind. 1. eius loco unus Ox. habet *minus*; unus Ox. et Mon. 2. cum Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. *qui*, unus Ox. supra lin. *vel qui*, Mon. 1. *quid*. Scripsi autem *in se ipso* ex Codd. sex Oxx. Bern. Gud. 2. Aug. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Ald. Brut. Goth. Leod. Gebh. Ern. Nobb. Tbn. probante Kühnero. Mihi quidem *ipse* otiosum videtur, *ipso* necessarium: non enim, ut supra dictum est, suspensa sunt ea quibus beatus est sapiens, *aliorum* aut bono casu, aut contrario, non cogitur pendere ex *alterius* eventis: sed in *se ipso* omnem sui spem reponet. Accedit locus plane geminus Lael. 9, 30: *Ut enim quisque sibi plurimum confidit et ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat, suaque omnia in se ipso posita iudicet: ita* cet. — Pro *reponet* est *reponit* in Edd. V. et Rob. Steph. Orell. Nolui contra libros optimos lectionem corrigere non minus bonam: *reponet spem sui*, ait, *in se ipso, si quando eventurum est tale quid, quo alii homines perturbari solent.* Bentleianum *aut* et *ponet* receperunt FAWolf. et Schz. *Mr.*

In se ipse] Vulgo *in se ipso.* Lectionem quam damus exhibent Reg. Pithoean. Med. Bak. et Ball. *D.*

Ex hoc igitur Platonis quasi quodam —] Ad rem laudat Kühn. librum suum de Cic. in Philos. meritis p. 74 sq. q. v. ibiq. laudd. quibus add. libellum utilissimum Jasonis Denores In M. T. C. Universam Philosophiam de Vita et Moribus 12. Ambg. 1597. cum comm. Obrechti 8. Lips. 1721. — In Ed. P. est *ex quo igitur*, in Cod. Mon. 1. *quasi Platonis quodam.* Voces *augustus* et *sanctus* Cicero iungit etiam de N. D. III, 21. 53. *Manandi* verbo in simili sententia utitur in his ipsis libris V. 25. 72: *manat et funditur* (disputatio). *Mr.*

Ordiri *rectius possumus*] Pall. tert. quart. Reg. Pithoean. Med.

rectius possumus, quam a communi parente natura? quae quicquid genuit, non modo animal, sed etiam quod ita ortum esset e terra, ut stirpibus suis niteretur, in suo quidque genere perfectum esse voluit. Itaque et arbores, et vites, et ea, quae sunt humiliora neque se tollere a terra altius possunt, alia semper virent, alia hieme nudata, verno

---

Balliol. et Bak. *oriri;* eaque scriptura, licet inepta sit et insulsa, Gebhardo proba videtur. *D.*

c. 13. *Unde igitur rectius ordiri possumus*] „Absone quibusdam, certe mihi nescio quo pacto approba videtur duorum optimorum librorum, tert. quart., scriptura: *unde igitur oriri rectius.*" *Gebh.* Verborum ordinem ex libris illis recepimus, correctionem pravam non item, quamvis eam exhibeant nostri etiam optimi, Reg. Gud. 1. 2. Bern. Marb. Gud. Ordinem habent eundem Reg. Gud. 1. 2. Marb. Bern. Mon. 2. Edd. P. Dav. FAWolf. Or. Tbn. *Mr.*

a communi parente natura?] Frequens est haec sententia apud veteres. Vid. modo Senec. de Benef. IV. 7. Nat. Quaest. II. 45. Lactant. de Ira Dei 10. p. 149. ed. Lengl. du Fresn., p. 790. Gallaei, p. 1042. Bünem. ej. Div. Inst. III. 28. ibiq. interprr. Saepius autem Plinius naturam *omnium parentem* appellat, veluti H. N. XXIV. 1. 1. XXVII. 3. 2. et 13, 120. XXIX. 4. 17. — Cod. Aug. habet *natura parente;* unus Ox. omittit *ita.* Habent *esset ortum,* excepta Ed. P., ante Gebh. Edd. omnes. Nos cum illo Codd. MSS. sequimur cum iis, qui post Gruterum ediderunt Ciceronem. Proximum *e* omittit Cod. Rehd.; habent *in* duo Oxx. Vind. 2. Gud., *ex* Cod. Mon. 1. Solus Aug. habet *erat* pro *esset,* quod correctori debetur, qui loqui docere vellet Ciceronem. Unus Ox. habet *stipitibus* pro *stirpibus;* unus *niterentur,* duo omittunt *in. Mr.*

In suo quidque *genere*] Ita Reg. et Pithoean. Vulgo *quodque. D.*

in suo quidque genere perfectum] Ita Cic. Laelio 21, 79. *quod sit — in suo genere perfectum.* De usu vocis *genus* vid. Facciolati Institut. Logicae Peripatet. p. 26. *Quidque* habent ex nostris Gud. 1. (ergo sine dubio etiam Reg.) Bern. (correctum est *quidquid,* et in marg. ab al. m. *quodque*) Rehd. Marb. Edd. V. Rob. Steph. Herw. M. Ald. Dav. FAWolf. Or. Tbn., *quidquid* est in Gud. 2., *quoque* in uno Ox. Vind. 2. Asc. 1. Ven. nostr. Junt. Reliqui habent *quodque.* Vocem *genere* omittit (casu, ut videtur) Ed. Crat. Cod. Rehd. omittit *et* post *itaque,* mox Duisb. *ne* pro *neque,* Rehd. *tollere se,* Gud. et Vind. 1. *se attollere. Mr.*

alia semper virent] „Hoc non est in Ed. Gronov. Excidit error operarum: nam est in Ed. Grut. Sed tamen et ab Ald. pr. abest male." *Ern.* Ed. P. *semper viverent.* Ad h. l. utiliter confert Camerarius Graecorum verba, quibus haec significant ad naturam pertinentia: ut *δειφυλλα, quae semper virent; φυλλοβόλα, quibus decidua folia; ἀνθητικὰ, quae flores ferunt; καρπιμα, quae fruges ferunt; ἔνυδρα, bestias nantes; πτηνὰ, volucres; ἑρπετὰ, serpentes; gradientes vel δίποδα,* vel *τετράποδα,* vel *πολύποδα; μοναδικὰ, solivagas; ἀγελαῖα, congregatas; ἄγρια, immanes; ἥμερα, cicures; φωλιάδωτὰ, terra tectae. Mr.*

verno tempore] „Lego *verno tepore:* tepor enim et temperies evocat in plantis frondes et germinationem." *Beroald.* Nescio, quo modo Beroaldo *tepore tepefacta* placere potuerit. Si habuisset *tepefacta,* ut est in Cod. Vind. 1. et Ed. P., tum erat cur ita coniiceret Bentleii coniectura, quam vid. ad calcem libri, nec ipsi auctori satis

:empore tepefacta frondescunt: neque est ullum, quod non
:ta vigeat interiore quodam motu et suis in quoque semini-
ous inclusis, ut aut flores aut fruges fundat aut bacas,
omniaque in omnibus, quantum in ipsis sit, nulla vi impe-
diente, perfecta sint. Facilius vero etiam in bestiis, quod 38.
iis sensus a natura est datus, vis ipsius naturae perspici
potest. Namque alias bestias nantes, aquarum incolas esse

---

videtur placuisse. Gud. 1. habet *fondescunt*. Duisb. *frondescunt tepefacta*. Sequitur *neque enim est* in uno Cod. Ox. Vind. 1. 2. (posterior habet *nec*) Gud. Edd. A. B. S. E. C. V. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Rob. Steph. Herw. Cod. Mon. 1. omittit *est*, Aug. exhibet *neque est ullum quidem, quod*. Vind. 1. cum uno Ox. omittit *non*; Reg. Gud. 1. 2. habent *vigeant* pro *vigeat*; Duisb. *interno*, supra lin. cum Gud. *interiori*; pergit Duisb. *motu quodam*. *Mr.*

et suis quoque seminibus inclusis] „Cod. Gryph. *suis in quoque.*“ *Brut.* „*In quoque* recte Lambin. Et ita Palatin. tres. (quart. paullusum declinat: *et suis quoque in seminibus.*) item Fab. Vatican. Gryphii liber. Vulgo *suis quoque seminibus*. Palatin. autem secund. *in unoquoque.*“ *Gebh.* Habent *in* Codd. omnes, Ed. P. et post Gebh. omnes, nec vero Lamb., ut ait Gebh., sed marg. Lambb. et Goth. Pro *quoque* est *quo* in Rehd. *unoquoque* etiam in duobus Oxx., alius Ox. pergit *sensibus*; tum Mon. 1. *ut aut in flores*, unus Ox. *non aut in flores*; duo omittunt *ut*, Mon. 1. *aut baccas fundat*. Est etiam *baccas* in Codd. Mon. 2. Marb. Duisb., in Gud. 2. *bacchas*; a uno Ox. *fundant*. De verborum ordine vid. Stuerenberg. ad Cic. pro Arch. p. 112: videlicet de collocatione verbi *fundat* in media disiunctione. Mire Codd. Reg. et Gud. 1. *nulla vim:* qui error ortus est ex scriptione vĪPEDIĒTE. Pergunt Rehd. Duisb. et duo Oxx. *perfecta sunt*. Post *vero* abest *etiam* ab uno Ox. Aug. Mon. 1. Duisb. Unus Ox. *quod si his*. Dedi autem *quod iis* ex Codd. Gud. Duisb. *iis*] Mon. 2. Edd. S. E. [is] probante Kühnero et iubente Ciceronis usu, vocisque significatione. Mox Cod. Vind. 1. *a natura datus sit*. Duo Oxx. omittunt *a*. Vocem *vis* monet FAWolf. in scholis significare h. l. i. q. nos dicimus *Tendenz*. Post *percipi potest* sequitur in Gud. 2. *Neque alias volucres*, omissis mediis, aberrante oculo librarii. Unus Ox. pro *namque* habet *nam*, cum Mon. 1. Cod. Gud. omittit *alias*. *Mr.*

Namque alias bestias nantes] Similis locus est de Am. 21, 81: *apparet in bestiis volucribus, nantibus, agrestibus, cicuribus, feris*. Attendere nos iubet Or. (ad Wolfii scholas) ad variationem disiunctionis: *alias — alias: quasdam — quasdam: partim — partim; alias — quasdam nonnullas*, qua molestia enumerationis commode vitatur. Pro *nantes* Cod. Vind. 1. habet *natantes*, Marb. *volunt* pro *voluit*. Post *libero* in Cod. Mon. 1. et Ed. P. est *quasdam serpentes*. Idem sine lubio est in Cod. Vind. 1. Sed negligentia eius, qui contulit eum librum, factum est, ut legamus, loco vocis *serpentes* esse *quasdam:* quod si esset, legeretur ibi *libero: quasdam, quasdam, quasdam, esse gradientes*; quod nemo factum esse credat. A nonnullis contra repetitum illud *quasdam* omitti, nemo dubitabit: et ita est in Edd. Marb. Mon. 2. Rehd. Gud. Duisb. sex Oxx. Verbum *esse* excidit in uno Ox. Pergit Ed. A. *congradientes* (sic). Ad structuram quentium simillimi sunt loci de Off. 11. 21: *eorum ipsorum partim usmodi sunt*; in Pison. 21: *cum partim eius praedae libidines devorassent, partim nova quaedam — luxuries*. Variationem similem ha-

voluit: alias, volucres, caelo frui libero: serpentes quasdam: quasdam esse gradientes: earum ipsarum partim solivagas, partim congregatas: immanes alias, quasdam autem cicures: nonnullas abditas terraque tectas. Atque earum quaeque suum tenens munus, quum in disparis animantis vitam transire non possit, manet in lege naturae. Et ut bestiis aliud alii praecipui a natura datum est, quod suum quaeque retinet, nec discedit ab eo; sic homini multo quiddam prae-
p. 236. a. stantius: etsi praestantia debent ea dici, quae habent ali-

---

bes de N. D. I. 37: *Bestiarum terrenae sunt aliae, partim aquatiles, aliae ancipites.* De Div. I. 42: *partim e caelo, alia ex terra oriebantur, quaedam etiam ex hominum pecudumque conceptu. Mr.*

partim solivagas — quasdam autem cicures.] „Videtur transtulisse Aristotelis illa ex Politicis: τῶν δὲ θηρίων τὰ μὲν ἀγελαῖα, τὰ δὲ σποραδικά· et paullo post: τὰ μὲν ἥμερα, τὰ δὲ ἄγρια.“ *Ursin.* Locus est Aristot. Polit. I. 8. p. 11. Sylb. Unus Ox. habet *partim esse.* Gud. 2. *earum ipsa partim,* Mon. 1. *subiugas* pro *solivagas*; unus Ox. *congregata*; Rehd. omittit *autem,* eius loco Marb. habet *vero,* duo Oxx. *aut:* ex perperam lecto compendio. *Mr.*

nonnullas abditas terraque tectas.] Duisb. post *nonnullas* habet *alias abditas.* In uno Ox. est *terreque,* in Mon. 1. *terraque certas.* Talpas intelligi monet Beroaldus. Pergit Ed. E. *At earum,* Gud. 2. *Atque earumque suum.* Vind. 1. *tenet munus.* Vocem *in* omittit Duisb.; Vind. 1. habet *disparem*; unus Ox. et Gud. 2. *animantes.* Mon. 1. *transsire. Mr.*

Et ut bestiis aliud alii praecipui a natura datum est] „Unus Leid. *bestiis aliis aliud praecipui.* Mihi placeret: *bestiis aliud aliis praecipui.*“ *Bouh.* „Bak. Baliol. et Eliens. sec. *aliis.*“ *Dav.* in Ed. 2. Et dederunt *aliis,* quod videtur esse in quinque Oxx., Lallem. et Oliv. Cod. Vind. 1. cum his facit, Vind. 2. cum Leidensi Bouhierii. Ernestus cum non concoqueret *aliud* cum Genitivo, pravam fecit coniecturam [cui favet Duisb.] *praecipue.* Laudat Schellerus ex Cic. de Inv. II. 1. *aliud commodi.* Gud. habet *aliis alium,* Aug. *a natura praecipui,* duo Oxx. omittunt verba *a natura.* Post *datum est* pergit Ed. E. *quod suum est quaeque retinet;* in uno Ox. est *retineat*; in alio mox *nec discedat,* in Mon. 2. *ne discedat ab eo.* Et hoc quidem videtur esse correctoris, qui ita continuari constructionem relativam (*quod — retinet*) ferre non posset, desideraretque scriptum *et a quo non discedit.* In Gud. 1. et 2. est *discendi,* in Aug. *discedet.* Mox unus Ox. *bonum* pro *homini,* ubi vides Ciceronis verbum a glossa extrusum, quae pertineret ad *quiddam,* cuius loco alius habet *quidem,* Aug. *quoddam.* Pro *etsi* (i. e. quamquam) Duisb. habet *dici ea*; Mon. 2. et unus Ox. *debet* pro *debent*; Vind. 1. et Rehd. *ea debent dici.* Alius Ox. *debeant. Mr.*

quae habent aliquam comparationem:] Duo Oxx. *quae non habeant.* Vides in addito *non* correctoris manum, qui vellet, ea dicenda esse praestantia, quae sint incomparabilia. Sed hoc plane contrarium est sententiae Ciceronis. *Praestantia,* dicit, ea sunt quae *praestant,* videlicet aliis ex eodem genere, ideoque comparationem admittunt. *Habent* vero esse i. q. *admittunt,* nemo dubitabit, qui Ciceronem norit. Exempla habes apud J. Vorstium de Latinitate Selecta p. 170 — 172. Cod. Mon. 2. *habet;* Mon. 1. omittit *aliquam.* Rehd. exhibet *aliquam comparationem habent. Mr.*

quam comparationem: humanus autem animus, decerptus ex mente divina, cum alio nullo nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. Hic igitur, si est excultus, 39. et si eius acies ita curata est ut ne caecaretur erroribus, fit

---

decerptus ex mente divina] „Loquitur ex Platonicorum et Stoicorum sententia. Plutarchus Quaest. Platon. p. 1001: ἡ δὲ ψυχὴ νοῦ μετασχοῦσα καὶ λογισμοῦ καὶ ἁρμονίας, οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν. — — Plura collegit J. Lipsius Physiol. Stoic. III. Lactant. Div. Inst. II. 12: *Ficto deus hominis corpore spiravit ei animam de vitali fonte spiritus sui.*" *Dav.* Ed. J. Quod h. l. dicit *decerptus* (*ex mente divina*) Graecis est ἀπόσπασμα, ut est apud Diog. Laërt. VIII. §. 28: εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα αἰθέρος. Eadem sententia de Div. I. 49. 110. ita exponitur: *haustos animos et libatos habemus a natura deorum,* ubi vid. etiam nostr. annot. p. 241. Cat. maj. 21, 78: *ex universa mente divina delibatos animos habemus:* ubi vid. Gernh. et Otto. *Mr.*

Decerptus ex mente divina] Loquitur ex eorum sententia, qui humanos animos Dei partes esse statuerunt. Hieronymus ad Ctesiph. contra Pelag. p. 547. *Iuxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exaequant Deo, et de eius dicunt esse substantia.* Idem inter Epist. Augustin. XXVII. Anima est *a propria Dei substantia, ut Stoici, Manichaeus, et Hispaniae Priscilliani Haereses suspicantur.* Theodoretus Haer. Fab. lib. V. cap. 5. Κατὰ τὸν δυσσεβῆ Μαρκίωνος λόγον ὁμοούσιός ἐστιν ἡ ψυχὴ τοῦ πεποιηκότος θεοῦ. Vide sis et eiusdem libri cap. 9. Servium ad Aen. VI, 714. Augustinum C. D. IV, 12, 13. VII, 5. Th. Gatakerum ad Antonini V, 27. et nos ad lib. I. de Divin. cap. 49. *D.*

decerptus ex mente divina] Duo Oxx. *est ex,* cum Cod. Duisb. et Ed. P.; Mon. 1. *e* pro *ex,* cum uno Ox.; alius Ox. *de mente.* Verbum *decerpendi* cum *de* iunxit Cicero de Or. II. 56. 229. Vocem *decerptus* omittit Gud. 2. In seqq. Gud. 1. *nullo modo nisi*: sed *modo* punctis notatum; Gud. 2. *cum deo ipso.* Pergit unus Ox. cum Duisb. *si fas,* alius *sic fas,* omisso *hoc.* Marb. et Mon. 1. scriptum exhibent *phas. Fas* cum Supino rarius est: *nefas dictu* legitur Cat. maj. V. 13. Cf. de structura Fr. Lübker. de Particip. Gr. et Lat. p. 67. (Alton. 1833. 8.) In Gud. 2. est *dicti.* Mox Marb. *hoc igitur.* Gud. 1. verba *si est* supra lin. tantum habet. Mon. 1. omittit *est,* unus Ox. vocem *ita.* Alius habet *ita curvata,* Gud. *ita est curata, ut nec. Mr.*

ut ne caecetur erroribus,] „*Ut ne caecaretur erroribus.* Gryph." *Brut.* „*Caecaretur* admisi, quia conspexi in quinque Palatin. dein esse comperi in Fabr. Vatic. alias *caecetur.*" *Gebh.* „Contra Codd. legendum videtur cum Dav. ex Edd. vett. *caecetur.*" *Bouh.*

Ut ne caecetur *erroribus*] Vulgo *caecaretur;* quod Cl. Bentleius ob Latinitatem mutavit. Atque ita Manucius, Lambinus et alii dederunt. *D.*

ut ne caecaretur] Restitui, quamvis graviter minitante Bentleio, optimorum lectionem librorum, Reg. Gud. 1. 2. Gryph. Bern. (a 1. m.) Marb. Gud. Duisb. Mon 1. 2. MS. in marg. Asc. 2. Vind. 1. 2. sex Oxx. Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. Grut. Ern. Tbn. Neque tamen rediissem ad Imperfectum, nisi ipse Ciceronis usus doceret, non semper poni Praesens post Perfectum, ubi, quod sequitur, ad praesens vel ad omne tempus pertinet. Inesse locutioni voluit aliquid Cicero, quo consilium etiam significaretur, ut supra IV. 11. 24: *quum (non est) — adhibita ratio, quae sanaret — cupiditatem*: ubi item Bentleius cupidius correxit *sanet.* Plura dabit Zumpt. Gr. Lat.

perfecta mens, id est, absoluta ratio: quod est idem virtus. Et, si omne beatum est, cui nihil deest, et quod in suo genere expletum atque cumulatum est, idque virtutis est proprium; certe omnes virtutis compotes beati sunt. Et hoc quidem mihi cum Bruto convenit, id est cum Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone.

40. Sed mihi videntur etiam beatissimi. Quid enim deest

---

§. 514. Nostrae sententiae adstipulatur Kühn. ad Tusc. I. 4. 7. Pro *fit* operarum errore in 2. et 3. Ed. Wolfii est *sit*, idemque error videtur etiam esse in Ed. 1. cum eum fideliter repetitum videamus in Ed. Koelii (1798.) Pro *id est*, unus Ox. habet *et*. Aug. *caret erroribus:* ubi item habes vestigia lectionis *caecaretur*. In Cod. Rehd. est *set* pro *fit*, secundum collationem Kleinii, in altera habere dicitur is liber *sit*. *Mr.*

quod est idem virtus] „Sic habetur in Ed. Victorii, quinque Palatin. Fabr. Vatican. Vulgo: *quae est idem quod virtus.*" *Gebh.* Consentiunt Codd. omnes, nisi quod Mon. 1. exhibet *idem est*. Vulgatam, quam dicit Gebh., habent Edd. A. B. S. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Brut. Ald. Sylb. Sturm. Car. Steph. Herw. In Edd. P. E. legitur *quod idem est, quod virtus*. Confert Orell. ad Wolfii scholas Cic. de Legg. II. §. 5: *hunc locum, idem ego te accipio dicere Arpinum:* ubi vid. annot. nostr. p. 161 sq. Pergit Cod. Gud. *et sic omne*, Ed. P. *et omne*, Ed. Lamb. *Et si id omne*. Pro *cumulatum* Cod. Gud. 1. a 1. m. habet *tumulatum:* supra lin. c. Pro *omnes* est *omnis* (ut ad *virtutis* accomodatum videri possit) in Codd. Gud. 2. Rehd. Unus Ox. omittit eam vocem. In Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. est *sunt beati*. Pergunt duo Oxx. *Hoc quidem*, alius *et hoc ex quo quidem*, unus *Quia hoc quidem*. Vind. 1. omittit *quidem*, Gud. 2. habet *et hoc mihi quidem*. Post *convenit* pro *item* dedi *id est* cum Or. ex optimis libris, Reg. Gud. 1. 2. Marb. Duisb. Mon. 2. et quinque Oxx. quam lectionem merito elegantissimam esse dicit. Duo Oxx. habent *idem* cum Vind. 1. et Rehd. Cod. Mon. 1. *et idem*. In reliquis est *item*. *Idem* habent etiam Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. In Mon. 1. et Marb. est *Pseusippo*, in posteriore etiam *Ptolemone*. *Mr.*

Sed mihi videntur etiam beatissimi.] Scribitur *videtur* in uno Ox., *etiam videntur* in Codd. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt.; in Gud. 2. est *beatissimi etiam*. Unus Ox. omittit *etiam*. Ne vero quis ex sede vocis vaga et hac omissione ipsam vocem, quae ponitur pro *adeo*, inservitque intendendo Superlativo, eiiciendam censeat. In seqq. Cod. Duisb. habet *ad bene beateque vivendum*. Verba *aut, qui — qui potest* abesse ait Gebh. a Codd. Fabr. et Pal. sec. In uno Ox. et Duisb. est *at* pro *aut*, prior etiam habet *quis* pro *qui*. Tum Mon. 1. *beatos esse;* ille Ox. rursus *quis potest* cum Cod. Marb. In Rehd. est *quis non potest:* ex inepta inepti monachi correctione. Ad seqq. in marg. Asc. 2. nostrae adscriptum est Frobenianos Codices exhibere *aut diffidat*. Aug. in seqq. *qui bono dividit tripartito*, Marb. *qui bona dimisit*. Scripsi *tripertito* cum Dav. et plerisque Edd., cum habeant ita Codd. Reg. (*tripertio*, calami lapsu) Gud. 1. 2. Mon. 1. 2. Marb. Vind. 2. Scriptum est *tripartito* in Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Brut. Leod. Boul. Sylb. Car. Steph. Egregie Cod. Rehd. *qui bona tripartitur*. Ceterum istam partitionem significare honestatem, bona corporis et bona, quae dicunt, externa, sponte intelligitur. *Mr.*

ad beate vivendum ei, qui confidit suis bonis? aut, qui diffidit, beatus esse quî potest? At diffidat necesse est, qui bona dividit tripertito. Quî enim poterit aut corporis firmitate aut for- 14
tunae stabilitate confidere? Atqui, nisi stabili et fixo et permanente bono, beatus esse nemo potest. Quid ergo eiusmodi istorum est? ut mihi Laconis illud dictum in hos cadere

---

c. 14. *Quî enim poterit*] Unus Ox. et Cod. Aug. *Quis* pro *quî*. Frc. Fabr. in seqq. scripsit, ut est in marg. Lambb. et Goth. *firmitati — stabilitati confidere*, addens: „hunc casum postulat verbum confidere et tamen in vulgatis libris omnibus legitur *firmitate — stabilitate*.“ Habent Dativum Cod. Marb. Edd. S. E. In Codd. Gud. 1. 2. et MS. in marg. Asc. 2. est *firmitati — stabilitate*. Ad structuram verbi *confidendi* cum Ablativo laudat Wolfius in scholis Burmannum ad Suet. Caes. 3. p. 11. Ad usum utriusque Substantivi v. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 165 sq. Ad sententiam v. *atqui* v. Handii Tursellinum I. p. 523. Eius loco Cod. Gud. 2. habet *Aut qui;* mox duo Oxx. *et stabili*, alius *stabiliet fixo*, Vind. 1. *et firmo*: in marg. *al. fixo*. Post *fixo* omittunt *et* unus Ox. Rehd. Edd. M. L. Brut. Lambb. Goth. Boul. Ald. Sylb. Leod. Sturm. Car. Steph. Pro *et* est *aut* in Cod. Gud. 2. Vocem *nemo* omittit unus Ox. *Mr.*

Aut corporis firmitate *aut fortunae* stabilitate *confidere*] Sic omnes Msti. Lambinus tamen eumque secutus Fabricius emendabant, *aut corporis* firmitati, *aut fortunae* stabilitati *confidere;* nec aliter edidit Erasmus. Rectene an secus exempla declarabunt. Noster huiusce libri cap. 3. *Cuius ingenium et eloquentiam cum admiratus esset Leon, quaesivisse ex eo*, qua *maxime* arte *confideret*. Sic et alibi non raro Tullius. Hirtius Bell. Afric. cap. 1. *Tamen non deterrebatur*, animoque et spe *confidebat*. Idem cap. 79. *Adversarios non eorum* virtute *confidere, sed aquarum inopia fretos, despicere se intellexit*. Sic et Ovidius Metam. XIII, 240. aliique plurimi. Sed exemplorum satis est. *D.*

Quid ergo eiusmodi istorum est?] Pro *ergo* est *igitur* in Edd. ante Gebh. (exceptis Vict. et Rob. Steph.) in Codd. non item. Lambinus ad h. l. haec: „id est: quid igitur bonorum istorum, nempe corporis et fortunae, stabile est? Haec adscripsi propterea quod quidam nuper hunc locum non intelligens putabat esse mendosum, et emendationis indigere. In MSS. autem Codd. hoc tantum dissimilitudinis reperi, quod illi fere omnes habent *ergo* pro *igitur*.“ „Videntur haec mihi melius distincta in vet. Editione: *Quid ergo? Eiusmodi istorum est* (supple: *bonum*) *ut mihi* cet.“ *Bouh.* „Vulgata distinctio hanc praebet sententiam: quid ergo eiusmodi, stabile, fixum, permanens, isti habent, qui bona tripartito dividunt? Nihil prorsus. Ut mihi Laconis cet.“ *Anonym. ap. Olivet.* Recte. Ad *istorum* intellige *philosophorum*. Pro *éiusmodi* est *huiusmodi* in uno Ox. et Rehd. Mon. 1. Post *istorum* in Cod. Duisb. est *sententia est*: in qua scriptione agnoscis manum glossatoris, nec nimis acuti. *Mr.*

ut mihi Laconis illud dictum] Cod. Gud. 2. *chatonis* (sed puncto notatum vocis initium) *dictum*, Marb. *lationis illud dictum*. Vocem *illud* cum Gud. 2. omittunt Mon. 2. et duo Oxx. Habent *illud Laconis* Edd. ante Gebh., excepta P., omnes. *Mr.*

in hos cadere] „Nescio quid velint Palatin. prim. quint. Fabr. exhibentes *in os cadere*. quod ne te, lector, minimo defraudarem, annotare libuit.“ *Gebh.* Eandem lectionem ridiculam habent etiam

videatur: qui glorianti cuidam mercatori, quod multas naves in omnem oram maritimam dimisisset, *Non sane optabilis quidem ista*, inquit, *rudentibus apta fortuna.* An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quo vita

---

Codd. Duisb. Aug. Marb. Sine dubio idem reperiebat in Codice, quem describebat, scriptor Codicis Rehd. Is enim, ut erat homo ad corrigendum promptus, in scriptione *os* agnoscere sibi videbatur *omnes*, et ita exhibet. Tres Oxx. habent *hoc*. Vind. 1. habet *cui* pro *cuidam*; Aug. *quam* pro *quod*; tum Gud. 2. *multa navis*. Habent etiam *navis* duo Oxx. Mon. 2; mox Gud. 2. *dimisset*. *Mr.*

Glorianti cuidam mercatori] Paullo aliter Plutarchus Apophth. Lacon. pag. 237. *Πρὸς τὸν μακαρίζοντα Λάμπιν τὸν Αἰγινήτην, διότι ἐδόκει πλουσιώτερος εἶναι ναυκλήρια πολλὰ ἔχων, Λάκων εἶπεν, Οὐ προσέχω εὐδαιμονίᾳ ἐκ σχοινίων ἀπηρτημένῃ.* Igitur si scopum tetigit Philosophus Chaeronensis, non ipse Lampis de suis iactavit navibus; sed alius quidam virum felicem praedicabat, quod tam multas possideret onerarias. *D.*

non sane optabilis quidem ista, inquit,] „Concinne hoc ita Victorius cum Palatin. sec. tert. quart. Vatican. Fabr. Ceteroquin: *Non sane optabilis ista quidem est, inquit.*“ *Gebh.* Habent, quam vulgo legi dicit, scriptionem Edd. A. B. S. E. M. L. et pleraeque nostrae ante Gebh. nisi quod Rob. Steph., ut solet, cum Vict. facit, Ed. Herw. sola: *non sane optabilis quidem ista, inquit, est.* Cod. Vind. 1. *non sane optabilis, inquit, ista et quidem prudentibus.* Rehd. *quidem istam*, Mon. 2. *ista quidem est inquit*, duo Oxx. *quidem ista est inquit*, alius *inquam*. Pro *apta* alibi legi *compacta* ait Camerarius, illud vero Graecis Plutarchi verbis esse convenientius. Habet *compacta* sola ex nostris Ed. Asc. 2. sed in marg. *apta*. Manifesto illud est correctoris, qui *apta* non intelligeret. Qui recte intelligit, quid sit c. 12. *cui ex se ipso apta sunt omnia*, is nostrum quoque locum intelliget: ita infra c. 21. est *gladius seta equina aptus*, ubi item correctores nonnulli scripserunt *appensus*. De Univ. 5: *Caelum ita aptum* explicatur: *compactum et suis partibus colligatum.* In seqq. post *dubium* excidit *est* in uno Ox. et Mon. 2. Pergit Mon. 1. *quia nihil*. Duo Oxx. omisso *nihil* exhibent *sic*. *Mr.*

Quo vita beata completur] Sic optime Cl. Bentleius. Vulgo *complectitur*. *D.*

in eo genere, quo vita beata complectitur,] „Nostri omnes libri MSS. habent: *quo beata vita complectitur*, quod reiicere non potui, quamvis vulgata, *quod vita beata complectatur*, sit probabilis. Nam omnino haec antiqua est tutior. adde, quod non solum hoc verbum deponens, sed alia multa eiusdem generis usurpabant veteres *παθητικῶς*, quod alibi ostendimus non semel. Sic autem participium huius verbi *παθητικῶς* usurpavit in Or. pro Rosc. Am. ibi: *quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur.*“ *Lamb.* Goth. in marg. *complectitur* explicat *comprehenditur*. „*quo — complectitur* minime mala lectio est: neque vero semel patiendi significatione est hoc verbo Cicero usus.“ *Brut.* „Qui non intellexerunt, aut ad suas normas Grammaticas exegerunt, corruperunt hunc locum: recte ergo a Lambino nitori suo redonatus: et sic habetur in Pall. tert. quart. quint. Fabr. nec sperno Vatican. in quo *genere, quî vita*. Gebh.“ *quo — complectitur*: ita MSSti, et est Hellenismus [sc. *quo* pro *quod*, ut Relativum casu quoque ad antecedens substantivum se accommodet.] Scriptor ad Herenn. I. 27: *ut statim apertis rationibus, quibus praescripsimus — docilem faciamus auditorem.* Terentius Heaut.

beata completur, si id possit amitti? nihil enim interarescere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit: nam qui timebit, ne quid ex iis deperdat, beatus esse non poterit. Volumus enim eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, saeptum atque munitum; 41.

---

l. 35. — — *Hac causa equidem, qua dixi tibi.* Hirt. Bell. Afric. 41: *in eo loco, quo commemoravi.* Adi et cap. 69.“ *Dav.* in Ed. 1. Sed in Ed. 2. Bentleium sequitur. Ad cuius coniecturam Wopkensius Lectt. Tull. p. 108. [148. Hand.] „Si quid mutandum, inquit, malim equidem, pro *complectitur*, legere *compleatur*, quam *completur*, quod substituere in mentem venit emendatori doctissimo.“ „*Quo — completur*: Sic correxit Bentleius. Eadem forma est c. 16. [*his vitam beatam compleri negant.*] MS. Guelf. habet *in quo*.“ *Ern.* Recte Bill. a Peripateticis dicta fuisse bona corporis et fortunae συμπληρώματα τῆς τελειότητος. Ego quoque recipiendam duxi egregiam Bentleii coniecturam, quae recepta est post Dav. a Lall. Ern. seqq. probante Goerenzio ad Cic. de Finn. III. 12. 41. p. 366. (qui perperam dicit Codd. exhibere omnes *amplectitur*) Censore, nescio quo, Jenensi 1826. 30. Conf. etiam Goerenz. ad de Finn. V. 23. 68. p. 618. coll. p. 557. Complectitur habent Codd. omnes, itemque Edd. ante Davisianam 2. Sed pro *quo* est *in quo* in Cod. Aug., *quod* in Codd. Mon. 1. 2. et aliquot Oxx. itemque in Edd. ante Dav. 2. Solus Cod. Aug. habet *beata vita*. *Mr.*

nihil enim interarescere] „Habent *inveterascere* vulgati; ego quid appellem eos nescio, qui Victorii editionem castigatissimam et tersissimam posteriores aut fastidierunt aut neglexerunt: in qua et hic locus ingenio suo rectus, in aliis adverso correctorum genio depravatus atque interversus remansit, ut et in Palat. pr. tert. quarto, quinto, in Fabr. est *arescere*.“ *Gebh.* Post Gebh. nemo ad glandes rediit. Veram lectionem iam habent, praeter Viet., Edd. P. Rob. Steph. et marg. Crat. In Ed. S. est, mixta utraque lectione, *inveterarescere*. in uno Ox. *interrarescere*, in duobus *inveterascere*, in Duisb. *arescere*, in Marb. *intus arescere*. Ceterum hoc verbum hoc tantum loco legitur apud Ciceronem. Aliquoties habet Vitruvius. Beroaldus magis probabat *inveterascere*. *Mr.*

in quibus vita beata consistit;] Habent *quae in vita beata consistunt* Ed. A. B. S. E. C. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Herw. Ex Codd. solus Gud. In Cod. Aug. est *beata vita*, ut paullo superius. Ceterum *consistendi* verbum cave putes significare h. l. quod nos dicimus bestehen: est i. q. *niti, contineri*: ita statim §. 42. *nisi omne bonum in — honestate consisteret*. Ita Cicero Phil. III. 8: *cum in eo — libertas P. R. consisteret*; Corn. Nep. Datam. 8: *spes omnis consistebat Datami in se*. Mox Cod. Vind. 1. *nam qui timet nihil*, in marg. *ne quid*. *Mr.*

ne quid ex iis deperdat] „Fabr. *disperdat*.“ *Gebh.* Ita etiam Ed. P. Codd. Vind. 1. et Duisb. Unus Ox. *perdat*, Gud. 1. *disperdat*, quasi voluerit *disperdatur*. Alibi quoque Cicero, sed raro, usus est hoc verbo: v. c. de Lege Agr. I. 1. ad Famm. V. 10. Scripsi autem *iis* pro vulgato *his* ex Codd. Duisb. et Mon. 2, quod manifesto praestat. *Mr.*

Volumus enim eum, qui beatus sit,] De hoc usu verbi *volumus* vid. Beneck. ad Cic. Cat. IV. 4. p. 269. Unus Ox. et Gud. 2. omittunt *enim*, Marb. *eum*, propter similitudinem compendiorum ēī et ēV. Mox Gud. 2. Aug. *totum esse*. *Mr.*

non ut parvo metu praeditus sit, sed ut nullo. Ut enim innocens is dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet: sic sine metu is habendus est, non qui parum metuit, sed qui omnino metu vacat. Quae est enim alia forti-

---

Inexpugnabilem; septum *atque* munitum] A reliquis libris recedunt Med. et Bak. qui dant *inexpugnabilem* semper *atque* invictum. Sic lib. III. cap. 7. *Qui* invictus *sit, eum res humanas despicere.* Infra cap. 18. *At nos virtutem semper liberam volumus,* semper *invictam — ut nulla umquam re terreamur, semperque simus invicti.* Et lib. II. de Fin. cap. 14. *Altum quiddam et excelsum, nihil timens, nemini cedens, semper invictum.* Vide et lib. III. cap. 22. ac Senecam de vita beat. cap. VII. Adeo ut illa lectio tam rebus ipsis quam Ciceroniano loquendi modo probe conveniat, nec ullo modo spernenda videatur. *D.* [In Ed. 2. Dav. addiderat: Cum tamen illi codici, non admodum vetusto, sit propria, nec vulgata male se habeat; suum, me volente, teneat locum.]

saeptum atque munitum] Rehd. et Gud. habent *semper* pro *saeptum*, Duisb. *ac* pro *atque*. Ceterum non erat, cur Dav. illud *semper* pro *saeptum* probaret. Egregie convenit loco, et non semel μεταφορικῶς ea voce usus est Cicero: velut de Finn. I. 16. 51: *quod si — sibi contra — conscientiam saepti esse et muniti videntur.* Ad Famm. XVI. 23: *praesidiis philosophiae saeptus.* — In seqq. Cod. Aug. *ut non parvo.* Pro *praeditus* est *perditus* in Cod. Mon. 2. egregia scilicet correctione. Non concoquebat scriptor codicis iunctum illud adiectivum substantivo *metu*. Sed *praeditus* etiam rebus incommodis additur: v. c. Or. pro Flacc. 3. *egestate praeditus*, in Verr. Act. II. L. II, 42: *amentia praeditus*; ad Herenn. II. 27: *tumore praeditus.* Erat etiam pro Rosc. Am. 8, 23: *hunc miserum, luctu praeditum*, ubi nunc legitur *perditum*. Mox Cod. Mon. 1. *dicitur is.* Mon. 2. *leniter* pro *leviter*. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *nocet leviter*. Vind. 1. *leviter noceat*, Mon. 2. utrobique *noceat* pro *nocet*, posteriore loco etiam Gud. et tres Oxx. Edd. eaedem, in quibus est *nocet leviter*. Pro *nihil* unus Ox. *nullius*, Edd. C. V. Herw. Rob. Steph. *nil*. *Mr.*

non qui parva metuit] „Legendum est *non qui parva non metuit.*“ *Ursin.* „*qui parum metuit*: sic habet noster quoque MS. pro quo in vulgatis est *parva*.“ *Frc. Fabr.* „*Parva metuit* rectè quoque Victorius cum Pall. quinque.“ *Gebh.*

Non qui parum metuit, *sed qui omnino metu vacat*] Vulgo *parva metuit*; unde resoripsit Ursinus, *non qui parva* non *metuit*. Ea quidem coniectura receptae lectioni praeferenda, qua nihil fingi potest absurdius. At nos ipsam Ciceronis manum reduximus. Scriptura certe, quam damus, oppositionem recte servat, eamque praestant Fabr. Cantab. et Balliol. *D.*

non qui parva metuit] „Recte *parum* Dav. Et ita Codd. Leydenses.“ *Bouh.* „Bene Dav. *parum*, cui bene opponitur *omnino metu vacat*.“ *Ern.*

non qui parum metuit] Haud ita pridem nemo dubitabat dicere *parum* pro *non multum*. Sed postquam observatum est, ab aureae aetatis scriptoribus *parum* opponi vocibus *nimium* et *satis*, graves poenas dederunt censoribus ii, qui scribebant *parum abest*, *parum interest*: illaque observatio, ut regula, omnes grammaticorum libros personat. Quare etiam Kühn. ad nostrum locum dubitasse se dicit an dici possit *parum metuere* collato lib. IV. c. 17, 39. Nuperrime autem, minime reprobata illa observatione, quae negari nequit (vide

tudo, nisi animi affectio, quum in adeundo periculo, et in b.
labore ac dolore patiens, tum procul ab omni metu? Atque 42.
haec certe non ita se haberent, nisi omne bonum in una

---

modo exempla apud Ochsn. ad Ecl. Cic. p. 100 sq.) rursus exstiterunt, qui vere dicerent *parum* proprie esse Neutrum adiectivi *parvus* (vid. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. I. p. 124, not. 69.) et raro quidem, nec vero nunqam, *parum* pro *non multum* poni etiam ab aureae aetatis scriptoribus. Cuius significationis qui hunc ipsum, quem tractamus, locum ut argumentum ponerent, nondum certa lectione constituta, sumebant, quod demonstrandum erat. Sed nostro loco dubitari tamen vix debet de veritate lectionis *parum*, cum et libri MSS. (unus Ox. duo Davisii, Bouhierii Leidenses, Gud. Duisb.) et Editiones vett. nonnullae (Lamb. Goth. Ald. Boul.) habeant *parum*, quod post Dav. receperunt Lall. Ern. seqq. Praesertim cum legatur apud Sallust. Jug. 89: *parum id facio* i. e. non multum id ago, non multum operae in talibus consumo: Quintil. Inst. III. 94: *in litera — etiamsi scribitur, tamen parum exprimitur;* Sen. Epist. 116. extr. *Dolebimus, sed parum: concupiscemus, sed temperate.* Plin. Pan. 20, 3: *nihil, aut certe parum intererat.* Iam add. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 145 sq. coll. p. 200. III. p. 313. Frotscheri Exc. IV. ad Quintil. Inst. X. p. 252 — 256. Accedit nostrae sententiae Orell. ad Wolfii scholas. Kritz. ad Sallust. Jug. 85. p. 460. Lectio certe *parva*, quae occupat libros reliquos, ferri non potest. Pro *omnino* in marg. Lambb. et Goth. est coniectura *omni metu:* et sic est a pr. m. in antiquissimo Gud. 1. Sed supra lin. adpictum est *no*. *Mr.*

Quae est enim alia fortitudo,] Cod. Aug. *quae enim est.* Gud. omittit *alia*: eius loco duo Oxx. habent *a natura:* facile videlicet ex ALIA fieri potuit ANA i. e. *a natura.* Quod in seqq. multae Edd. habent *tum in adeundo periculo — tum procul* — probante etiam Goerenzio ad Cic. de Legg. II. 17. 43. p. 170. I. 11. 31. p. 47, (ubi dicit: Fixa enim Latinitatis norma est, tunc demum *cum — tum* locum habere posse, si hoc in illo, non vice versa, aliquo modo contineatur:) illud *tum — tum*, inquam, non ultra morabimur post ea, quae posuit Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. Poët. p. 167 — 169. de ipso hoc loco nostro: quo quia vulgari regulae repugnat *cum — tum*, cum aequa ratione utrumque fortis sit viri, et patientem esse in adeundo periculo, et procul esse ab omni metu, existimabant viri docti, illud ipsum *tum — tum* recte se habere: quod nunquam poni pro *et — et* satis iam demonstravit, quem modo laudavimus, vir doctus. Et habent *quum — tum* Codd. Reg. (sine dubio) Gud. 1. 2. Duisb. Bern. Mon. 2. Vind. 1. 2. octo Oxx. Edd. omnes usque ad secundam Wolfii; sed et post hunc *quum* servarunt Nobb. Tbn., et, qui primam Wolfianam sequitur, Bill. Solus Lamb. ex coniectura pergit *tum in labore ac dolore patiendo, procul* — eumque secutus Fr. Fabr. Cod. Gud. habet *et dolore ac labore,* omisso *in:* quod abest etiam in uno Ox. *Mr.*

Atque haec certe non ita se haberent] Legitur *atqui* in duobus Oxx. Gud. 2. Aug. Mon. 1. et ita Wolf. in Ed. 1. Pergit Marb. *hoc certe,* Gud. *certe ita haec,* Rehd. *certe haec.* Marb. *haberet.* Mox Rehd. *quo autem,* unus Ox. omittit *illam,* eius loco Gud. 1. habet *illa,* absorpta ultima litera scriptione ILAMAXĪE. Pro *expetitam,* quod librariis rarius ante oculos versabatur, habent *expeditam* Codd. quatuor Oxx. Gud. 2. Mon. 2. Gud. Duisb. adeoque Reg. Edd. P. A. B. S. E. C. et, quod mireris, Vict. itemque Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw.

honestate consisteret. Quî autem illam maxime optatam et expetitam securitatem (securitatem autem nunc appello vacuitatem aegritudinis, in qua vita beata posita est) habere quisquam potest, cui aut adsit aut adesse possit multitudo malorum? Quî autem poterit esse celsus et erectus et ea, quae homini accidere possunt, omnia parva ducens, qualem sapientem esse volumus, nisi omnia sibi in se posita censebit? An Lacedaemonii, Philippo minitanti per literas, se

---

Unus Ox. omittit alterum *securitatem*, et pergit *quam*, omisso *autem*, in quo agnoscis manum correctoris. Abest eadem vox a tribus aliis Oxx. Mox Cod. Aug. *vita beata esse posita*. Tum Rehd. *habere poterit quisquam*, Vind. 2. *quisquam possit*. *Mr.*

cui aut adsit aut adesse possit] Cod. Vind. 1. omittit *cui*, idem habet *aut non assit, aut adesse non possit*. Rehd. omittit *aut*. Gud. 1. a pr. m. *aut sit*, supra lin. *ad*. Edd. A. B. S. Ven. nostr. *cui aut desit*. Post *malorum* unus Ox. pergit *quis autem*: et sic est in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Lamb., Vind. 1. *potest* pro *poterit*. Ed. A. *quid autem*. Ad v. *celsus et erectus* vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. II. p. 96. ibiq. laudd. Add. de N. D. II. 56. 140. In Cod. Vind. 1. est *excelsus*. Sic de Or. I. 40. 186: ubi est *erectum et celsum*, Lambinus dedit *excelsum*. Contra pro *erectus* aliquot, ut videtur, Codd. Oxx. Gud. 1. (a pr. m.) Edd. Ox. et Lall. habent *rectus*; mox unus Ox. *hominum*, Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *accidere homini*. Mon. 1. pergit *parvi*, omisso *omnia* cum uno Ox. Alius eandem omittit vocem exhibens *parva*. *Mr.*

Nisi omnia sibi in se posita censebit] Cl. Bentleio placet *nisi omnia* sua *in se posita censebit*; quae quidem elegans est coniectura. Med. tamen et Eliens. habent *nisi omnia* bona sibi in *se posita censebit*. Ea sane lectio, si modo non ab interpolatore sit, satis commoda videtur. *D.*

nisi omnia sibi in se posita censebit?] Goth. et Lamb. in marg. habent, abesse *sibi* a veteri cod., MS. in marg. Asc. nostrae sec. cum uno Leid. duobus Oxx. Mon. 2. exhibent *nisi omnia bona sibi*, ut est in Edd. S. E., Gud. omittit *sibi*, eius loco Mon. 1. habet *is*, cum uno Ox. In Ed. 2. Davisius recepit Bentleii emendationem *sua* pro *sibi*, improbante Wopkensio, l. c. p. 148. (108.), qui non sollicitaturum fuisse ait lectionem eum virum, si ob oculos versatus fuisset locus c. 10: *tum poterunt — profiteri, — omnia sibi in se esse posita*. Scribitur *posita esse censebit* in Edd. A. B. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Ald. Car. Steph. Boul. Brut. Sylb. Goth. *Mr.*

An Lacedaemonii, Philippo minitanti] „Recte correxit Dav. cum Bentleio *minitante*. Non enim agitur de responso regi dato. Sed aliud etiam mendum eos viros latuisse videtur, cum sententia postulet: *An, si Lacedaemonii .... quaesiverunt, nam se esset mori prohibiturus, vir is, quem quaerimus, non multo facilius — reperietur — Bouh.* Quam coniecturam supervacaneam esse docebit Handius in Tursellino I. p. 349 sq. Madvig. Emendatt. in Cic. libr. Philosoph. II. p. 41 sq. *Mr.*

Philippo minitante] „Sic bene pro vulgato *minitanti* [Davisius]. Si sequeretur *responderunt*, vulgatum rectum esset.“ *Ern.* FAWellius in scholis: Volebat Cicero, *minitanti* scribens, in sequentibus mutare *responderunt*: sed cum interrogando responderent, *ἀναχολουθῶς* scripsit *quaesiverunt*. Ita certe Ciceronem malo excusare in libroru[m] omnium consensu, quam corrigere.“ „Fieri etiam potest, ut sit

omnia, quae conarentur, prohibiturum, quaesiverunt, *num ne esset etiam mori prohibiturus*; vir is, quem quaerimus, non multo facilius tali animo reperietur, quam civitas universa? Quid? ad hanc fortitudinem, de qua loquimur, temperantiâ adiunctâ, quae sit moderatrix omnium commotionum; quid potest ad beate vivendum deesse ei, quem forti-

---

nitanti forma Ablativi. Quod enim ut certum posuit Bentleius, (ad Horat. Carm. I. 25. 17.) Ablativum quidem Participii, nec vero Ablativum Adiectivi (v. c. *recenti*) necessario exire in *e* ei certe regulae saepissime contradicunt Codd. MSS. Vide modo Henr. Meyerum ad Cic. Orator. §. 190: *a me inquirenti*; vel ita fluctuant, ut certum quid statuere nequeas (de N. D. II. §. 89: *undanti* (al. *undante*) *in freto*: vel metro ea forma flagitatur (de Div. I. §. 18: *stellanti — nocte — luce serenanti*, §. 21. *vigenti numine*. Cf. Moser. ad Cic. de Div. I. §. 61: *satietate affluenti*. Quamquam Cod. Turicens. vetustissimus Horatii Od. I. 2, 2. habet cum Bentleio *rubente*, nec vero cum Jahnio *rubenti*." *Orell.* ad W. scholas. Ego vero in Wolfii sententia, in quam iam dudum incideram, ideo acquiesco, quia, quod Cicero committere non solet, nemo non primo adspectu Dativum sibi legere videbitur, et posteaquam (si quando erroris sibi fieret conscius) sententiam absolverit, vix ac ne vix quidem quisquam Ablativum positum esse existimabit. Ceterum scribitur *militanti* in Codd. Gud. 1. 2. Marb. Obsecuti sunt Bentleio Dav. Ern. Hip. Mannh. Schz. Nobb. Pro *an* est *at* in duobus Oxx. et Mon. 1. in seqq. solus Dav. in Ed. 2. *quaesiverint*, nihil monens, nisi vulgo legi *quaesiverunt*. Pergit unus Ox. cum Aug. (qui habet *quaesierunt*) *num esset*, omisso *se*, unus Ox. *unde se esset*; tum alius cum Monac. 2. *ut mori*. Rehd. *etiam esset* Gud. 2. *moritur* pro *mori*; Marb. *viris* pro *is*; unus Ox. *num multo*, alius *talis animus*; alius *reperitur*, alius *tum* Marb. *reperiretur*; alius cum Marb. et Gud. 2. *loquitur*. *Mr.*

... *Lacedaemonii, Philippo minitante*] Vulgo *minitanti*. Sed recte liberrimus Bentleius. Hanc autem historiam aliter refert Stobaeus Serm. VII. pag. 90. Φίλιππος, inquit, ἦλθεν ἐπὶ Λακεδαίμονα, καὶ προεισπεδεύσας ἔπεμψεν ἀπειλῶν πολλὰ καὶ χαλεπά, εἰ μὴ ποιῶσι τὰ προσσσόμενα· τῶν δὲ Λακεδαιμονίων τις ἀκούσας τῶν ἀπειλῶν, χάριν ἔφη εἰδέναι, ὅτι οὐ κωλύει, ὃ ἐπὶ τοῖς μαχομένοις ἐστίν, ἀποθανεῖν. Videtur etiam Plutarchus, qui Lacon. Apophthegm. p. 235. rem sic enarrat. Φίλιππος ὅτε ἐνέβαλεν εἰς τὴν Λακωνικήν, καὶ ἐδόκουν ἀπαναισχολίσθαι, εἶπε πρός τινα τῶν Σπαρτιατῶν, Τί νῦν ποιήσετε, ὦ ἄνδρες; Τί γάρ, ἔφη, ἄλλο ἢ ἀνδρείως ἀποθανούμεθα; Ab his, non multum quam a nostro, diversus abit Valerius Maximus lib. VI. cap. 4. ext. *Vox, qua legati Lacedaemoniorum apud patrem eius* (Alexandri Philippum) *miseram fortunae suae conditionem testati sunt gementer quam optabilior. Intolerabilibus enim oneribus civitatem eorum prementi, siquid morte gravius imperare perseveraret, mortem se subituros responderunt.* Omnium venustissima quidem est Ciceronis narratio. *D.*

quid potest ad beate vivendum] Duo Oxx. *ad bene vivendum*, *quid* omittit *ei*; duo illi habent *et metu*, omisso *a*. Pergit Aug. *iudicet*, Gud. 1. *iudicet*. Quod sequitur *quum a libidine — tum*, *tum* Edd. Lamb. Fr. Fabr. Dav. In reliquis, et Codd., est *tum a* ... a librariis ex falsa regula corrigendo in Ciceronem illatum. Non enim vult Cicero temperantiam facere nunc (modo) ... (modo) illud, sed et hoc et illud i. e. utrumque. Vid.

tudo ab aegritudine et a metu vindicet: temperantia quum a libidine avocet, tum insolenti alacritate gestire non sinat Haec efficere virtutem ostenderem, nisi superioribus diebus essent explicata.

15 Atque quum perturbationes animi miseriam, sedationes
43. autem, vitam efficiant beatam: duplexque ratio perturbationis sit, quod aegritudo et metus in malis opinatis, in bonorum autem errore laetitia gestiens libidoque versetur: quum haec omnia cum consilio et ratione pugnent; his tu tam

---

Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. p. 164. — Cod. Aug. habet *advocet* pro *avocet*. Pergit unus Ox. *cum insolentia*. Idem cum alio, cum quo plerumque conspirat, et Ed. P. *Hoc efficere*; alius Ox. habet *ostendere*. Omittit hoc verbum Gud. 2. Mox duo illi Oxx. *superioribus virtutibus*, alius Ox. *esset* pro *essent*. Ad sententiam loci v. Bardili in Hauffii Philologia I. 3. p. 52. *Mr.*

Cap. 15. Atque *cum perturbationes animi* miseriam] Vulgo, *atqui cum perturbationes animi miseram*. Recte vero Cl. Bentleius: nam primam vocem sic exhibet Petrens. ultimam vero Reg. Pithoean. et Med. *D.*

Atque quum — miseriam] *Atque* dedi cum Dav. ex Edd. I. Ern. Wolf. Schz. sqq. et Codd. Petr. Gud. 2. (hic habet *etque*) Duisb. Marb. uno Ox. et marg. MS. Ed. nostr. Asc. 2. In Gud. 1. est *atquicunque pert.*, in uno Ox. *At quicunque*, in Rehd. *atqui cum quaecunque*, Duisb. *atque cunque*, Gud. 2. *cumque*. Legitur autem *miseriam* (quae opponitur vitae beatae) in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. duobus Oxx. uno Leid. MS. in marg. Asc. 2. Edd. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Rob. Steph. Herw. Dav. FAWolf. Or. Quod vero ait Bill. *miseram* esse in Cod. Reg., is error a negligenter descripta Davisii annot. ortus est. In Vind. 1. legitur *efficiant vitam beatam*, duo Oxx. omittunt *vitam*. Mon. 1. habet *efficiunt*, Rehd. *bonam* pro *beatam*, ut paullo superius duo Oxx. *bene* pro *beate*. Tum Mon. 1. *duplex ratio*. Aug. *et metus et in malis*. *Mr.*

libidoque versetur: cum omnia] „Ex Victorii Editione haec retraxi et Palatinis quinque. Vaticanus alioquin: *versentur*: *cum haec omnia*.“ *Gebh.* Bouh. perperam ait *versentur* esse in Cod. Reg. Davisius in Ed. 2. recepit Bentleii lectionem *quae omnia cum*. *Mr.*

Laetitia gestiens libidoque versentur: *cum* haec *omnia*] Vulgo *versetur*, *cum omnia*. At vero *pronomen* orationi prorsus est necessarium. Nos igitur Msto Vatic. paruimus et veteribus editis. Cl. autem Bentleius legit, *laetitia gestiens libidoque versentur*, quae *omnia* etc. *D.*

versetur] Ita dedi ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Mon. 1. 2. septem Oxx. uno Leid. Accedunt Edd. P. G. V. Asc. 2. Junt. Rob. Steph. Herw. In reliquis omnibus est *versentur*, nisi quod Edd. recc. post Gebh. ad singularem numerum redierunt. *Mr.*

quum haec omnia] „Addidi *haec* e MS. Guelf. Sic et Dav. in Ed. 1. [et 3.] aliaeque Edd. vett.“ *Ern.* Non commode caremus vero *haec*, quamquam abest a multis iisque optimis libris: quare eam recepimus ex quinque Oxx. Aug. Mon. 2. et Edd., exceptis V. Rob. Steph. Gebh., omnibus: nisi quod, ut dixi, Dav. in Ed. 2. recepit Bentleii coniecturam. Si coniecturis ludere velis, possis etiam conicere *quae quum omnia cum* —, vel *quumque omnia cum* —,

gravibus concitationibus tamque ipsis inter se dissentientibus atque distractis, quem vacuum, solutum, liberum videris, hunc dubitabis beatum dicere? Atqui sapiens semper ita affectus est. Semper igitur sapiens beatus est. Atque etiam omne bonum laetabile est: quod autem laetabile, id praedicandum et prae se ferendum: quod tale autem, id etiam gloriosum: si vero gloriosum, certe laudabile: quod laudabile autem, profecto etiam honestum: quod bonum igitur, p. 237. a.

---

eaque quum omnia cum —. Sed ludendo nihil proficitur. Pro *his tu tam* unus Ox. *instituta*, alius *is tum tam*, alius *is tamen tam*, Rehd. *instituta in*, supra lin. *is tu tam*, ut Gud. 2; Duisb. *is tam*, Gud. *is cum tam*, Mon. 2. *iistu tam*, Mon. 1. *his tam*. Tum unus Ox. *concertationibus*: quod fortasse alicui placeat, prospicienti ad sequentia *dissentientibus atque distractis*; sed id ipsum deterrere debet eum a corrigendo: nam putide dicerentur *concertationes* esse *dissentientes*, cum consentientes eas esse nemo suspicetur. Nostro vero substantivo utitur etiam c. 16. §. 48. Mox Mon. 1. *tamquam ipsis* cum uno Ox., quorum alius omittit *ipsis*. Prior cum Cod. Rehd. et Ed. C. *dissidentibus*, Mon. 1. *dissentibus* (sic). Illud in Crepundiis III. 13. p. 137. (p. 505. ed. Schminck.) ex Cod. Pal. profert probatque Jan. Gebhardus. In Gud. 2. desunt verba *tamque — dissentientibus*. In seqq. Mon. 1. omittit *beatum*; unus Ox. habet *beatum docere*. Pergit alius cum Ed. A. *atque sapiens*. Post *beatus* Gud. et Aug. omittunt *est*. *Mr.*

Atque *etiam omne bonum*] Vulgo *atqui*. Lectionem, quam damus, efflagitat sententia. Eam exhibent Reg. Pithoean. et Petrens. Nec aliter Manucius et Lambinus ediderunt. *D.*

Atque etiam omne bonum] Accedunt Davisii Codicibus Gud. 1. 2. Aug. Marb. Duisb. Rehd. Mon. 2. tres Oxx. Edd. P. M. L. Leod. Brut. Car. Steph. Boul. Sturm. Ald. Goth. Ern. seqq. itemque Ed. vet. Bouhierii. Vocem *est* omittit Rehd. Ad sententiam conf. Cic. de Finn. III. 8. 27: *Concluduntur igitur eorum argumenta sic: quod est bonum, omne laudabile est: quod autem laudabile est, omne honestum est: bonum igitur quod est, honestum est*: et quae sequuntur. Ad quem locum v. Goerenz. — Post *quod* Mon. 2. omittit *autem*; post *autem laetabile* Aug. addit *est*. *Mr.*

praedicandum et prae se ferendum] Cod. Rehd. *praecandum*: cogitabat fortasse monachus de precibus fundendis. Addit Gud. *est*. Pergit Gud. 2. cum Marg. et Ed. P. *et praeferendum*, unus Ox. *et efferendum*. Vind. 1. *id et gloriosum*, Gud. *id etiam et gloriosius*. Verba *si vero glor.* desunt in uno Ox. Mon. 1. omittit *vero*. Tum Vind. 1. *certe laetabile*. Gud. *quod autem laudabile*: et sic Edd. vett. omnes, excepta P. Nostrum ordinem habent Codd. reliqui (nisi quod unus Ox. omittit *autem*) Edd. Dav. FAWolf. Schz. seqq. In Cod. Rehd. est *profecto id etiam*. Verba *quod bonum igitur id honestum* exciderunt in Cod. Gud. et duobus Oxx., alius habet *id etiam honestum*. Aug. omittit *id*. *Mr.*

At quae isti bona numerant,] Unus Ox. *atqui isti*, alius *atque quae*, Reg. Gud. 2. *atque isti*, Mon. 1. *at qui isti*, Mon. 2. *at qui ista*, Aug. *at qui ista bona qui*. Adhibet nostrum locum Goerenzius loco de Finn. IV. 16. 45. p. 478. qui item ad structuram cum nostro conferri potest. Mox Mon. 1. et duo Oxx. *ne isti quidem*, duo alii *ne ista quidem*. Pro *dicunt* ex MS. nescio quo in marg. Lambb. Goth. Verb. enotatum est *dicant*. In seqq. eadem in marg.

44. id honestum. At quae isti bona numerant, ne ipsi quidem honesta dicunt: solum igitur bonum, quod honestum: ex quo efficitur, honestate una vitam contineri beatam. Non sunt igitur ea bona dicenda nec habenda, quibus abundantem
45. licet esse miserrimum. An dubitas, quin praestans valetudine, viribus, forma, acerrimis integerrimisque sensibus, adde etiam, si lubet, pernicitatem et velocitatem; da divitias, ho-

---

honesta tem unam vitam continere beatam (Verb. negligenter enotavit tantummodo *unam — continere*): in duabus prioribus additum est: „non placet." Ex nostris libris eam lectionem habet solus Cod. Vind. 1. Est etiam *continere* in Cod. Vind. 2. In seqq. duo Oxx. *miserum* pro *miserrimum*. Ad sententiam cf. initium Paradoxi primi. — Pro *licet esse* Cod. Rehd. *libet esse*. *Mr.*

An dubitas, quin praestans valetudine —] „Hic est *ἀνακόλουθον*. Nam haec particula *quin* non habet cum quo cohaereat, aut cui adiungatur. Posteaquam enim multa interposuit, mutat loquendi formam et subiungit: *dubitabisne eum miserum dicere!* cum, nisi voluisset memoriae lectoris subvenire, liceret ei, servato eodem orationis tenore, subiungere: *is miser dicendus sit!* Hic erat enim orationis cursus et tenor: *An dubitas, quin is, qui bonis corporis ornatus sit, si is vitiosus sit, miser dicendus sit?* Sed, ut dixi, propter longam interpositionem, ut lectoris memoriae consuleret, quem credibile erat oblitum esse verbi illius atque adeo totius orationis superioris: *An dubitas, quin praestans valetudine* etc. subiunxit: *dubitabisne eum miserum dicere!* quasi totum illud non fuerit in oratione positum. Quod Genus et Ciceroni et aliis scriptoribus est usitatum." *Lambin.* „*Ἀνακόλουθον* est, ut infra o. 19: *Similemne putas C. Laelii unum consulatum fuisse et eum quidem cum repulsa — sed tamen utrum malles, te, si potestas esset, semel, ut Laelium, consulem, an, ut Cinnam, quater.* Cum verborum ductus paullo est prolixior, haec apud nostrum frequenter occurrunt, uti diximus ad Tusc. Tuso. II. 1. III. 8. Euripides Phoeniss. 290:

Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἑσχάρας
ἓν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἄργειοι πόλιν.

Scholiastes: *σολοικοφανὲς*, inquit, *τοῦτό ἐστιν. ἔδει γὰρ εἰπεῖν· μέλλοντος πέμπειν με Οἰδίποδος, ἐν τῷδ' ἐστράτευσαν Ἄργειοι.* Vid. et Hippol. 23. Polyaen. Strat. I. 18: *οἱ πολέμιοι τὸ λόγιον εἰδότες, κοινὸν αὐτοῖς ἦν παράγγελμα ἐν ταῖς μάχαις, ἀπέχεσθαι Κόδρου.* Aelianus etiam et Pausanias eodem schemate non raro sunt usi." *Dav.* in Ed. 1. „Non necessarium est confugere ad Anacoluthon, quod dicunt: in quo Grammatici vel vitia obtegere vel nescio quid elegantiae subodorare solent. Distingue: *An dubitas, — integerrimisque sensibus (adde etiam, — opes, gloriam) si fueritis — iniustus* etc. Iam salva sunt omnia." *Bouh.* Mireris sane, virum doctissimum ista *παρενθέσει* sublatum existimasse *ἀνακόλουθον*. Ceterum cf. Otto ad Cic. de Finn. Excurs. III. p. 395. — In seqq. Cod. Vind. 1. habet *formā viribus*; Aug. *et forma*. Tum idem *integer hisque*. Reg. *integerri hisque* (qui error ortus est ex scriptione ĩtegeRv̄isq.) Rehd. *acerrimus integer hisque*, Duisb. *integerrimis acerrimisque*. Mox Gud. *adde et si*. Scripsi *lubet* cum Dav. pro *libet*, qui illam scriptionem habet sine dubio ex Cod. Reg. Est enim in Gud. 1. et 2. In uno Ox. est *licet*. *Mr.*

Praestans — pernicitatem] Laudat Nonius in *pernicitatem*. *D.*

pernicitatem et velocitatem] Quod *et* abest a Cod. Mon. 1. et una

nores, imperia, opes, gloriam; si fuerit is, qui haec habet, iniustus, intemperans, timidus, hebeti ingenio atque nullo: dubitabisne eum miserum dicere? Qualia igitur ista bona sunt, quae qui habeat, miserrimus esse possit? Videamus, ne, ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. Quod si ita est, ex bonis, quae sola honesta sunt, efficiendum est beatum: ea mixta

---

Ox. noli inde suspicari alterutram vocem deberi glossatori. Absorpsit voculam ultima praecedentis vocabuli syllaba E. De utriusque vocis usu vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 136. Vocem *da* omittunt duo Oxx. Mon. 2. G. cuius verbi omissi sine dubio proxima syllaba *di* causa est. Pergit Rehd. *honorem.* In Gud. excidit *is.* in uno Ox. *habet,* cuius loco duo cum Duisb. exhibent *habebit:* tum Mon. 1. *habeti,* Marb. *ebeti,* Rehd. *hebeti animo ingenio* (ubi glossa irrepsit in seriem orationis;) Gud. 2. *et hebeti.* De vi intensiva vocis *atque* vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 14. 32. Moebium ad Cic. pr. Leg. Man. 18, 54. p. 61. Beneck. ad Cic. Catil. IV. 9. p. 293. Handii Tursellin. I. p. 406 sq. Pro *nullo* est *nullum* in Cod. Aug. *Mr.*

dubitabisne eum miserum dicere?] Unus Ox. *dubitabisne tu,* Mon. 1. *dubitabis tu,* alius Ox. *dubitansne.* Inde ab hoc verbo usque ad *possit* desunt omnia in Cod. Vind. 1. In duobus Oxx. est *miserrimum* itemque in Duisb.; *ducere* pro *dicere* habet unus Leid. Pergit Mon. 2. *qualia ista igitur,* Aug. *qualia igitur bona sunt ista.* Unus Ox. omittit *sunt,* cum Gud. Idem Ox. exhibet *habet.* De structura *videamus, ne* vid. Doeleckii Dtsch. Lat. Gramm. p. 272. Est enim h. l. non, ut saepe apud Ciceronem, i. q. *caveamus ne* vel *verendum est, ne,* sed i. q. *videamus, an non* — i. e, *videtur* — *effici debere.* — Cod. Vind. 1. habet *videmus,* duo Oxx. pro *ne* habent *nunc,* (confusa scriptione *ne* cum *nc*:) in Duisb. est *neqd.* Pro *ut* unus Ox. habet *tu,* alius omittit eam voculam. In seqq. respicit syllogismum, quem Graeci appellabant σορίτην, Cicero de Div. II. 4. *acervalem.* Tum Mon. 1. *suis generis,* Marb. *grauis,* duo Oxx. *gravis*; in uno deest haec vox. Tres Oxx. Gud. Duisb. habent *suis similibus,* Mon. 1. *similibus sui,* Vind. 1. *effici partibus,* Gud. 2. omittit *partibus.* Unus Ox. pergit statim *quod si ita esse.* Aug. omittit *debeat,* quod illa verba praecedit. *Mr.*

efficiendus est beatus] „Sic ms. Guelf. recte. Vulgatum *efficiendum est beatum* rectum non est, in quo *beatum* esset pro beatitudine, quod h. l. nimis graecissat.“ *Ern.* Obsecuti sunt Ernesto Bip. Mannh. *Mr.*

efficiendum est beatum] Merito rediit ad librorum optimorum et plurimorum lectionem FAWolfius et qui post eum hos libros ediderunt; cupidius enim arripuerat Ern. lectionem libri unius, neque admodum probi. *Beatum* dicit pro *beatitate* vel *beatitudine,* quae verba ipse Cicero finxit de N. D. I. 34. 95. addita excusatione: *utrumque omino durum: sed usu mollienda nobis verba sunt.* Dicit autem *beatum* ut *Graeci* τὸ μακάριον, (sc. εἶναι) etiam paullo inferius: *quid poterit beatum intelligi?* et de Finn. V. 23. 84. *virtutem, in qua sit ipsum etiam beatum:* ubi iam Goerenz. p. 637. Ernesti coniecturam reprobavit. Addo annotationem FAWolfii ex libro, qui hoc ipso anno Lipsiae prodiit (F.A.Wolfs Darst. d. Alterth. Wschft. n. e. Auswahl s. kleinen Schrr.) p. 97: Verissima est lectio *efficiendum est beatum*; illa codicis Guelf. nec satis apta sententiae et per se parum Latina est propter verbum *effici.* Romanum lectorem non

ex dissimilibus sĩ erunt, honestum ex iis effici nihil potuerit: quo detracto, quid poterit beatum intelligi? Etenim quicquid est, quod bonum sit, id expetendum est: quod autem expetendum, id certe approbandum: quod vero approbaris, id gratum acceptumque habendum: ergo etiam dignitas ei tribuenda est. Quod si ita est, laudabile sit necesse est: bonum igitur omne laudabile. Ex quo efficitur, ut, quod sit honestum, id sit solum bonum. Quod
16 46. b. ni ita tenebimus, multa erunt, quae nobis bona dicenda sint. Omitto divitias: quas quum quivis, quamvis indignus,

potuit offendere *beatum* pro *beatitate* s. *beatitudine*, neque Cicero nunc aliter scribere potuit, quum illa vocabula in libro demum post Tusculanas scripto primus effinxerit (de N. D. I. 34.), nondum usu emollita aevo Quinctiliani, quem vide VIII, 3, 32. Sequitur idem et paullo inferius et §. 62: *nihil esse ei beatum*. Alibi plane eodem sensu est apud Ciceronem *vita beata*: in quod ipsum non tam saepe incidisset, si unum ex duobus illis usitatum fuisset." Ceterum pro *est* legitur *esse* in Cod. Vind. 1. Cum Guelf. facit noster Aug. *Mr.*

ea mixta ex dissimilibus] Cod. Gud. 2. *et mixta ex diss. fuerunt*, unus Ox. *si fuerunt*. Scripsi in seqq. *ex iis* pro *ex his*, recte probante Kühnero. Et sic est in Codd Mon. 2. Duisb. marg. MS. Ed. Asc. 2. Edd. S. E. Scribitur *nihil effici* in Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Herw. Vocem *nihil* non habet Cod. Gud. 2. idem *quod et recto* pro *quo detracto*. Ad structuram *Etenim* etc. cf. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 18. 48. p. 76. Verba *est quod* desunt in Cod. Rehd. Pergunt duo Oxx. *beatum sit*. Gud. 2. habet *ut enim quidquid est bonum sit*, omisso *quod*. Post *id expetendum* omittunt *est* Edd. A. B. C. V. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Herw. Rob. Steph. Contra Ed. P. habet *quod autem expetendum est*: et sic Codd. Mon. 2. unus Leid. Duisb. Unus Ox. *autem petendum*. *Mr.*

quod vero approbaris,] Cod. Mon. 1. *quo*, Mon. 2. cum quatuor Ox. *autem* pro *vero*. Est etiam in Mon. 2. *approbaveris*, et in MS. nescio quo apud Verb. Unus Ox. eius loco habet *approbandum*, alius *approbans*. In seqq. Gud. 2. *gratum acceptum habendum*. Participio *acceptus* ita adiective utitur Cic. de Rep. VI. 13: *nihil est enim illi principi deo — acceptius*. Vid. Ol. Borrich. Cogitatt. de L. L. p. 192. Kritz. ad Sall. Iug. 70. p. 373 sq. Cod. Gud. omittit *ei*, eius loco Marb. habet *et*: duo Oxx. pergunt *attribuenda*, a Gud. abest *est*. Pergit Rehd. *quod si bonum est, laudabile bonum sit*. Tum Duisb. *bonum est igitur*; Vind. 1. *igitur esse laudabile*, confusis compendiis *es* et *oe*. Gud. 2. habet *omne igitur*. Pro *ut* est *id* in Mon. 1. et uno Ox.; Vind. 1. omittit *sit*, cum uno Ox. Cod. Gud. pro *solum* habet *summum*. *Mr.*

C. 16. *quae nobis bona dicenda sint*.] Cod. Gud. *bona nobis*. Duo Oxx. Mon. 1. Vind. 1. Gud. 1. Aug. *dicenda sunt*, Duisb. cum uno Ox. *dicenda erunt*; Idem Ox. habet *quum quis*, alius *quum quisquis quam gravis indignus*. Verba *quamvis indignus* exciderunt in Cod. Gud. 2, itemque verba *in bonis* usque ad *potest*. Post *quod* in Ed. Dav. 3. omissum est *enim*, itemque in Ed. 2 et in Davisiana Oxoniensi, quae anno huius seculi quinto prodiit. In Cod. Gud. legitur *quod est enim*, in uno Ox. *quod cum est*, duo omittunt *est*, quorum unus in seqq. habet *improborum*, sine *que*. Mon. 2. *concitatam*, unus Ox. *exercitatam*: idem cum Mon. 1. *haec quidem*, Duisb. *haec erunt quae*. Male correxit Neidius *minime*: recte *minima* explicat Kühn.

habere possit, in bonis non numero: quod enim est bonum, id non quivis habere potest. Omitto nobilitatem, famamque popularem stultorum improborumque consensu excitatam; haec, quae sunt minima, tamen bona dicantur necesse est: candiduli dentes, venusti oculi, color suavis, et ea, quae Anticlea laudat Ulixi pedes abluens,

---

minimi pretii. Duo Oxx. habent *ut bona* pro *bona*, quod est glossatoris puerilis. Duisb. *oculi venusti.* Ceterum adiectivum *candidulus* h. l. est ἅπαξ εἰρημένον. Adverbium *candidule*, alia (tralata) sententia habet Arnobius Adv. Gent. II. 50. Quod hic dicitur *color suavis*, supra IV. 13. 31. dictum est *coloris suavitas. Mr.*

et ea, quae Euryclia laudat, Ulyssi pedes abluens] „In cunctis MSS. Codd. et in nonnullis etiam impressis *Anticlia* legitur. Sic autem appellabatur Ulyssis mater: sed ea nusquam, neque apud Homerum, neque alium ullum poetam, quod sciam, inducitur illi pedes abluere. Quare aut erratum hoc fuit librariorum, aut μνημονικὸν ἁμάρτημα Ciceronis, cuius quaedam alia ab aliis animadversa sunt. Huiuscemodi erratum est in Plinii libro X. c. 16. sive illud memoriae lapsu ab auctore commissum sit, seu postea librariorum imperitia ortum, quod potius puto: nam vetustos vidi codices, qui rectam lectionem retinebant; nunc tamen, quod miror, etiam qui creduntur castigatiores, id mendum habent. Haec illius verba: *Nota etiam Homero fuit, Trogete vocatur, ab aliis Thya. Hanc igitur inter odores uri tradit in deliciis Circes, quam deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cum praesertim in eodem versu cedrum laricemque una tradat, in quo manifestum est de arboribus tantum locutum.* [Plin. H. N. XIII. 16. 30. p. 694. Hard. ubi nunc legitur *thyon Graece vocatur*] Locus autem Homeri, quem Plinius intelligit, est in libro quinto Odysseae [v. 59. sq.] Sic enim inquit: πῦρ μὲν ἐπ' ἰσχάροφιν μέγα καίετο, τηλόσε [τηλόθι] δ' ὀδμὴ κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου ἀνὰ νῆσον ὀδώδει, δαιομένων. *Calypsonis* igitur, non *Circes*, legendum: ibi enim de ea sermo est: id autem tam manifestum, ut amplius declarare non oporteat. Quod autem Plinius argumentatur, esse Homero *thyon* arborem, non odoramentum, quia eodem versu *cedrum laricem*que una tradat, explicare me non posse fateor. Nec enim, ut patet, eo versu, aut alio, qui circa sit, mentio ulla fit de larice. Locum autem illum in eo poeta corruptum esse non facile mihi persuadeo. Sitne igitur in hoc etiam Plinii memoria culpanda, aut potius de librariorum negligentia querendum, apud me constituere non possum. *Euryclia* autem (ut ad Ciceronem redeam) quemadmodum nunc legitur, nomen est Ulyssis nutricis quae in XIX libro Odysseae, iussu Penelopes eius pedes abluit, quo in ministerio illum ex cicatrice agnovit. Verum ea nullibi haec in eo laudat, quae Cicero hic dicit ipsam laudare. Quare credendum est, hoc ipsum ab alio poëta accepisse, qui hoc traderet. Nec enim hic Homeri ulla mentio, quamvis plerumque Cicero soleat, cum huiuscemodi res tractat, ex Homeri poemate accipere et, ut ab illo narratae sunt, exponere.“ *Victorius.* „*Anticleae* nomen omnes Codd. praeferunt, cum Palatini, tum ii, quos Vict. adhibuit. Nec si in Homero non est, continuo quoque ex Ciceronis monumentis exscalpendum. Ceterum Septenarium trochaicum ex veteri poeta hunc constituit Gulielmius: *l. o. m. c.*“ *Gebh.* „*Ulixi*: vulgo *Ulyssi:* nos autem MStum Petrens. et Ed. Ven. 1491. nostrae lectionis auctores habuimus.“ *Dav.* in Ed. I. Quamvis consentiant Codd. omnes, non dubitaverim corrigere *Eury-*

Lénitudo orátionis, móllitudo córporis:

clea; facilius enim crediderim librarios nominum similitudine fuisse deceptos, quam Ciceronem memoria esse lapsum.“ *Bouh.* „Apud Nonium mendose legitur? *ea sibi bona ducens.*“ *Frc. Fabr.*

Quae Anticlea *laudat*] Cum Anticlea fuerit Ulyssis mater, ut inter alios docebunt Servius ad Aen. VI, 529. et Scholiastes ad Callimachi Hymn. in Dian. vs. 211. Euryclea vero nutrix, quae apud Homerum Odyss. T, 392. seqq. Ulyssi pedes abluit; nonnulli libris adversantibus *Eurycleam* inculcant; alii *μνημονικὸν* hic *ἁμάρτημα* suspicantur. [In l. Ed. addiderat: de quo tamen ampliandum est. — Credibile videtur, nostro in mentem fuisse tragicum: quod ex sequente Trochaico perquam veri fit simile. Certe tragoediarum scriptores ea Ulyssi tribuerunt, quorum in Homero nulla omnino supersunt vestigia. Adi Tullium Off. III. 26.] His equidem adsentior; nam nominum similitudo facilem lapsui sternit viam. In Pacuvii certe Niptris nullus Anticleae potuit esse locus; quippe ea diu prius mortua fuit, quam res, quae fabulae ortum dedit, evenerat. Ulyssi certe inferos visenti

Ἦλθεν ἐπὶ ψυχὴ μητρὸς κατατεθνηυίας
Αὐτολύκου θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀντίκλεια.

Versus Homerici sunt ex Odyss. *Λ*, 84. *D.*

Anticlea] „Hoc si verum est, memoria lapsus est Cicero. Quia vero Edd. vett. ut Juntae, Aldi, habent *Euryclea*, id edere non dubitavi.“ *Ern.* Cum Ern. facit Schz. Or. Nobb. Tbn. Incertus est, Wolf. in scholis, in Ed. habet *Euryclea.* Ego vero certus sum, librarios ideo non permutasse vel confudisse nomina matris et nutricis, quia utrumque non noverant. Cicero ipse confudit nomina simillima; quod vero multae Edd. vett. nomen *Eurycleae* habent, ea correctio debetur sine dubio viro alicui docto, qui editioni alicui ex principibus praefuit. Aliquot Codd. Oxx. eandem correctionem habere, quamvis ex collatione Halensi coniicias, certum non est: si habent, correctori debetur. Est enim *Anticlea* in Codd. Reg. Gud. 1. (praecedit *et aeque*) Gud. 2. (praec. *et eqū*) Marb. (ut Reg.) Mon. 2. Edd. vetustissimis P. A. et Ed. D. Ii vero libri, in quibus corruptum est nomen, eandem magis scriptionem, quam correctam, referunt. Sic Aug. *et aeque anthele*, Ven. 1. *ea quae Anticlera*, Vind. 2. *et equeun dea*, Rehd. *ea quae ait dea*, Gud. *ea quae antidea* cum Mon. 1. et uno Ox., Duisb. *equant' ea*, unus Ox. *eque Anticlea vel Anticle auxilii aequorea ut clea* (ubi habes memorabile, iuxta probam scriptionem variorum errorum quasi florilegium), alius *eque Anticle auxilii.* Similе est illud, quamquam fortasse vetustissimum, discrimen in uniu personae nomine ex antiquissima de rebus Thebanis fabula. Quae enim *Epicaste* dicitur Homero Odyss. XI. 270, tragicis poetis dicitur *Jocaste.* Ceterum abest *laudat* a multis Codd. ex nostris a Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Marb. uno Ox. Scribitur *Ulyxi* in Edd. P. Junt. Car. Steph. Boul. Brut. Ald. Syll. *Ulissi* in uno Ox., *Ulyssi* in Asc. 1. 2. C. Herw. V. Rob. Steph. 2. Leod. Grut. Ern. Verb. In reliquis libris recte *Ulixi.* Vox *pe* excidit in Cod. Rehd. *Mr.*

Lenitudo orationis] Adducit haec Nonius in *lenitudo.* Ea ve Ciceroni reddenda lib. I. Offic. cap. 25. *In liberis*, inquit, *popul in iuris aequabilitate exercenda etiam est facilitas et altitudo an quae dicitur.* Rescribatur *lenitudo animi*, prout diserte repraesen tant Eliens. et Lincoln. nam *altitudo animi* plane nihil ad re facit. *D.*

ea si bona ducemus, quid erit in philosophi gravitate, quam in vulgi opinione stultorumque turba, quod dicatur aut gravius aut grandius? At enim eadem Stoici *praecipua* vel 47.

---

ea si bona ducemus] Ita Codd. optimi, Reg. Gud. 1. 2. Bern. Gryph. Mon. 1. Marb. MS. marg. Asc. 2. tres Oxx. Edd. P. S. E. L. Goth. Brut. Sylb. Gebh. Verb. Lall. Oliv. Ern. Dav. Nobb. Tbn. Dedit Or. cum reliquis *dicemus*, laudato §. 44. Sed eo quidem non probatur necessitas vel veritas eius scriptionis, quod ibi legimus: *non sunt ea bona dicenda*. (Unus Ox. habet *dicimus*.) Nobiscum sentire videmus Kühnerum. — Pro *quam* unus Ox. habet *quod*, Rehd. *cum*. Rehd. omittit *erit* post *quid*. Gud. pro *dicatur* habet *ducatur*, Vind. 1. *dicemus*. Ed. P. omittit *in*. *Mr.*

At enim eadem Stoici] „Veneta lectione restituitur hic locus, etiam praescriptis nominibus *Att.* et *M.* Ita: *Att. At enim — quae bona isti. M. Dicunt — negant.*“ *Cam.* [Erat enim: *At enim — producta dicunt, quae bona isti dicunt. Illi quidem sine his* cet.] „*At enim — producta dicunt, quae bona isti: illi quidem sine iis vitam beatam compleri, hi autem sine iis esse nullam putant.* Ita legitur hic locus in MS.“ *Ursin.* „A Cicerone haec per occupationem dicuntur, non ab eo, qui quaestionem posuit, cui nonnulli ea tribuunt.“ *Frc. Fabr.* Recte. Laudat Kühnerus Beierum de hoc usu elliptico particularum *at enim* ad Offic. I. 40. 144. p. 289. — Codd. Duisb. Vind. 2. duo Oxx. *Aut enim*. Adolescenti haec usque ad *isti* tribuunt Edd. V. Rob. Steph. Leod.; sequentia rursus inde a *Dicunt illi* Marco. Cod. Vind. 1. habet: *Stoici eadem praecipua, quae isti bona dicunt: illi quidem sine his — negant: hi autem sine his nullam esse putant.* Cod. Aug. *Stoici eadem*, unus Ox. *Stoici principia*. Pergit MS. in marg. Asc. 2. *vel praeducta*. Sequens *dicunt* omittit Gud. 2. Cod. Mon. 1. habet *bona ista*. Pergit idem cum uno Ox. *dicunt et illi*; alius Ox. habet *ducunt*; Aug. *ille quidem sine his*. Habet etiam Rehd. *sine* pro *sed*; Goth. in marg. habet pro *sed his* alios habere *sine iis*: ego autem reperio in Ven. nostr. *sine is*, in Asc. 1. 2. Junt. *sine his*. Verb. in marg. *sive his*, qui error est sive Verburgii ipsius, sive operarum: nam nemo sic habet. Duisb. *hiis* pro *his*; idem pergit *beatam vitam*, Gud. *negant compleri*. Idem cum uno Ox. omittit omnia, quae sunt inter prius et posterius *negant*, oculis librariorum aberrantibus. Duisb. *hii autem*, Mon. 2. *ii autem*. Peripateticos intelligi nemo non videt. Scripsit autem Dav. in Ed. 2. *hi aut sine his*: nihil monens, nisi vulgo legi *autem*. Fecit hoc fortasse Bentleio monente, nimirum ut respondeat sequentibus: *aut, si sit beata*. Est vero in Codd. Reg. Gud. 1. Marb. *si his esse*. Gud. 2. *si is esse*. Scripsi autem *sine iis esse* cum libris plerisque. Solus, ut videtur, Dav. ex Reg. recepit *his*. Pro *si sit* in Gud. 2. est *sit*, errore fortasse ex scriptione SIT (i. e. *si sit*) orto. Mox Vind. 1. *certe esse negant*. *Mr.*

At enim Stoici praecipua vel producta dicunt] Laudat Ursinus Codicem, qui totum hunc locum sic exhibet: *At enim eadem Stoici praecipua vel producta dicunt, quae bona isti. Illi quidem sine iis vitam beatam compleri, hi autem sine iis esse nullam putant.* Sed longe melior est reliquorum librorum lectio. Ceterum quae Peripatetici bona corporis et fortunae vocant, ea Stoici nuncupant *προηγμένα*; definiunt autem *indifferentia cum aestimatione mediocri*. Vide Ciceronem de fin. III, 16. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hyp. lib. III. cap. 24. *Οἱ μὲν Στωϊκοὶ τῶν ἀδιαφόρων φασὶ τὰ μὲν προηγμένα εἶναι, τὰ δὲ ἀποπροηγμένα, τὰ δὲ οὔτε προηγμένα οὔτε ἀποπροηγμένα· προηγ-*

producta dicunt, quae bona isti. Dicunt illi quidem: sed his vitam beatam compleri negant: hi autem sine iis esse nullam putant: aut, si sit beata, beatissimam certe negant. Nos autem volumus beatissimam: idque nobis Socratica illa conclusione confirmatur. Sic enim princeps ille philosophiae disserebat: Qualis cuiusque animi affectus esset, talem

---

μένα μὲν τὰ ἱκανὴν ἀξίαν ἔχοντα, ὡς ὑγίειαν, πλοῦτον etc. Sic etiam contra Mathem. lib. XI. §. 62. De his fuse disserit Lipsius Manud. lib. II. Diss. 23. *D.*

praecipua vel producta] Non reperiebat Cicero, quo modo Stoicum illud *προηγμένα* converteret; quare utitur duabus vocibus, quarum neutra ei omnino convenit. Alibi utitur etiam in eadem re verbis *promota, praeposita*, et ad significandum contrarium (*ἀποπροηγμένα*) *reiecta, reducta, remota.* Praeter locum primarium a Davisio laudatum (de Finn. III. 16.), cf. de Finn. III, 4, 15. IV, 26, 72. V, 30, 90. Beier. in Excurs. VI. ad Cic. de Off. I. p. 320. Quod Wolfius in scholis *compleri* explicat *effici*, accuratius dixisset *perfici, absolvi.* Similiter loquitur Cicero de Finn. V, 24, 71: *complent ea quidem beatissimam vitam, sed ita, ut sine illis possit beata vita existere.* — Pro *Nos autem* Cod. Mon. 1. habet *Hos autem*, frequenti in literis maiusculis confusione. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. VI, 586. Mox Cod. Gud. *idque nobis quidem.* Unus Ox. omittit *illa*, mox duo alii *ille.* Rehd. habet *princeps ille philosophorum*: quod est vel interpretis vel correctoris. Similiter de N. D. II. 66. 167. est: *a principe philosophiae Socrate dictum est*, ubi item vulgo (etiam apud Ern.) legitur *philosophorum*: quamquam illud habent et Codd. et probae Edd. vett. Ceterum recte monet Or. ad Wolfii scholas, certam non esse huius sententiae sedem eum locum, quem ex Platone excitaverit in ann. seq. Davisius. Pro *animi* est *animus* in uno Ox. et Cod. Rehd. De locutione *animi affectus* pro qua recentiores simpliciter solent dicere *affectus*, vid Menkenii Obss. L. L. p. 37. Laudat nostrum locum etiam Jo. Valensis in Compendiloquio p. 188. a. ubi est: *princeps philosophiae Socrates disserebat, qualis cuiusque affectus esset, talem esse hominem.* Vides eum hominem voce *animi* commode potuisse carere. Memorabilis est repetitio vocis *autem* paucis interiectis: *qualis autem ipse — orationi autem — Affectus autem animi*: qualia recentiores nonnunquam fastidiunt: Cicero, ut vides, non item. *Mr.*

Qualis cuiusque animi adfectus] Respicere videtur ad Platonis de Rep. lib. III. pag. [400. d. St.] 438. ubi Socrates *Τί δ' ὁ τρόπος τῆς λέξεως καὶ ὁ λόγος, οὐ τῷ τῆς ψυχῆς ἤθει ἕπεται — τῇ δὲ λέξει τἄλλα*; Apud auctores passim feruntur huiusmodi dicta, quorum nonnulla corrasit Aeg. Menagius ad Laertii I, 58. Nos, iis omissis, alia dabimus. Demophilus in sent. Pythag. pag. 620. *Οἷον γὰρ τὸ ἦθος ἑκάστου, τοιόσδε ὁ βίος καὶ αἱ πράξεις· ψυχὴ γάρ ἐστι ταμιεῖον, ἀγαθῇ μὲν ἀγαθοῦ, κακὴ δὲ κακοῦ·* Clemens Alexandrinus Protr. pag. 95. *Οἷαι μὲν αἱ βουλαί, τοῖοι καὶ οἱ λόγοι· ὁποῖοι δὲ οἱ λόγοι, τοιαίδε καὶ αἱ πράξεις· καὶ ὁποῖα τὰ ἔργα, τοιοῦτος ὁ βίος.* Omnino fallitur V. Cl. Joan. Potterus, qui parum felici conatu versus Jambicos, eosque male natos, hinc extudit. Quinctilianus Inst. Orat. lib. XI. cap. 1. *Profecit enim mores plerumque oratio et animi secreta detegit; nec sine causa Graeci prodiderunt*, ut vivat, (lege *vivit*) quemque etiam dicere. Senec Epist. CXIV. *Apud Graecos in proverbium cessit*, talis hominibus fuit oratio, qualis vita. Vide sis et Aristidem Orat. Sacr. I. pag.

sse hominem: qualis autem homo ipse esset, talem eius sse orationem: orationi autem facta similia, factis vitam. ffectus autem animi in bono viro laudabilis; et vita igitur udabilis boni viri: et honesta ergo, quoniam laudabilis: x quibus, bonorum beatam vitam esse, concluditur. Et 48.

---

99. Eusebium H. E. lib. VI. cap. 3. et Joan. Wowerium Polym. ap. XIX. pag. 224. *D.*

homo ipse esset,] Edd. omnes *ipse homo esset,* quod sine dubio melius sonare sentiebant editores. Nos, qui nolumus corrigere Ciceronem, libros sequendos duximus MSS. Et habent *homo ipse* Codd. leg. Gud. I. Aug. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Mon. I. 2. Vind. I. 2. Collatio Codicum Oxx. verborum ordinem parum respicit. Unus horum omittit verba *qualis — orationem.* Quod vero plerique libri pro *orationem: orationi* habent *rationem: rationis:* videlicet Reg. Gud. I. 2. (hic habet *ei* pro *eius,* quam voculam plane omittit Mon. I.) Gud. Duisb. Marb. Vind. I. 2. duo Oxx. Mon. I. 2: id vero, utpote sententiae Ciceronis contrarium, recipere non potuimus. Sola Ed. P. habet *orationem: rationi,* sola A. *orationem: rationis.* Unus Ox. habet: *est, talis in eis orationem;* unus Ox. *rationem: rationi* (nec vero Reg. ut falso refert Verbg.), alius ut Ed. P; alius ut Ed. A. pro *similia* est *simillima* in Cod. Gud. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. I. 2. Pro *vitam* est *vita* in uno Ox. *Mr.*

et vita igitur laudabilis boni viri et honesta. Ergo quoniam] Et distinctionem et lectionem Victorii, quicum faciunt quinque Palat. Fabr. Vatican. secutus sum. Vulgo *boni viri honesta ergo, quoniam* etc.“ *Gebh.*

Et honesta ergo, quoniam laudabilis: ex quibus] Vulgo, *et honesta. Ergo, quoniam laudabilis, ex quibus* etc. Se Victorii distinctionem secutum testatur Gebhardus, et ita praeclare sibi suo munere functus videtur, licet hac ratione sensus omnino nullus sit factus. Nos igitur interpunctionem commodam revocavimus, eamque praestat Med. *D.*

et vita igitur — viri: et honesta ergo, quoniam] Recte revocavit Junt. meliorem distinctionem, quem secuti sunt editores seqq. Verba *et vita igitur laud.* exciderunt in duobus Codd. Oxx., in uno et Duisb. voces *ergo quoniam laud.* Alius pro *ergo* cum ed. vet. Bouhierii habet *igitur.* Gud. omittit *et* ante *vita,* habetque cum Vind. I. 2. *boni viri laudabilis.* Vocem *et* ante *honesta* omittunt Edd. M. L. Flood. Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Sylb. Lambb. Goth. Quam vero Victorii esse distinctionem ait Gebh., eam, merito Davisio improbatam, habent iam Ven. nostr. Asc. I. 2. Junt. Crat. Herw. et Rob. Steph. Quod vero alterum *et* eiecerunt Man. et Lamb., id probari nequit: quidem enim iure prius etiam abiiceretur, cum *et — igitur* non minus cohaerere possit, quam *et — ergo,* neque certe, si abesset utrumque, commendando addere quisquam necessarium duxerit. Neque tamen cum Wolfio *et* pro *etiam* dictum contenderim. Conf. de nostro loco Handii Tursellin. II. p. 506. *Mr.*

ex quibus, bonorum —] Cod. Mon. I. *honorem,* unus Ox. *honorum,* Mon. I. Gud. 2. Rehd. Duisb. *vitam beatam,* alius Ox. *concluditur.* Scribitur *proh deorum* in Codd. Mon. I. 2; *deum atque hominem* in uno Ox. Ad haec Beroaldus: „Exclamatio est usitatissima, nam Satyrographus illo versu decenter usurpat:

Nos hominum divumque fidem clamore ciemus:

Hi *fidem* accipimus pro *auxilio,* sicut apud comicos poëtas. Dicemus *proh deûm fidem* et *proh deorum* Latine et eleganter. Alterum contractum est et imminutum, alterum plenum et integrum. Auctor

enim, pro deorum atque hominum fidem! parumne cogn
est superioribus nostris disputationibus, an delectationis e
consumendi causa locuti sumus, sapientem ab omni concita
animi, quam perturbationem voco, semper vacare? se
in animo eius esse placidissimam pacem! Vir igitur
peratus, constans, sine metu, sine aegritudine, sine al

est M. Tullius in Or. [46, 155.] ubi ait hoc quoque: *Atque et
quibusdam sero iam emendatur antiquitas, qui haec reprehendunt:
pro deum atque hominum fidem, deorum aiunt. Ita credo: ho
nesciebant: an dabat hanc licentiam consuetudo?* Quintil. I. Inst.
p. 76. Burm.] testis est fidem *deûm* pro *deorum* dicendum ess
decori et consuetudini serviamus." Codd. Reg. Gud. 2. Marb. *fid
fidem.* Rehd. omittit cum uno Ox. *fidem;* et sic teste Donato a
rent. Phorm. III. 3. 4. [*pro deum immortalium,* non addito
scripserat Cicero in Oeconomico: quem locum laudat Or. a
scholas. V. Cic. Fragmm. p. 472. ed. Orell. Ceterum de hac
mula vid. Gernh. ad Cic. Lael. 15. p. 113. Pergit Cod. Marb
rumne cogitatum est. Vind. 1. omittit *est,* unus contra Leid.
est hoc, quod placebat Bouhierio. *Mr.*

an delectationis et otii — causa] „Palatin. sec. nescit *consum*
mihi resipiscit glossam." *Gebh.* Idem verbum omittitur in d
Oxx. Cod. Gud. 1. habet *dilectationis.* Gud. 2. *an otii.* Mon. 2
causa et ocii consumendi. Vind. 1. *causa consumendi.* Quae f
suspicioni Gebhardi. Sed nihil mutandum. Non enim modo
mendi verbo saepius utitur Cicero de *tempore,* veluti Philipp. 1
de Univ. 1; sed ipsa nostra locutione usus est loco minime dub
Or. I. 13. 57: *ut — consumendi otii causa disserant.* Post *sapi*
unus Ox. habet *ac bonum* pro *ab omni;* utrumque iungit Cod.
Ad seqq. cf. Ep. ad Qu Fr. I, 1, 13, 39: *vehementiores animi
tationes.* Mox unus Ox. omittit *eius.* Verba *placidissimam*
Dausqueius adhibuit Silio Italico I. 11. p. 7. ed. Paris. 161
proximis unus Ox. exhibet *temperans. Mr.*

sine alacritate ulla, sine lubidine, nonne beatus?] „Nonius
pag. 221. b. ed. Paris. 1583: „*Alacritatem in malis habendam
Tusc. ostendit: Vir igitur — sine alacritate, ulla libi
non vexatus.* Cod. Mon. 1. *sine libidine, sine alacritate ulla.*
omittit *sine lubidine,* Vbg. ex Cod. ut videtur Fabr. enotavit *a
tudine,* Edd. B. S. Junt. *sine alacritate, ulla sine lib.,* A. *alac
illa, sine lib.,* Ven. nostr. *alacritate: illa sine libidine.* Ed
Rob. Steph. Herw. *sine ulla alacritate.* Cod. Fabr. *alacritudine,*
in ann. Gebh. In Ed. 2. Dav. protulit etiam coniecturam *ina
ulla:* ipse autem recepit *futili. Mr.*

Sine alacritate ulla] Ita Codices et Nonius in *alacritatem*
Bentleius legit *sine alacritate futili.* Cogitaram: *sine alac
vana.* Sed eodem redit, sive Bentleianam rationem sequaris,
nostram. *Dav.*

sine alacritate ulla,] „Equidem propius ad vulgatam,
Bentl. et Dav., legerim: *sine alacritate stulta.*" Bouh. „Malim
alacritate illa. Nam *alacritas* etiam bono sensu dicitur; *illa*
nota, uti saepius dicitur." *Nissen.* Schützius nec Bentleiana ne
visiana emendatione opus esse existimat. *Mr.*

sine alacritate ulla,] Kühn. eam significari alacritatem ait,
ex Stoicorum mente est improbanda, cum sit laetitia gestiens;
quidquam renitentibus libris esse mutandum, cum saepius Cicer
critatem in malam partem posuerit, v. c. IV. 16. IV. 17. V

e ulla, sine lubidine, nonne beatus? At semper sapiens p. 139.
is. Semper igitur beatus. Iam vero quî potest vir bo- a.
n non ad id, quod laudabile sit, omnia referre, quae agit
neque sentit? Refert autem omnia ad beate vivendum;
ita igitur vita laudabilis: nec quicquam sine virtute
dabile: beata igitur vita virtute conficitur.

Atque hoc sic etiam concluditur. Nec in misera vita 17
cquam est praedicabile aut gloriandum; nec in ea, quae 49.
misera sit, nec beata. Et est in aliqua vita praedica-

---

em in scholis *ulla* suspectum erat, utpote nihil addens sententiae, esertim cum reliqua substantiva sine eo ponantur. Ego, ut dicam d sentio, non solum voce *ulla* offendor, quia nihil addit senten-, sed etiam quia falsam reddit sententiam. *Alacritas*, non addito ictivo, est vox media, quam dicunt: potest esse laudabilis aeque ue improbanda. Quod si dicas, *sine alacritate ulla*, omnem in ente reprobas alacritatem, eam quoque, quae virtutem adiuvat. im igitur facere cum Nissenio, cuius coniecturam non omni vete- librorum auctoritate destitutam esse vidimus. Sed cum non modi sit vulgata, ut ferri plane nequeat, invitis Codd. nihil no- voluimus. In laude ponit *alacritatem* Cicero ad Famm. I, 9, 16: *egregia animi alacritate* dicit Metellum exilium tulisse. *Mr.*

At semper sapiens talis.] Cod. Gud. omittit *at*. Eius loco Cod. l. 1. habet *aut*. Duo Oxx. ut videtur *at talis sapiens talis*. Sed ent fortasse ut Mon. 1. *at talis sapiens semper*. Pergit Ed. P. tur *semper*. Gud. 2. omittit *igitur*. Rehd. pro *beatus* habet *sapiens*. n Duisb. *Itaque qui*. Rehd. *Iam vero quo*. Est hoc *quo* ortum compendio glossae *quomodo*, quam totidem literis exhibet Cod. . Mox Duisb. *vir beatus*; Gud. 2. omittit verba *sit — viven-*. Rehd. habet *referre omnia*; idem cum Gud. *quae agit, quae sit*, unus Ox. *quae agit, quaeque referret*. Mox Duisb. *omnia ad e vivendum*. Iam saepius vidimus huius Codicis scriptorem con- dere locutiones *bene vivere* et *beate vivere*. Sed ipsum Ciceronem inguere utrumque nemo nescit. Ea sibi invicem opponit de Finn. 8: *hos ego — bene quidem vivere, at beate nunquam dixerim*. Saepe em iungit *bene beateque vivere*, veluti Parad. 1. extr. *Profecto il est aliud bene et beate vivere, nisi honeste et recte vivere*. De oque optime disputat H. Stephanus in Schediasmatum Variorum I. c. IX. p. 38—45. (Paris. 1578. 8.). Post *beata* Cod. Rehd. omit- *igitur*, eius loco Ed. P. habet *ergo*. Post *laudabilis* Cod. Gud. 2. git *vel nequicquam*, Gud. 1. *nequicquam*. In fine capitis Cod. g. *beata igitur vita laudabilis conficitur:* aberrante librarii oculo priora. *Mr.*

c. 17. *Atque hoc sic etiam concluditur.*] Cod. Aug. *haec;* Marb. *etiam*, Rehd. *quicquam esse*. Post *praedicabile* desunt verba *aut* usque ad *aliqua vita praed.* in Cod. uno Ox.; Cod. Gud. 1. habet *edicabile aliquid et gloriandum*: sed *aliquid* punctis notatum voci *et* superscriptum est *aut*. Gud. 2. habet *praedicabile aut riandum ac prae se ferendum*, ita ut duae fere lineae exciderint emque desunt etiam in alio Ox. Cod. Vind. 1. pro *aut* habet *et;* uno Ox. abest primum *nec;* alius habet *ad* pro *aut*. Cod. Mon. 1. *ne. Mr.*

Et est in aliqua vita] „Videtur mihi flagitare sententia *At est*." h. Quod non est necessarium. Ut paucis defungar, vid. modo de nificatione vocis *et* intensiva, assumtionis, consecutionis, Goerenzii

bile aliquid et gloriandum ac prae se ferendum: ut Epaminondas,

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum;

ut Africanus,

A sole exoriente, supra Maeoti paludes,

---

indicem ad Cic. de Finn. p. 669. ibiq. laudd. Pergunt Edd. Grut. Ern. *aliquid aut gloriandum*, quem errorem tribuit typographo Or. Habent eundem Edd. Verb. Gruteriana Londinensis, Gron. et Alt. Inter *prae* et *ferendum* excidit *se* in Ed. P. Cod. Vind. 1. habet *per se*. Billerb. *prae se ferendum* explicat *προηγμένον*. Egregie scilicet! Cod. Aug. habet *ac proferendum*. Pergunt Mon. 1. Vind. 1. et unus Ox. *ut ait Epam.* Cod. Marb. omittit omnia inde a verbis *ut Epam.* usque ad *prae se ferendum sit. Mr.*

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum:] „Epaminondas Thebanus, non solum belli artibus clarus, sed etiam in liberalibus studiis et philosophia excellens, elegos quosdam versus scripsit, quibus res a se gestas celebravit, qui postea in basi statuae, quae ei erecta est, insculpti sunt. Primus erat: *ἡμετέραις κ. τ. λ.* [v. annot. Dav.], quem hic Cicero fideliter in Latinum convertit. Graecus est apud Plutarchum in Commentario, cui titulus est, Quod nemo potest iucunde vivere sequens praecepta Epicuri. Ait enim: *εἰ δ' οὖν ταῦτα φήσει τις εὐφροσύνας καὶ χαρὰς, σκάπει τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἡδονῶν ἐκείνων· ἡμετέραις κ. τ. λ.* Pausanias in Boeoticis non hunc solum adducit, sed tres deinceps alios. Cum enim multa de fortitudine et clementia eius locutus esset, sic infert: *τῷ δὲ ἀνδριάντι τοῦ Ἐπαμινώνδου καὶ ἐλεγεῖα ἔπεστιν ἄλλα τε ἐς αὐτὸν λέγοντα, καὶ ὅτι Μεσσήνης γένοιτο οἰκιστὴς καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὑπάρξαι ἐλευθερίαν δι' αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔχει τὰ ἐλεγεῖα· ἡμετέραις — ἐλευθερίᾳ:* [v. Dav. ann.]“ *Victorius.* „Nos ita aliquando illud epigramma vertimus:

Consiliis nostris detonsa est gloria Spartae,
Et Messana iterum cultor in urbe frequens.
Victricemque gerunt Thebarum moenia laurum,
Et gaudet posito Graecia servitio.“ Camer.

A. Schottus Nod. Ciceron. II. 17. p. 334. ex uno Cod. pro *attonsa* enotavit *attusa*, ab *attundo*. Cod. Rehd. habet *tonsa*, Gud. *Accensa*, Aug. omittit verba *laus est*. Duo Oxx. pro sequente *ut* habent *et*. *Africanum* intellige *Maiorem*. Cod. Aug. habet *Affricanum*. *Mr.*

Consiliis nostris] Graece sic legitur apud Plutarchum Tom. II. pag. 1098.

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν.

Integrum Epigramma fuit huiusmodi,

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν,
Μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται,
Θῆβαι δ' ὅπλοισιν μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίᾳ.

Id exhibet Pausanias in Boeot. pag. 565. *D.*

A sole exoriente, supra Maeotidas paludes nemo est, qui me factis aequiperare queat] „In Venetis ita versus reducti ad numeros suos leguntur:

A sole exoriente supra Maeotis paludes
Nemo est, qui factis me aequiparare queat.

Non tamen prorsus reiicere possum illam scripturam *Maeotidas paludes* pro *pludes*. Nam veteres breves saepe syllabas veluti absorpserunt pronuntiando, ut in *cauneas* pro *cave ne eas: fnestra, snex* pro *festra, senex*: ut in Plautinis crebro. Ita et puto Horatium fecisse:

Nemo 'st, qui factis me aequiperare queat.

sterilisque diu plus, pro *palus*." *Camerar.* Idem in Comm. maj. „Nos aliquando suspicati sumus, non male versus istos legi posse:

A sole exoriente supra Maeotida nemo
Est, qui me factis aequiparare queat.

Quod non ideo refero, quasi Venetam scripturam improbem, quae fide nititur veterum exemplorum; sed ut intelligeretur, quid illa ope destitutis nobis aliquando in mentem venisset. Nam *Maeotida* et *Maeotin* singulari numero certe vocarunt paludem Scythicam effluentem in Pontum Euxinum, quem et matrem ponti nominarunt, ut Herodotus scripsit *Μελπομένη*. Videtur autem Ennius hac figura orationis universum orbem terrarum significare voluisse, ut exoriens sol matutinam et australem plagam, Maeotis palus septentrionem et occasum designaret." *Mr.*

Maeoti' paludes] „Pall. pr. quart. *Meotides*: unde non inepte cum Hier. Columna in Ennium *Maeotidi' pludes* feceris." *Gebh.* „Aliquot libri habent *Maeotides*, alii *Maeotidas*, in his unus Leid. et ed. mea vetus. Sed videntur hae librariorum correctiones. Scripsit Ennius *Maeotis* pro *Maeotidis*, ut Plautus Epidico I. 1. 33. *Theti* pro *Thetide*." *Bouh.*

Supra Maeotis paludes] Ita meliora Ciceronis exemplaria habere fatetur Hier. Columna ad Ennii fragm. pag. 163. Cum tamen in aliis sit *Maeotidas paludes*, legendum coniicit *Maeotido' pludes*. Cl. Mamertinus Paneg. II, 16. versum sic laudat,

A sole exoriente adusque Maeotis paludes.

Quin et apud Ciceronem Balliol. dat *a sole exoriente* Meondas usque *paludes*, ut forsan utrobique scribendum sit

A sole exoriente Maeotidas usque *paludes*.

Similiter prima syllaba vocabuli *Maeotis* corripitur apud Ovidium Trist. lib. III. El. XII. 2. *Dav.* [In Ed. 2. Davisius improbata Columnae coniectura receptam pridem scripturam firmari aliquo modo dicit ea quae est apud Mamert. ipseque coniicit: *Maeotis adusque paludes*.] Vid. ad Mamertini locum C. G. Schwarzium p. 138. ed. pecul. p. 196. Ed. Jaegeri. *Mr.*

A sole — paludes] Cod Vind. 1. Ed. Ven. nostr. *oriente*; unus Ox. omittit *supra*, et habet *Maondas*, tres et Duisb. *Maeotides*, Mon. 1. 2. Ed. Ven. Alt. *Meotides*, unus Ox. *Meontides*, alius cum Gud. 1. MS. in marg. Asc. 2. Vind. 2. Ed. Dav. *Maeotis*, Vind. 1. Ed. Junt. *Meotidas*, Gud. 2. *Meotis*; Edd. P. A. B. S. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Herw. (in hac est *super*) habent *Maeotidas*, De quantitate vocis *Maeotis* quod ad syllabam primam vid. Krebs. Prakt. Metr. p. 30. Nec vero locus intelligendus est, ut a plerisque interpretum explicatur: a sole exoriente usque ad paludes Maeotidas, quas esse volunt dictas pro sole occidente. Est: inde a sole exoriente, qui supra paludes Maeotidas, i. e. ultra eas, exoritur. Oppositio autem, quae omissa est, intelligenda: usque ad solis occasum, nimirum ubi rerum ab Africano gestarum quasi scena fuit. *Mr.*

Nemo est, qui factis me aequiperare queat] „Provocabulum *me* abest recte a Longobardico Codice Toletano, et durius reddit carmen." *Schott.* Nod. Cic. II. 20. „Delevi *me* plurimis libris fretus, nam in Toletano, Palat. quart. Vatican. provocabulum *me* disparet. *aequiperare* vero posui ex Ed. Veneta, Victor. Pall. sec. tert. quart. Vatic." *Gebh.* „*Aequiperare*, ut primae Venetae Edd. omnium vetustissimae, Aldus, Manut. Victor. edidit. quibus Gryph. liber suffragatur. alii *aequiparare* habent." *Brut.* „Invitis etiam libris MSS. et Ed. mea

50. Quod si est beata vita, glorianda et praedicanda et prae se

vet. invitoque Schotto legendum videtur cum Davisio *me aequiperare*. Quod de versus duritie dicit, id apud Ennium quidem nullius plane est momenti." *Bouh.*

Qui factis me *aequiperare queat*] *Me* trium Msstorum suffragiis male ablegaverat Janus Gebhardus. Cum vero *pronomen* illud flagitaret sensus, reducendum putavi, licet Gebhardianis accedant nostri Codices. *D.*

me aequiperare] „Addidi *me* cum Davisio, salvo versu et postulante sensu. Est autem *me* in Edd. Junt. Ald. 1. etc." *Ern.* Tuentur *me* tres Oxx. Duisb. (sed ante *factis*) Mon. 1. (item) Edd. A. B. Asc. 1. 2. (item *me* ante *factis*) et omnes ante Gebh. excepta Ven. Alt. Scribitur *aequiparare* in uno Ox. Edd. S. E. M. L. Ald. Sturm. Sylb. Car. Steph. Goth. *Mr.*

Quod si beata vita] „Corrigit hic Lamb. pugnantibus, ut solet, libris omnibus, *quod si est, sola beata vita glorianda et praedicanda*. At mutare quid attinet? ductum enim ab adiunctis argumentum: *si est beata vita glorianda, etiam praedicare eam et ostentare licet.*" *A. Schott.* l c. p. 336. „Lambinus, ut mihi videtur, rectissime. Nisi addatur verbum *est*, oratio claudicare et manca plane esse videatur." *Brut.* „Haec est complexio, in qua ex remotione duarum partium disiunctionis tripartitae quarta concluditur. Male igitur vulgo legitur: *quod si beata vita gl.*" *Frc. Fabr.* „Schotti explicatio non satisfacit: quid enim aliud est praedicare et ostentare, quam gloriari? Nec vero etiam Davisii emendatio Lambinum sequentis [non plane eum sequitur] commodam exhibet sententiam. Quid enim? Nonne Epicurei etiam dicant, esse quibus gloriari possimus, iisque vitam esse beatam? Minus etiam ferri possunt, quae sequuntur. Non enim de eo disputat Cicero, utrum glorianda sit vita beata (de eo enim non dubitatur), sed num sola virtus beatam efficiat vitam. Libri nihil adiuvant. Unus Leid. habet *quod si beata vita et glor.* Non intelligo locum, nisi legamus: *Quod si est, beata virtus et glorianda, et praedicanda et prae se ferenda est. Nil est autem aliud, quod*, cet. Ferri etiam potest *enim* pro *autem*, si dicas eo sensu positum, cuius exempla sunt apud Wopkensium Lectt. Tull. p. 64. et 257. Videntur librarii mutasse *beata virtus* in *beata vita*, quae in hoc libro tam frequenter legitur." *Bouhier.* „Davisii lectionem res et ratio postulat." *Ern.*

Quod si est; beata vita] Vulgo, *quod si beata vita*. Nec aliter Codices. Sed lectionem sequor, quam Lambinus, probante Cl. Bentleio, dedit: eamque loci mens flagitat. *D.*

Quod si est, beata vita glorianda —] Accedunt ad Davisii lectionem Lall. Ern. Schz. FAWolf. Or. Neque ego discedo: sed cum Nobb. et Tbn. non distinxi post *est*, sed post *vita*. Facit item cum Davisio Goerenzius ad Cic. de Legg. I. 16. 45. p. 71. qui confert c. 6, 17: *quod si est, qui — omnia humana — tolerabilia ducat, — quid est, cur is non beatus sit? et, si haec virtute efficiuntur, quid est, cur virtus ipsa per se non efficiat beatos?* Ceterum habent verbum *est* quatuor Codd. Oxx. et Vind. 2. idem Vind. 2. pergit *vita beata*, Gud. 1. *et* addit ante *glorianda*. Duo Oxx. habent *et praeferenda*, omisso *se*, cum Cod. Duisb. Post *nihil est* Duisb. et Rehd. omittunt *enim*, Aug. habet *nihil enim*, omisso *est*. Post haec rursus *se* omittit Duisb. ante *ferendum*, itemque Cod. Aug. Ad v. *intelligi, quid sequatur* Nissenius: „scilicet, ut vita beata, quoniam gloriosa, etiam laudabilis, ergo honesta sit." Pergit Cod. Aug. *et equidem*,

renda est. Nihil est enim aliud, quod praedicandum et rae se ferendum sit. Quibus positis, intelligis, quid sequatur. Et quidem, nisi ea vita beata est, quae est eadem honesta; sit aliud necesse est melius vita beata. Quod enim honestum, certe fatebuntur esse melius. Ita erit beata vita melius aliquid: quo quid potest dici perversius? Quid? quum fatentur satis magnam vim esse in vitiis ad miseram vitam, nonne fatendum est, eandem vim in virtute

---

um unus Ox. omittit *beata*, alius *est*. Pergit Ed. P. *quae eadem st. Mr.*

sit aliud necesse est melius] „*Aliquid* intellige *aliud quid*, ut epe dicitur.“ *Ern.* Idem ad seqq. *Quod erit enim* cet. „Sensus est: i aliquid est melius vita beata, honestum certe id esse debet. Ceteum hic locus totus non bene rationem concludere, nec adeo sanus tis videtur.“ Ad eadem Nissenius: „Vita beata honesta est. Quod i vita, quae beata, non eadem honesta est, cum in vita aliquid laudaile esse debeat, idque nec in misera, nec in ea, quae nec misera, ec beata sit, nec in beata insit; aliud quid aut beata vita, aut honeste melius debet esse. Atqui honesto nihil melius; ergo, vita beata liud quid melius sit, necesse est. Quo quid potest dici perversius? x hac commentatione elucet, in quo mendum vulgatae lectionis ntem latere. Scilicet sine dubio legendum est: *quod erit enim honestum, eo certe fatebuntur nihil esse melius.*“ In seqq. Cod. Duisb. *t melius beata vita.* In Codd. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Edd. te Gebh. (exceptis Vict. et Rob. Steph.) est *quod enim erit;* Aug. ittit *enim*, Gud. 1. habet supra lin. a 2. m., Gud. 2. *quod erat nestum enim fatebuntur certe esse melius.* Duisb. *fatebuntur certe,* hd. *melius esse.* Tum Gud. 2. Gud. Duisb. *erit vita beata,* Rehd. t *aliquid melius beata vita.* Cod. Gud. 2. *vita beata melius.* Tum d. 2. *quo quid potest dici virtute perversius?* Pergit Cod. Aug. od *quum*, Marb. *quid tum*, unus Ox. *quid enim*, alius *qui* n. *Mr.*

Quid? quum fatentur] „Malim *cum fateantur*: et sic duo Leiices. Unus eorum habet *vim virtutum esse*, quod eo magis placet, od fere omnes reliqui, et Ed. mea vetus, exhibent *virtutem*, quod xime ad illam lectionem accedit. Denique deleverim alterum m, quod plane est supervacaneum, neque legitur in uno Leid.“ d.

Quid? quum fatentur, satis magnam] Habent etiam *fateantur* duo Rehd. et Ed. P. Sed coniunctivus correctorum est. Cod. Gud. pro *nonne*. Duisb. a 1. m. *faciendum*. Supra lin. *fatendum*. Marg. b. et Goth. habent conlecturam: *nonne fatendum eis est.* Ad Gebhardus: „Tres Palatin. priores *vim virtutem esse*, quart. *vim esse ad beatam vitam.*“ *Mr.*

Vim in virtute esse] Bene quidem Latine; cum tamen Pall. tres, Pithoean et Cantab. exhibeant *vim virtutem esse*; ut opinor scripsit *vim virtuti inesse*, vel saltem *vim in virtute inesse. D. ndem vim in virtute esse*] Quatuor Oxx. Mon. 2. Ed. P. *vim esse*, unus Ox. Gud. 1. Aug. Marb. Reg. (quamquam collatio xhibet *vim in virtutem*) *vim virtutem esse*, Rehd. *eandem nisi m esse*, Gud. *in virtute vim esse*, Duisb. *vim in virtutem esse*, *andem virtutem esse*, Vind. 1. *vim in virtutum esse.* Ex hac diversitate, cum vel optimi libri a vulgata discedant, ad orum vestigia correxi *vim in virtute inesse*: quam saepe

inesse ad beatam vitam? contrariorum enim contraria sunt
51. consequentia. Quo loco quaero, quam vim habeat libra illa Critolai? qui, quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere il-

---

autem vocula *in* praecedente litera *m* absorpta sit, vel in eandem literam mutata, non est quod doceam. Vide modo Sciopp. de Arte Crit. p. 51. Beier. ad Cic. de Off. III. 4. 20. p. 215. Goerenz. ad Acadd. II. 21. 68. p. 127. ad de Finn. II. 4. 13. p 132. Bouhierii, quam in annotatione paullo superius expromsit, rationem non placituram existimo rem accuratius perpendenti: neque cum eodem *vitam* abiecerim post *beatam*, quamquam etiam abest ab uno Ox. et Cod. Vind. 2. Non enim sunt hi libri eiusmodi, ut, non accedentibus praestantioribus, iis fidem habere possis: etiamsi habeant nonnunquam, quod non displiceat. Ceterum §. 53. bis legitur *ad beate* pro *ad beate vivendum*. Alius Ox. in proximis omittit *enim*: absorpto videlicet eius compendio litera antecedente. *Mr.*

Quo loco quaero, quam vim — Critolai?] *Vim habere* esse i. q. *docere* probat Ochsnerus ad Cic. Eclogg. p. 173. ex Tusc. I. 22. de Off. III. 9. Ad sententiam confert Cic. de Off. II. 25. Rhet. ad Herenn. III. 6. De libra Critolai Perizon. ad Aelian. V. H. III. 17. p. 239. sq. Beroaldus ad h. l. haec: „In illa nobili trium philosophorum legatione, quam Athenienses Romam miserunt, fuit Critolaus Peripateticus. — Fuit autem hic Critolaus facundia scita et tereti praeditus: qui, volens ostendere quanto maiora essent bona animi bonis corporis et fortunae, utebatur hac librae similitudine, de qua in V. de Finibus sic scriptum est [c. 30.]: *Virtutis autem amplitudinem quasi in altera librae lance pone. Terram, mihi crede, ea lanx et maria deprimet.* Sententia est: cum Critolaus et Xenocrates tantum tribuant virtuti, quid prohibet eos non ponere vitam beatissimam in virtute? Illi enim dicunt beatam vitam effici virtute, sed non beatissimam: quoniam necessaria sunt bona corporis et fortunae, sine quibus cumulatissima perfectissimaque beatitas effici non possit.“ Ceterum vid. de libra Critolai Beierum ad Cic. de Off. III. 8. 35. p. 241. Cod. Mon. 1. cum uno Ox. habet *libera*, prior *Critolei*, alius Ox. *Aristotelis*; duo *bona anteponat*, quorum unus pergit *in altera corpus*. Quae sint externa exponitur loco laudato ad Herenn. III. 6. *Mr.*

Tantum propendere illam animi *lancem*] Sic optime Cl. Bentleius. Vulgo *boni*. *D.*

tantum propendere illam boni lancem putet] Vid. Bentl. ann. „Legi velim *illam honesti lancem*, pro quo *boni* ex scripturae compendio legerunt imperiti.“ *Bouh.* „*Illam bonorum animi lancem*.“ Ita regius optimus. Alii vel *boni lancem* habent cum vulgatis, vel *animi lancem*.“ *Lallem.* „*Illam* sc. superiorem, quae animi bona habet. Sed ita *boni* redundat: nec melius est Davisianum: *illam animi lancem*. Optime MS. Reg. Paris. *bonorum animi lancem*, quod recepi.“ *Ern.* „Verba *bonorum animi* glossam sapiunt. Vulgatum quidem *boni* aut ex antecedente, aut e consequente decerptum videri potest. Sic Bentleium quoque censuisse video.“ *Nissen.* Uncinis inclusit Wolfius, quae recepta erant a Lallemanno et Ernesto verba *bonorum animi*: idem fecit Schützius, plane eiecit Or. idque factum probat Kühn., non improbat Ochsn. Servarunt utrumque sine uncinis Nobb. et Tbn. Beierus, qui adhibet nostrum locum loco Off. III. 4. 18. [ubi est: *neque ea* (commoda) *volunt praeponderi honestate:*] nostrum locum ita corrigi volebat: *tantum praepond*

lam bonorum animi lancem putet, ut terram et maria deprimat.

Quid ergo aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratem 18
illum gravissimum philosophorum, exaggerantem tanto opere
virtutem, extenuantem cetera et abiicientem, in virtute non b.
beatam modo vitam, sed etiam beatissimam ponere? quod

---

rari lancem putet. In quo ita abreptus est eiiciendarum glossarum cupiditate, ut sanissimam etiam et maxime necessariam vocem, *illam*, eiiceret. Sed talia facere impune licet maiorum scilicet gentium criticis. Omnium, ut videtur, codicum solus Bern. omittit verba *bonorum animi;* sed cum ea servet Regius, eorumque ex compendio scribendi [BŌĀI.] orta esse videatur scriptio BONI, quam habent Codd. Gud. 1. Marb. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Edd. omnes vett. usque ad Gebh., ego eam optimi Codicis scriptionem, ut Ciceroni optime convenientem, recipiendam existimavi. Cod. Aug. habet *autem perpendere — putat et terram.* Unus Ox. habet *illa* pro *illam*, alius *laudem* pro *lancem*, solus Gud. 2. *illam animi lancem;* Gud. 2. *ut terram maria.* Ad sententiam laudat Ochsn. non tantum de Finn. V. 30. ubi est: *Terram, mihi crede, ea lanx et maria deprimat*, sed etiam Tusc. V. 41. Offic. III. 3. et 8. de Amic. 17. *Mr.*

Ut terram et maria deprimat] In bilance leviora non *deprimuntur*, sed attolluntur. Est igitur ἄνυρον. Vide quae diximus ad Cic. de Fin. V. 30. *Dav.* Quod hoc loco et de Finn. V. 30. *deprimendi* verbo utitur Cicero, ubi exspectes contrarium, quod *elevandi* atque *attollendi* habeat significationem, id fortasse ideo factum est, quia respicit Cicero ad eam illius verbi potestatem, qua in re iudiciaria *deprimi* dicitur causa, quae oratoris artificio elevatur et attenuatur. *Mr.*

c. 18. *Quid ergo aut hunc prohibet,*] Unus Ox. *quis*; alius cum Mon. 1. *igitur*: et sic Edd. ante Gebh. exceptis Vict. et Rob. Steph. Pro *aut* ille Ox. *autem*, Gud. 2. *ut*. De usu disiunctionis *aut — aut etiam* Vid. Handii Tursellin. I. p. 555. sq. Unus Ox. omittit *etiam*. Xenocratem veteris Academiae fuisse philosophum notum est. In Cod. Mon. 1. scribitur *exagerantem*. *Mr.*

Exaggerantem tantopere virtutem] In libris, ut videtur, περὶ ἀρετῆς, quos memorat Laertius IV, 12. Eius mentem sic exponit Clemens Alexandrinus Strom. II. p. 500. Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος τὴν εὐδαιμονίαν ἀποδίδωσι κτῆσιν τῆς οἰκείας ἀρετῆς καὶ τῆς ὑπηρετικῆς αὐτῇ δυνάμεως· εἶτα, ὡς μὲν ἐν ᾧ γίνεται, φαίνεται λέγων τὴν ψυχήν· ὡς δ' ὑφ' ὧν, τὰς ἀρετάς· ὡς δ' ἐξ ὧν ὡς μερῶν, τὰς καλὰς πράξεις, καὶ τὰς σπουδαίας ἕξεις τε καὶ διαθέσεις καὶ κινήσεις καὶ σχέσεις· ὡς τούτων οὐκ ἄνευ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ἐκτός. Adi sis et huius libri cap. 31. *D.*

virtutem, extenuantem cetera] Dempsi copulam *et* [ante *ext.*] auctoritate Palatin. quinque ac Vatican. in quo praeterea *tanto opere* [pro vulg. *tantopere*]: sed in quarto *exterminantem* pro *extenuantem.*" *Gebh.* Non agnoscunt illud *et* quatuor Oxx. Gud. 1. 2. Aug. et reliqui nostri omnes, itemque Edd. P. S. E. omnesque post Gebh. *Abiicientem* Cicero dixit pro *spernentem, non appetentem*. Ex veteri scriptione *abicientem* orta est prava scriptio *alicientem* in Cod. Mon. 1. In Cod. Rehd. legitur *in virtutem non modo beatam vitam*. Posteriorem verborum ordinem habet etiam Duisb. In Gud. est *non modo vitam beatam*. Vind. 2. omittit *vitam*. *Mr.*

Quod quidem nisi fit] Vulgo *sit*. Sed congruentior videtur illa lectio, quam veteres quosdam Codices exhibere Lambinus testatur. *D.*

52. quidem nisi fit, virtutum interitus consequetur. Nam quem cadit aegritudo, in eundem metum cadere neces est; est enim metus futurae aegritudinis sollicita exspe tatio: in quem autem metus, in eundem formido, timidit pavor, ignavia: ergo ut idem vincatur interdum, nec put ad se praeceptum illud Atrei pertinere,

Proinde ita parent se in vita, ut vinci nesciant.

Hic autem vincetur, ut dixi: nec modo vincetur, sed etia serviet. At nos virtutem semper liberam volumus, semp

---

quod quidem nisi fit] „Ita Cod. Gryph.“ *Brut.* „*Fit* recte Da et sic Edd. vett. E quo post factum *sit*.“ *Ern.* Habent *fit* Cod Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. tres Ox Edd. P. C. Junt. Asc. 2. Ern. seqq. Cod. Vind. 1. habet *non s* Pergit Rehd. *virtutis*. Dav. in Ed. 2. Bentleio iubente recepit *virt tem*: quod rursus abiecit in Ed. 3. Pro *consequetur* est *consequit* in duobus Oxx. Mon. 2. Ed. P. Proximum *in* excidit in uno O propter antecedens *m*. Post *eundem* Cod. Gud. 2. omittit *metu* Mox unus Ox. *expectatio solicita*, posteriorem vocem ita scripta exhibet Cod. Marb., illum ordinem habet Vind. 1. De his perturb tionibus vid. supra IV. 7. Pro *ignavia* Ed. C. habet *ignominia*; s illud in marg. *Mr.*

ut idem vincatur interdum, nec putet] „Elisi illud supervacuu *necesse est*, post *interdum*, ductu quatuor Palatin. Fabr. Vatican. den que Ed. Victor.“ *Gebh.* „*Ergo, ut idem vincatur* — Int. *necesse e* e superioribus. In MS. Guelf. etiam additum est.“ *Ern.* Pro *ut* Co Rehd. habet *et*; eam vocem omittit Gud. 2; unus Ox. habet *vincant* — *putent*. Habent glossam *necesse est* Cod. Aug. Edd. (exceptis et Rob. Steph.) ante Gebh. omnes. Est autem error in scholis Wo fii: non enim intelligendum est *cadit* ad verba *ut* — *vincatur inte dum*, sed illa ipsa glossa *necesse est*, ex superioribus (*in eum metu cadere necesse est*:). *Cadat* autem intellige post v. *ignavia*. Un Ox. habet *pertineri*, Marb. bis *ad se*. Post *illud* Cod. Ursini perg *antiquum pertinere*, Rehd. *ad rem pertinere*, Aug. *regali ad re publicam pertinere*. *Mr.*

Proinde ita parent se in vita, ut vinci nesciant.] „*Proinde* sign ficat *ideo*, *ideoque*, sive *itaque*.“ *Beroald.* Idem monet Wolfius i scholis. Nissen. scribi vult *proin*. Versum senarium ex Attii Atr laudat P. Scriverius in Collectann. Vett. Tragg. p. 106. *Proinde* i syllabum esse nemo non videt. Cod. Vind. 1. habet *se ita pare* Unus Ox. omittit *se*, Ed. A. habet *parant*. Ad *vinci nesciant* cf. Vir Aen. XII. 527: *nescia vinci pectora*, ubi laudat Servius Horat. I. [6.] *Pelidae stomachum cedere nescii*. Pergit Cod. Mon. 1. *hic au* tum unus Ox. *vincitur*; alius *non modo*. Gud. *sed et serviet*. *Mr.*

At nos virtutem semper] „Palatin. sec. tert. quart. *At nos aute virt*. Victorii editio *nos autem virt*.“ *Gebh.* Victorii lectionem Ed. 2. recepit Davisius. *Mr.*

At *nos virtutem*] Victorius edidit *nos* autem *virtutem*. Reg. P thoean. et Pall. tres habent *at nos autem virtutem*, ut in iis utrag lectio coniungatur, et haec vel illa pro libitu recipi queat. Co Med. Balliol. Petrens. aliique Codd. vulgatam tenent. *Dav.*

At nos virtutem] „MS. Guelf. interponit *autem*.“ *Ern.* Ver nescio unde, enotavit alios habere *ac nos*. Scribitur *at nos aute* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. uno Ox. Qui libri cum sint optim suspicor legendum esse cum Vict. Rob. Steph. et Dav. 2. *Nos autem*

victam. Quae nisi sunt, sublata virtus est. Atque si in 53.
rtute satis est praesidii ad bene vivendum, satis est etiam
l beate. Satis est enim certe in virtute, ut fortiter viva-
us. Si fortiter, etiam ut magno animo: et quidem ut nulla
: unquam terreamur, semperque simus invicti. Sequitur
t nihil poeniteat, nihil desit, nihil obstet: ergo omnia pro-
uenter, absolute, prospere: igitur beate. Satis autem vir-
us ad fortiter vivendum potest; satis ergo etiam ad beate.
tenim ut stultitia, etsi adepta est quod concupivit, nun- 54.

---

rtum autem esse *at* ex διττογραφία verbi antecedentis, si forte ali-
quis corrigere volucrit *serviat*. Rehd. habet *at nos etiam*, ubi habes
nanum correctoris, qui *at — autem* ferri non posse videret. Duisb.
abet *at nos semper virtutem*, Vind. 1. *semper esse liberum*. *Mr.*

Quae nisi sunt] Ita Codd. fere omnes, nisi quod duo Oxx. Rehd.
lon. 1. habent *sint*, unus *quae nisi sibi*. Sed multae Edd. *quae nisi*
ita est, A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. Herw. Rob.
Steph. Sturm. Sola Asc. 1. habet *quae nisi ita sit*. *Mr.*

Atque *si in virtute*] Sic reposuit Cl. Bentleius, atque ita loqui
olet Tullius. Vulgo *atqui*. *D.*

Atque si in virtute] Satis notum erat librariis voc. *atqui* ex
formulis syllogismorum: quare cum hoc loco conclusionem syllogismi
quasi praeparari viderent, scripserunt *atqui*, praesertim cum *atque*,
compendio scriptum, vix ab illo differret. Habent *atque* duo Codd.
Aug. Mon. 2. Post Davisium receperant FAWolf. Schz. Or. unus
abet *at*; alius cum Duisb. omittit omnia inde ab *atque* usque ad
eate, duos fere versus vel, quas dicunt, lineas. Tum post *vivendum*,
atis Edd. V. et Rob. Steph. omittunt *est*. Gud. mutato ordine habet
atis etiam est. Tum unus Ox. *satis enim*, omisso *est*, alius *satis*
st omisso *enim*; duo Oxx. omittunt *certe*, alius habet *in fortiter*.
Post *vivamus* Cod. Vind. 2. pergit *Sed fortiter*, Aug. omittit *si for-*
iter etiam. Solus Lamb. et, qui eum sequitur, Fr. Fabr. habet *Si*
t fortiter. Mox Cod. Aug. *et equidem*. Proximum *ut* non habet
Vind. 1; idem exhibet *ulla* pro *nulla*; Gud. 2. *terreamus*. Ad v.
semperque tenendum, voculam *que* post negationem intendere senten-
tiam ponique pro *imo potius*. Cuius significationis exempla plura
laudavit Goerenz. in Indice ad Cic. de Finn. p. 685. v. *que*. — *Se-*
quitur, *ut* Cicero scripsit alibi quoque v. c. de Off. I, 27. Parad.
II. 1. 22. *Mr.*

ergo omnia profluenter] „Sc. *se habebunt*, *fient*." *Ern.* Duo Oxx.
perfluenter, Aug. *profluentur*. — *Absolute* dicitur pro *perfecte*. Pro
igitur est *ergo* in Cod. Mon. 2. Inde a *satis* usque ad *beate* omnia
desunt in uno Ox. Scriptum est in Edd. fere omnibus *Satis autem*
ad fortiter vivendum virtus potest; sed cum Codd. Reg. (certissime,
quamvis taceat collatio nostra) Gud. 1. Marb. Mon. 1. 2. Rehd. Gud.
Duisb. Vind. 1. 2. (hic omisso *autem*) Edd. Vict. Rob. Steph. Leod.
habeant cum Dav. *satis autem virtus ad fortiter vivendum potest*;
eum verborum ordinem recepi. Cod. Aug. habet *virtus vivendum*;
Gud. 2. omittit *virtus*. Gud. omittit *potest*, pergitque *satis igitur*.
Mox unus Ox. *Etenim in stultitia*, alius *etenim stultitia*. Vind. 1.
etiamsi adepta, Gud. 2. *et adepta*, duo Oxx. *si adepta*, Vind. 2.
non habet *est*. Pergit Mon. 1. *ut concupivit*; Gud. Vind. 2. *nunquam*
tamen se. In Rehd. deest *satis*; Gud. 1. habet *consecuta*. Aug.
omittit *eo*; Gud. 1. habet *eo conta*. Mox Ed. P. *neque enim un-*
quam; Mon. 2. *sui poenitet unquam*, Vind. 1. *sui se poenitet*. Verbum

quam se tamen satis consecutam putat: sic sapientia semper eo contenta est, quod adest, neque eam unquam sui poenitet.

19 Similemne putas C. Laelii unum consulatum fuisse, et

---

poenitet h. l. eadem sententia ponitur, qua est in Lib. I. de Off. I, 2: *quoad te, quantum profectas, non poenitebit*: videlicet ut intelligendum sit: *eaque semper sibi satisfacit. Mr.*

c. 19. *Similemne putas C. Laelii* —] „Hic iterum est *ἀναχόλουθον*. Cum enim instituisset ita loqui: *Similemne putas C. Laelii unum consulatum fuisse, atque Cinnae quattuor?* cum ita, inquam, locuturus videretur, multis de sapientis repulsa interpositis, mutavit locutionis formam, et de integro, quasi nihil de uno C. Laelii consulatu locutus esset, ita orsus est: *Sed tamen utrum malles, te, si potestas esset* cet.“ *Lamb.* „Duo libri habent *Similene putas*.“ *Schott.* Nod. Cic. II. 20. — „Et hoc ita Victorius cum quinque Palat. Fabr. Vatican. Vulgo *similemne putas*.“ *Gebh.* „Abeat anacoluthon; pareamus libris, qui habent *similemne* legamusque cum viris criticis *Si cum sapiens*, deletis verbis *suffragiis praeteritur* post *repulsam fert*, quae non sunt in Codd. MSS. Mutemus denique cum iisdem scriptionem *a bono populo* in *malo* vel *vano*.“ *Bouhier.*

Similemne — repulsam fert.] „Hunc locum edidi ut Corradus in Quaestura p. 332. ed. nostrae e MSto libro exhibuit, negans aliter constructionem constare. Primo *Similemne* pro vulgato hodie *Similene*. Illud et Edd. vett. quaedam habent, ut Mediol. deinde additum [post *repulsa*] *cum L. Cinnae quatuor*, cuiusmodi quid *similem* postulat. Constructio *similem cum* est durior: sed tamen et *similitudo* ita construitur, nisi vero fuit *consulatibus*, idque per compendium COSS. scriptum in *cum* mutatum est. Post libri variant in *si* et *sic*: praetuli cum Davisio *si*. nam manifeste in hoc est ratio antecedentis. Pro *malo* Corradi liber et Edd. veteres plerique *vano*, sed *malo* rectius opponitur *bono*. Denique deleta est repetitio frigida verborum *suffragiis praeteritur* post *repulsam fert*. De Laelio v. Clav. in *C. Laelius C. f.*“ *Ern.* „*Similemne* pro vulgato *similene* editum esse placet: non item ea, quae e Corradi MS. edita sunt, *cum L. Cinnae quatuor*. Primum enim ea ratione haec, *si cum sapiens et bonus vir* cet., quae ad Laelium pertinent, male ab eo dirimuntur: deinde *simile cum* nusquam legitur: denique anacoluthon orationis retinendum erat. Nam quae his inest sententia *similemne* putas — *Cinnae quatuor*, ea post parenthesin aliis verbis repetitur: *sed tamen utrum malles* cet. Atque illa ipsa parenthesi hoc anacoluthon effectum. Quando populus a consule repulsam ferre dicitur, indignus tali consule esse intelligitur.“ *Nissen.* „De nostro loco supra locutus est Dav. ad II. 1. Ad rem cf. Plutarch. Caton. Min. cap. 50.“ *Schuch.* „Quod post *cum repulsa* addiderunt Corradus et Ernestus *cum L. Cinnae quatuor*, non probo. Melius est his omissis anacoluthon ferre, et verba *si* . . . . *fert* uncis [videlicet ut *παρένθεσιν*] includere.“ *Schütz.*

Similemne putas] „*Similene* Codd. Reg. quattuor Oxx. duo Schotti, Vict. Gebh. Dav. prob. Bentl. Sed saepissime literam finalem *m* omittit Regius, quae litera in terminationibus obscurius efferebatur ac paene elidebatur. Sic etiam ante encliticas. Nihil igitur hic reconditi quaerendum est.“ *Orell.* Vix me continui, quo minus *similene* reciperem, quod, praeter laudatos, habent etiam Gud. I. 2. Rehd. Vind. I. 2. Mon. 2. Marb. Edd. Rob. Steph. et Alt. cum Verb.

im quidem cum repulsa, (si, quum sapiens et bonus vir, ıalis ille fuit, suffragiis praeteritur, non populus a bono ɔnsule potius, quam ille a vano populo, repulsam fert) sed

---

e Anacolutho hoc vid. etiam Otto in Exc. ad Cic. de Finn. I. 6. 19. . 393. itemque FAWolf. in libro paullo superius laudato (Darıtellg. d. Altth. Wschft. — v. S. F. W. Hoffmann. 8. Lpz. 333.) p. 97 sq.: qui „Male, ait, interpolatur oratio *ἀναχόλουθος* veris inepto loco intrusis *cum L. Cinnae quatuor*: nam interiecta sen-ɔntia: *si — repulsam fert* nullo intervallo sequi debuit illud *cum epulsa*, quod ipse sensus elegantiae facillime docet. Neque vero laıne dicitur aliquid *simile cum aliqua re*, quamvis ita construatur ımilitudo. Sic *cognatio cum aliquo* dicitur, non item *cognatus*. Cicero autem primum ita loqui volebat: *Similemne putas C. Laelii num consulatum fuisse et Cinnae quatuor?* unde simul apparet nihil sse, quod vulgabatur olim *similene*. Sed, quum illo modo loqui voıisset, longius membrum interiectum eum de via deduxit, et, ut ilıd *Cinnae quatuor* reddat, quasi de integro orsus pergit: *sed tamen ıtrum malles* etc.“ Pro *fuisse* Codd. Reg. et Gud. 1. habent *fuisıet*. *Mr.*

et eum quidem cum repulsa,] „Post hasce voces Norvic. adiicit *cum Cinnae quatuor*, Froben. vero *L. Cinae quatuor sine repulsa*. At in reliquis Codd. nulla talis additamenti comparent vestigia: nec dubium videtur, quin id immiserint librarii, ut *ἀναχόλουθον* quodammodo vitaretur. Sed ultra Tullium sapere non debebant, cui frequens est illa figura. Vid. nos ad cap. 15.“ *Dav.* Ed. 1. Post *cum repulsa* habent illud additamentum: *L. Cinnae quattuor sine repulsa* Edd. S. E. Hier. Wolf., Cod. Vind. 1. Bern. 2. manu et Ed. Alt. *cum L. Cinnae quatuor sine repulsa*, Edd. Ern. Nobb. *cum L. Cinnae quattuor?* — Laelius a. u. 613. consulatum petens repulsam tulit, sed anno sequente consulatum obtinuit. Cinna fuit Consul a. u. 667. 668. 669. 670. Fuit is homo impotens, truculentus, seditiosus. *Mr.*

si, quum sapiens et bonus vir —] „Rectius duo libri: *sic cum sapiens et bonus vir, qualis ille fuit, suffragiis praeteritur non - populus* etc. hoc est populus, qui populus non est. Quare necesse non est, *ἀναχόλουθον* ibi cum Dionysio [Lambino] fingere: quamquam in Tullio, quod infitias ire non possum, occurrat interdum.“ *Schütz.* Nod. Cic. II. 20. — *Sic cum sapiens* lego cum Palatin. prim. tert. quint. Fabr. (quo inclinant quart. ac Vatican. *si cum*, unica literula deserta) quam Lambin. *etsi cum sapiens:* aut vulgi, *sed cum sapiens.*“ *Gebh.* Habent *sed* unus Ox. Vind. 1. Edd. Vict. Rob. Steph. Herw. Leod. Man. Car. Steph. Ald. Boul. Sylb. Brut.; *sic* est in quatuor Oxx. marg. MS. Asc. 2. (sed in eadem in marg. expressum est *etsi*) Edd. P. A. S. E. Gebh. Verb. Alt. *si* omittit Gud. 2. Mox Rehd. *et vir bonus*. Edd. Vict. et Rob. Steph. *qualis fuit ille*. Quod sequitur *praetereundi* verbum, eo in repulsa referenda saepius utitur Cicero, v. c. Or. pro Planc. 3. in Vatin. 16. Cod. Marb. habet *praeteritus*; idem omittit verba *non populus* usque ad *repulsam fert*. Pro *non* unus Ox. supra lin. habet *num*. Lamb. eam vocem plane omittit, cumque eo Ed. Fabr. Pro *a bono* unus Ox. exhibet *ab uno*. *Mr.*

Si *cum sapiens*] Ita recte Reg. Pithoean. Vatic. et Pal. quart. Vulgo *sic*. *D.*

quam ille a bono populo repulsam fert] „Correctores, quibus nihil vanius, diffuderunt hic vanitatem suam: quippe ex hac genuina

tamen, utrum malles, te, si potestas esset, semel ut Laelium
55. consulem, an, ut Cinnam, quater? Non dubito, tu quid
p. 238 a. responsurus sis: itaque video, cui committam. Non quem-
vis hoc idem interrogarem; responderet enim alius fortasse,
se non modo quattuor consulatus uni anteponere, sed unum

---

fecerunt *a vano populo*. Eugepae! illud habent Palat. quatuor, (nam quintus degenerat in *ab uno consule potius quam ille ab uno populo repulsam fert, suffragiis praeteritur*) item Fabr. ac Vatican. ut modo dictus quint. Victor. edit. adiiciunt: *repulsam fert suffragiis praeteritur sed.* — " *Gebh.* „Quasi innueret se ignaro in contextum altera illa *suffragiis praeteritur* addita esse; quae sane omittenda erant, etsi reperiuntur in quibusdam MSS." *Gronov.*

A malo *populo*] Vulgo *bono*. Ascensius, Erasmus, et alii dederunt *a* vano *populo*. Hadr. vero Relandi Codex *a* malo *populo*, quem cum Cl. Bentleio sequor. *D.*

a vano populo] Ita Codd. tres Oxx. Edd. A. B. S. E. C. M. L. et omnes nostrae vett. excepta Rob. Steph. in qua est *bono*, ut in sex Oxx. Mon. 1. 2. Gud. 2. Rehd. Aug. Reg. Duisb. Vind. 1. 2. Edd. P. V. Gebh. Verb. Alt. *Malo* habent, post Davisium, Ern. FAWolf. Schz. Nobb. Nobiscum faciunt ex recentioribus Or. et Tbn. idque volebat Bentleius (non *malo*, ut ait Dav.) probatque Doederlein in Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 100. Solus Gud. noster habet *ab uno*. Si *malo* est in Cod. Relandi, quod ait Dav., et in nostro Gud. 1. (quod videtur ex collatione), correctoris est, qui *a bono* non ferret, quod facilius oriri potuit ex *a vano*, quam ex *a malo*. Quod dedit Dav. in omnibus Edd. *repulsam refert*, id nullus habet liber MS. neque alia Ed. Sed dixit Cicero *repulsam retulit* de Off. I. 39. 138: sed ibi est: *Scaurus — in domum — non repulsam solum rétulit, sed ignominiam et calamitatem.* Ubi vid. Beierum sententiam explicantem; quae differt a nostrae locutionis sententia. *Mr.*

repulsam fert] Sequuntur verba perperam repetita *suffragiis praeteritur* in Codd. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Gud. tribus Oxx. Vind. 1. Mon. 1. Edd. V. Rob. Steph. Gebh. Verb. Alt. Ad *malles, te* intelligendum esse *fuisse* recte monet Kühn. Ad sententiam vide de nostro loco disputantem Victorium Varr. Lectt. XII. 10. p. 294 sq. ed. Argent. — Post *consulem* additur *esse* in Cod. Rehd. et uno Ox. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Solus Cod. Rehd. habet *consulem ut Laelium*. *Mr.*

an, ut Cinnam, quater?] Cod. unus Ox. habet *aut* pro *an*. Mon. 2. omittit *ut*; Gud. habet *aut ut querat*. Quam vulgarem esse ait distinctionem huius loci Davisius in ann. seq. eam habent Gebh. et Verb. Reliquae recte distinguunt. Unus Ox. habet *ut Cinna*. *Mr.*

An, ut Cinnam, quater? non dubito] Vulgo orationem sic continuant, *an ut Cinnam quater, non dubito, tu quid responsurus sis*. Nos sensui consulentes, commodam sequimur distinctionem, quam praebent Reg. Pithoean. Med. editique nonnulli. *D.*

Non dubito, tu quid responsurus sis.] Cod. Gud. 2. consuetiore ordine *quid tu*. Similis est verborum ordo supra II. 13. 30: *vix quid ferri tolerarique possit*. Vid. nos supra ad I. 4. 12. Cod. Aug. male *non dubito quin resp. sis*. Pergit Mon. 1. *ita video*. De usu Ciceroniano, quo *committendi* verbum sine accusativo ponitur, monuit Madvig. Epist. Crit. ad Orell. p. 26 sq. et p. 184. ubi nec nostri loci immemor fuit, aliosque complures laudavit. Pergit Cod. Aug. *non quemvis interrogarem hoc idem*; duo Oxx. *non quemvis heredem interrogare*. Tum Aug. *respondet enim*. Duo Oxx. *aliud* pro *alius*

Cinnae multorum et clarorum virorum totis aetatibus. us, si digito quem attigisset, poenas dedisset. At Cinna ;ae sui, consulis Gn. Octavii, praecidi caput iussit, ·assi, L. Caesaris, nobilissimorum hominum, quorum s fuerat domi militiaeque cognita: M. Antonii, omnium

---

ortasse duo Oxx. Mon. 2. Rehd. Gud. Aug. omittunt *se*, quod eadem syllaba antecedente, excidere potuit. Ceterum non deexempla omissi in hac constructione pronominis reflexivi: cúius xempla collegit Beier. ad Cic. de Off. III. 26. 98. p. 367. Sed abent duo Oxx. Mon. 1. Ed. P. Eius loco habet *et* Cod. Vind. 1. Cod. Rehd. *consulatus tui non anteponeret.* Est etiam *antepo-* in Codd. Mon. 1. et Vind. 1. Absunt verba *modo quattuor* a Gud. 2. Post *Cinnae* pergit Cod. Mon. 1. cum uno Ox. *clarorum multorum*, omisso *et*. Scribitur *tot aetatibus* in sola, ut r, Ed. Alt.: qui videtur operarum error. *Mr.*

nelius, si digito quem attigisset,] „i. e. si vel minima affecisuria. M. Cato in Or. quae inscribitur pro Dote, ita scriptum it: *In adulterio uxorem tuam si prendisses, sine iudicio impune s: illa te, si adulterares, digito non auderet attingere, neque ius Geroald.* Locus Catonis est in A. Popmae collectione Fragmen- Catonis (Franeq. 1620. 8.) p. 105. coll. annot. p. 210 sq.; in yeri Fragmm. Oratt. Romm. (Turic. 1832. 8.) p. 71 sq. ubi vid. tionem. Scribitur autem ibi *digito — contingere.* Dedit item us *inpoene* pro *impune.* Dixit autem Cicero *extremis digitis gere*, adiuncta locutione: *primoribus labris gustare*, in Or. pelio 12, 28. Sententiam loci nostri explicat etiam Victorius Lectt. XII. 11. p. 295. itemque Turneb. Adversarr. VII. 16. . ed. Paris. 1580. f m. Ruhnken. Dictat. ad Terent. Eun. IV.). 230. ed. Bruns. Scribitur in Cod. Vind, 1. *si quem digito*, in *quem si digito*; mox *at cum a college sui;* in uno Ox. *et* pro „*Consulis* puto glossema, adscriptum ad *collegae.*" *P. Manut.* lem est coniectura Gothofredi et marg. Lambb. Veri id non mile ait Wolfius in scholis, laudato Vellej. Pat. II. 22: *in iis Octavius vir lenissimi animi, iussu Cinnae interfectus est*: ubi a proximis erant, qui *consulatu* ad v. *se* — *abdicaverat* neces- non existimarent: vid. ed. Krausii p. 140. Quamquam ego ex elleii loco neque delendae vocis *consulis*, neque defendendae petierim. Sufficit esse id verbum in omnibus libris, et aptum a esse. Si deesset, non obtruderem Ciceroni. Scripsi autem ro *Cn.* ex Codd. Gud. 1. (quod habet sine dubio etiam Reg.) (*Gnei*) Gud. 2. (*G. N.*) Duisb. (*Gnei*). Pergit unus Ox. *praeli caput iussit.* Ea verba omittit Gud., Mon. 2. habet *prendi*, *scindi iussit capud.* Tum unus Ox. *Post Crassi.* Hunc in seditione Mariana se ipsum sua manu interfecisse refert Or. III. 3. idque caput totum de his rebus legendum. Duo bent *clarissimorum*, unus cum Vind. 2 et Mon. 1. *fuerit* ; posterior *militiaeque cogitata*, Ox. ille *militiae exco-* Rehd. *militiaeque eque cognita*, ubi nescis utrum consulto ta elegantia ista, an ex repetitione antecedentium sylla- *Mr.*

Cn. Octavii] Primam vocem, sicut arbitror, immerito statuunt Manucius et Lambinus. Ita certe loquuntur Li- 14. et Velleius Paterculus lib. II. cap. XXII, 2. *D.*

omnium eloquentissimi] Cum Cinnae noster adscri- eadem, vir ille disertissimus iussu Marii confossus est,

eloquentissimi, quos ego audierim: C. Caesaris, in quo videtur specimen fuisse humanitatis, salis, suavitatis, l ris. Beatusne igitur, qui hos interfecit? Mihi contra solum eo videtur miser, quod ea fecit, sed etiam quo se gessit, ut ea facere ei liceret. Etsi peccare nemini li sed sermonis errore labimur; id enim licere dicimus, c
56. cuique conceditur. Utrum tandem beatior C. Marius,

---

si veri sunt Plutarchus Tom. I. pag. 431. Appianus Bell. Civil. l pag. 662. et Valerius Maximus lib. IX. cap. II, 2. At Cinnam riumque facinoris huius auctores facit Velleius Paterculus II, 22

quos ego audierim:] Tres Oxx. *audieram* cum Vind. 1. et Tum Gud. 1. et Marb. *G.* pro *C.* Tum Vind. 1. *in quo vid mihi speciem fuisse*, unus Ox. *nihil videtur spem*, erroribu compendiis ortis. Scripsi autem *specimen fuisse* cum Dav. et O Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 2. Marb. Gud. Rehd. pro vul *fuisse specimen*: ad quam vocem in marg. Lambb. et Goth. adscri est *δείγμα*, explicandi causa. Sic Cic. in Pison. 39. 95: *obtigi Rutilio, quod specimen habuit haec civitas innocentiae.* De C. Cae cuius nomen integrum fuit *C. Julius Caesar Strabo*, vid. H. M Frgmm. Orr. Romm. p. 160 sq. Pro *suavitatis* unus Ox. habet *sanitatis.*

Quia *hos interfecit*] Vulgo *qui hos.* Reg. et Pithoean. *quos terfecit.* At Med. et Balliol. *quia hos interfecit*, idque verum.

qui hos interfecit] „Malim *quia* cum Dav. et uno Leid." „Dedi *quia*, ut recte correxit Bentl. MS. Guelf. habet *quod:* bene; nam ratio redditur: ut in altero post est *quod ea fecit.*" Quasi vero non reddatur ratio, si scribas *qui*, quod habent Edd. Dav. omnes, itemque Codd. Bern. Aug. Vind. 1. 2. Gud. Duisb. habet *eos* pro *hos*) Mon. 1. 2. et octo, ut videtur, Oxx. (nonus h *quia*) itemque Edd. recc. exceptis Ern. et Nobb. itemque Bip Mannh. Neque aliunde orta est lectio corrupta Codd. Reg. Gud. *quos interfecit*, quod in Rehd. perperam correctum est in *si q* neque melius idem corrector paullo inferius *ei liceret* mutavi *sibi liceret.* Solus Lamb. ex coniectura, ut videtur, dedit: *qui interfecit? Minime. Mihi* — Quod, vel non dictum, facile int gitur. Unus Ox. habet *interficit. Mr.*

Mihi contra non solum eo videtur miser,] Verba *mihi contra* que ad *fecit*, aberrante librarii oculo, exciderunt in Cod. Marb. Vind. 1. omittit *videtur:* eius loco unus Ox. habet *videre.* Mox Vind. 1. *se gesserit.* Verba *etsi peccare nemini licet* commode hibuit Gernhardus Ciceroni defendendo ad Off. III. 9. p. 312. eo, qui hic obtinet, coniunctionis *etsi* usu vid. Handii Tursellin p. 604 sq. *Mr.*

sed sermonis errore labimur;] Plane ita Cic. de Legg. II. 4 *ne — labamur — errore sermonis.* Mox Cod. Marb. habet: *id dicitur licere.* Ad v. *quod cuique conceditur* Ernestus: „Sic l etiam Guelf. Davisius dedit *cui* [videlicet in Ed. 2; in tertia *c* reduxit:] per coniecturam aptiusque est paullo antecedenti. est sermo de uno." — Inutilis certe coniectura est, a nullo plane confirmata, quam tamen post Ernestum receperunt non Bip. ta et Mannh., sed etiam Nobb. et Tbn. Solus Cod. Gud. 2. exl *concedetur. Mr.*

Utrum tandem beatior C. Marius,] Edd. A. et Ven. nostr. *rum tamen beatior,* duo Oxx. Edd. P. A. B. S. E. C. Asc. 1. 2. *utrum tamen beatior.* In marg. Ed. Ven. Alt. ad h. l. adscri

quum Cimbricae victoriae gloriam cum collega Catulo communicavit, paene altero Laelio: (nam hunc illi duco simillimum,) an, quum civili bello victor, iratus, necessariis Catuli deprecantibus non semel respondit, sed saepe, *Moriatur!* In quo beatior ille, qui huic nefariae voci paruit, quam is, qui tam scelerate imperavit. Nam quum accipere

est: „Q. Catulus primus Marii bello Cimbrico collega: deinde ob civiles dissensiones eius inimicus ab eodem mori iussus recenti calce illito multoque igne percalefacto cubiculo se inclusum peremit.“ Sed vide de eius morte, cum non una sit sententia, quos laudat O. M. Müller ad Cic. de Or. III. 3. p. 430 sq. Illud refert Valer. Max. IX. 12. 4. *Mr.*

quum Cimbricae victoriae gloriam] Cod. Gud. 2. *quum licet Cimbr.* Mox idem cum uno Ox. *collega Catullo.* Ad rem cf. F. Wüllner. De Laevio Poëta comm. in Allg. Schulztg. 1830. II. 156. p. 1258 sq. *Mr.*

nam huic illum duco simillimum,] „Reduxi huc hanc lectionem ex Pall. pr. sec. tert. quint. ut concinniorem. Alias: *nam hunc illi duco.*“ *Gebh.*

Hunc illi *duco simillimum*] Vulgo *huic illum.* Sed lectionem quam recepi priores dederant Manucius et Lambinus, eoque ducunt Reg. et Pithoean. dant enim *huic illi. D.*

nam hunc illi duco] „Sic libri scr. etiam Guelf. *hunc* Catulum *illi* Laelio. Alii dedere *huic illum*, quod factum, quia Laelius in proximo est. Sed ad superiora respiciendum est, ubi prior Laelius memoratur. Tum *duco* pro *dico* dedi, ut iam Davisius fecit. Sic habet MS. Guelf.“ *Ern.* Habent *hunc illi* Codd. Reg. Gud. Duisb. tres Oxx. Edd. V. M. L. marg. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Boul. Leod. Brut. Sylb. Goth. et Edd. post Ern. (excepta Alt.) Proxime accedunt Aug. in quo est *hunc duco illi*, Gud. 1. 2. Marb. qui habent *huic illi*; in reliquis est *huic illum.* Legitur *dico* in compluribus Oxx. Gud. 2. Rehd. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *Mr.*

an quum civili bello victor, iratus] „Consideretur lectio Pal. quart. *bello civili victoriam ratus.*“ *Gebh.* Cod. Gud. *an num*, sed supra *n* scriptum *c*. Unus Ox. *natus* pro *iratus.* Alius cum Gud. 2. iterum *Catulli.* Idem Ox. *sed semper*, cum Mon. 1. Mox Marb. *nephariae*, Mon. 1. *nefarie vota paruit.* Tum unus Ox. *quam ille is*, Aug. *quantam his*; Gud. *qui ita scel.* Duisb. *qui eam scel.* Gud. 2. *qui tam caelent temperavit*, unus Ox. *imparuit.* Pergit alius *nam tum. Mr.*

Non semel respondit, sed saepe, Moriatur] Plutarchus in Mario pag. 431. *Κάτλος δὲ Λουτάτιος, Μαρίῳ συνάρξας καὶ συνθριαμβεύσας ἀπὸ Κίμβρων, ἐπεὶ πρὸς τοὺς δεομένους ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ παραιτουμένους ὁ Μάριος τοσοῦτον μόνον εἶπεν, 'ΑΠΟΘΑΝΕΙ͂Ν ΔΕΙ͂, καταχλεισάμενος εἰς οἴκημα καὶ πολλοὺς ἄνθρακας ἐκζωπυρίσας, ἀπεπνίγη.* Flecti non potuit Marius quod Catulus illius exsulis vehemens fuisset insectator, ut docet Appianus Bell. Civil. lib. I. pag. 663. *D.*

accipere quam facere praestat iniuriam,] Aristoteles Eth. Nicom. V. 5. extr. *τοῦ δὲ ἀδικήματος τὸ μὲν ἔλαττον τὸ ἀδικεῖσθαί ἐστι, τὸ δὲ μεῖζον τὸ ἀδικεῖν.* Q. Metellus Numidicus apud Gell. N. A. XII. 9: *probi*, ait, *iniuriam facilius accipiunt, quam alteri tradunt:* qui locus est ex oratione De triumpho suo, ap. H. Meyerum Frgmm. Oratt. Romm. p. 137. Plutarch. Moral. p. 36. B. *τὸ ἀδικεῖν κάκιον εἶναι τοῦ ἀδικεῖσθαι:* ubi vid. Wyttenbachii annot. p. 291. (p. 220. ed. Lips.

quam facere praestat iniuriam, tum morti iam ipsi adventanti paullum procedere obviam, quod fecit Catulus, quam, quod Marius, talis viri interitu sex suos obruere consulatus et contaminare extremum tempus aetatis.

20 Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit
57. Dionysius, cum quinque et viginti natus annos dominatum

T. I.) ibiq. laudd. Add. A. Schott. ad Adagia Zenobii p. 168. Ed. Antv. Plautin. 1612. 4. In marg. Cod. Marb. adscriptum est: „Id non semel inquit divinus Plato.“ *Mr.*

Accipere quam facere praestat iniuriam] Ex decreto Socratis, qui apud Platonem in Gorgia pag. 290. ait. *Εἰ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἕλοιμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν.* Vide Senecam de Const. Sap. c. 16. et Agellium N. A. lib. XII. c. 9. *D.*

facere praestat] „MS. Guelf. *praestet*, quod rectum est, si *cum* dicitur causaliter: sed respondet sequenti *tum*, potestque esse pro *et — et*, ubi coniunctivus non est necessarius.“ *Ern.* Habet etiam *praestet* Cod. Duisb. Mox Mon. 1. *tum mori*, Mon. 2. *tamen morti.* Gud. 2. omittit *iam*, Duisb. habet *ipsi iam.* Ad haec marg. Lambb. et Goth. „Provocabulum *ipsi* non comparet in v. c. neque agnoscit Lamb.“ Tum Mon. 1. *palam procedere* cum uno Ox., alius Ox. *in paulum procedere.* Habent Edd. M. L. Ald. Car. Steph. Boul. Brut. Leod. Lambb. Goth. Sylb. *paullulum.* Rursus iidem, qui supra, Codd. *Catullus;* alius Ox. *Catulus praestat.* Ad rem cf. Davis. ad Cic. de N. D. III. 32. p. 663. ed. Cr. et nostr. maj. *Mr.*

sex suos obruere consulatus] Marii sex consulatus fuerunt inter a. u. c. 647 et 654. Unus Ox. Vind. 1. Duisb. *et suos* pro *sex suos.* Rehd. Gud. *interitus et suos.* unus Ox. *est sex.* Mon. 2. *est suos*, Mon. 1. *et suos sex.* Pergit Rehd. *obruere potuit consulatus.* Ad sententiam Beroaldus: „Marium *septies* consulem fuisse, et in septimo consulatu periisse historici tradunt, et indicat Lucanus, cum ait:

Septimus exsequitur repetitis fascibus annus:
Ille fuit vitae Mario modus, omnia passo,
Quae peior fortuna potest, atque omnibus uso,
Quae melior: mensoque homini quid fata pararent.

Ideo autem *sex* consulatus nominat M. Tullius, quia, quando obiit Catulus, tunc Marius sex tantum gesserat.“ *Mr.*

c. 20. *Duodequadraginta annos — fuit Dionysius*] De hoc Dionysio maiore eiusque rebus vid. J. J. Hisely Disquis. critica de fontibus et auctorit. Cornelii Nepotis (Delphis Batav. 1827. 8.) p. 99 sq. p. 115 sq. „Cic. de N. D. III. 33: *Duo de XL Dionysius tyrannus annos fuit opulentissimae et beatissimae civitatis.* Sunt autem hi anni numerandi ab anno tertio Olympiadis XCIII, usque ad annum primum Olymp. CIII. quo Dionysius mortuus est, *δυναστεύσας ἔτη τριάκοντα καὶ ὀκτώ*, ut Diodorus lib. 13. 14. et 15. scribit. De tempore, quo dominatum occupavit, vide Dionysium Halic. lib. 7.“ *Frc. Fabr.* Duo Oxx. et Aug. *duos dequadraginta*, unus *Uno de quadraginta*, duo alii cum Duisb. *annis.* Mon. 1. *Dyonisius fuit.* Gud. 2. *Dionysius Syracusanorum fuit.* Duisb. *annos natus*, Gud. omittit *natus*, unus Ox. habet *nactus.* Pergit Vind. 1. *damnatus occupasset.* Scriptionem *occupasset* habent Edd. ante Gebh., (exceptis Vict. Rob. Steph. Brut. Sylb. Leod.) itemque Codd. Gud. 2. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. *Mr.*

Qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus praeditam] De Syracusarum pulchritudine loquitur Cicero in Verr Act. II. L. IV. 52. 117. Ceterum notus est Goelleri de Urbe Syracusarum liber, qui prodiit Lips. 1818. 8. Prius (medio seculo XVIII) prodiit urbis rerumque

occupavisset. Qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus praeditam servitute oppressam tenuit civitatem! Atqui b. de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus: summam fuisse eius in victu temperantiam, in rebusque gerundis virum acrem et industrium, eundem tamen maleficum natura et iniustum. Ex quo omnibus bene veritatem intuentibus videri necesse est miserrimum. Ea enim ipsa, quae concupierat, ne tum quidem, quum omnia se posse

---

eius descriptio et enarratio in Hist. Univ. Halensi (Allg. Welthistorie) T. VI. et Additamm. III. *Mr.*

qua pulchritudine — quibus autem] De structura loci, praesertim de hoc vocis *autem* usu, vid. Handii Tursellin. I. p. 568. coll. p. 577. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 17, 47. p. 75. Scribitur *qua pulcherrime urbem* in duobus Oxx. In Gud. 2. legitur *quibus tandem opibus servitute oppressam tenuit civitatem oppressam*; in uno Ox. *quibus autem bonis*; alius omittit *civitatem*. Laudat Ochsnerus ad h. l. in Eclogg. Cic. p. 383. Tusc. IV. 2. extr. *quot et quanti poetae, qui autem oratores exstiterunt!* et IV. 36: *quis — te exsuperavit — impudentia? quis autem malitia te? Mr.*

Atqui de hoc homine —] *Atque* habent duo Codd. Oxx. et Ed. S. idque hoc loco restitui vult Handius in Tursellino I. p. 515. ut Or. pro Arch. Poët. 6. 15. Ad loci structuram *de hoc homine — accepimus — summam fuisse eius — temperantiam* vid. A. Matthiae Theorie d. Lat. Stils p. 23 sq. In Cod. Vind. 1. scribitur: *de homine sic a bonis auctoribus*; in Mon. 1. *a bonis auctoritatibus*. Ita nostri temporis homines nonnunquam loqui solent. Similiter confunduntur *auctoritates* et *auctores* de N. D. I. 5. 10, ubi cum plurimi libri habeant: *non enim tam auctores in disputando, quam rationis momenta quaerenda sunt*; Heind. dedit *auctoritates*, non ita quidem inepte, quam si nostro loco scriberetur *auctoritatibus*, nec tamen probabilius, quam quod nos dedimus *auctoritatis*. Pro *sic* Cod. Duisb. *sicut*. Ad sequentia commode confert Gesnerus in Chrest. Cic. Corn. Nep. de Regib. II. Mox Cod. Aug. habet *summa fuit eius*. Unus Ox. omittit *fuisse*; Duisb. exhibet *in victu eius*. *Mr.*

in rebusque gerendis virum acrem et industrium] Solus Lamb. cumque eo Frc. Fabr. *eumque in rebus gerendis*: quae lectio, ut coniectura, adscripta est margini Lambb. et Goth. Legitur *rebus* in Cod. Mon. 2. et uno Ox. Scribitur *gerundis* in Codd. Gud. 1. 2. Marb. Rehd. et sine dubio etiam Reg., cum ita dederit Dav. De omisso h. l. accusativo *eum* vid. A. Matthiae ad Cic. pro Sextio 41. 89. p. 140. Pro *eundem* Cod. Vind. 1. *eundemque*. Ad v. *maleficum — et iniustum* in marg. Lambb. et Goth. est *κακοῦργον φύσει καὶ ἄδικον*. Codd. Mon. 1. 2. *et natura et iniustum*, nisi forte ibi legitur ut in quatuor Oxx. *et natura iniustum*. *Mr.*

Ex quo omnibus bene veritatem intuentibus] „Palatin. quintus *bene* delet. Placet, quod secund. refingat *vere veritatem:* notâ et Graecis et Latinis figurâ.“ *Gebh.* Habet *vere veritate* unus Ox. alius *omnibus benignitatem*. Gud. omittit *bene*, Rehd. habet *veritatem bene*. Exoriatur inde facile novus aliqui Beierus, qui *bene* eiiciendum censeat. Quamquam perperam id faceret: desiderat enim *intuendi* verbum hoc quidem loco adverbium, quod dicunt, qualitatis, ut supra V, 3. 9: *esse quosdam, qui rerum naturam studiose intuerentur*. De sententia vocis *veritatis* vid. Ern. Cl. Cic. h. v. Cod. Gud. 1. habet *inuentibus*; Rehd. *videri miserrimum necesse est*. Pergit unus

58. censebat, consequebatur. Qui quum esset bonis parentibus atque honesto loco natus, (etsi id quidem alius alio modo tradidit,) abundaretque et aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum, haberet etiam more Graeciae quosdam adolescentes amore coniunctos; credebat eorum nemini,

---

Ox. *Etenim ipsa*; mox alius *ne tamen quidem.* Aug. omittit *quidem.* Gud. et Gud. 2. omittunt *se* post *omnia.* Posterior post *censebat* addit *et.* Gud. 1. habet *omni*, supra lin. addito *a. Mr.*

Qui quum esset bonis parentibus — natus] *Quum* pro *quamvis* ponitur, plerumque quidem sequente *tamen*, sed etiam intellecto, ut h. l. in verbis *credebat eorum nemini.* Cf. Corn. Nep. Aristid. III. 2: *quod* [Aristides], *quum tantis rebus praefuisset, in tanta paupertate decessit, ut, qui efferretur, vix reliquerit.* Unus Ox. habet *bonus* pro *bonis. Mr.*

etsi id quidem alius alio modo tradidit] „Isocrates ad Philippum: *Διονύσιος τοίνυν πολλοστὸς ὢν Συρακουσίων καὶ τῷ γένει, καὶ τῇ δόξῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐπιθυμήσας μοναρχίας ἀλόγως.*" *Frc. Fabr.*

Etsi id quidem alius alio modo tradidit] In his est Helladius Besantinous [sic], qui apud Photium Cod. CCLXXIX. [p. 866. ed. Hoeschel.] tradit, *ὅτι ὀνηλάτου μὲν υἱὸς Διονύσιος ἦν, ὁ τῆς Σικελίας ἄρξας ἔτη μ΄, δυοῖν ἀποδέοντα*, Diodorus Siculus lib. XIII. pag. 26. *Διονύσιος μὲν οὖν, ἐκ γραμματέως καὶ τοῦ τυχόντος ἰδιώτου, τῆς μεγίστης πόλεως, τῶν Ἑλληνίδων ἐγενήθη τύραννος.* Non dissimilia sunt, quae refert Isocrates, ut olim monuit Pet. Victorius Var. Lect. lib. XI. cap. 13. *D.*

alius alio modo tradidit,] Unus Ox. *alio loco.* Scribitur *tradit* in Cod. Mon. 2. et duobus Oxx. et in Edd. ante Gebh., exceptis V. Rob. Steph. Herw. et marg. Lambb. cum Goth. Est *habundaretque* in Codd. Mon. 1. et Marb. *Mr.*

abundaretque aequalium familiaritatibus] „Sustuli copulam *et* evanidam quoque in aliis codd. Palat. quint. Fabr. Palat. at quart. et Vatic. *abundaretque ei familiaribus.*" *Gebh.* Eiecit *et*, post Gebhardum, Verh. tum Ern., quique ad hos se applicuerunt: nec vero obsecuti sunt Wolf. Schz. Or. Tbn. Scribitur autem *abundaret*, omisso *que* in uno Ox., *abundaretque ei aequalium* in Codd. Reg. Gud. 1. 2, habent *et* Codd. octo Oxx. Marb. Mon. 2. Bern. Aug.; deest ea vox in Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. Ortum est illud *ei*, quod habent antiquissimi, sine dubio ex *et*, quod abesse a plerisque dicitur in marg. Lambb. et Goth. *Mr.*

more Graeciae — amore coniunctos] Ad rem cf. Muret. Var. Lect. XV. 4. p. 349. Ruhnk. Cod. Gud. 1. a pr. m. *amore Graeciae*, sed *a* puncto notatum. In uno Ox. et Rehd. est *iunctos.* Mox unus Ox. *ius quod* pro *iis quos. Mr.*

credebat se eorum nemini] „Vulgg. *se* nesciunt." *Dav.* Ed. 2. „Addidi *se* e MS. Guelf., quod et Bentleius in libro scr. reperit, et edidit Davisius. [sed vid. ej. ann. Ed. 3. quae subsequitur.] Mox *his* pro *iis* iidem." *Ern.* „Nisi verbum *credebat* referendum sit ad sequentia *corporis custodiam*, locutio similis illi erit, qua Phaedrus utitur V. 2: *scio quod virtuti non sit credendum tuae.* Sil. Ital. XIII. 198 — *medicatae cuspidis ictu Proelia moliri, et nudo non credere ferro.* Sall. Jug. 72: *neque loco, neque mortali cuiquam aut tempori satis credere*, ubi vid. Cortium. Sic huic Ciceronis loco non opus erit *se.*" *Wopkens* l. c. p. 109. [149.] Ad quae Handius: „*Credere* simpliciter dicitur pro confidere, fidem habere: de quo usu disputavit Burmann.

ed iis, quos ex familiis locupletium servos delegerat, quius nomen servitutis ipse detraxerat, et quibusdam conveis et feris barbaris corporis custodiam committebat. Ita

---

d Valer. Flacc. I. 332. et ad Lucan. I. 227. Dictionem *tempori credere* illustraverunt Graevius ad Cic. Catil. I. 9. Burmann. ad Quintil. Declam. 6, 15. In Horatii Epist. I. 1. 48. *meliori credere non vis* st: sapientiori se [te?] credere." *Mr.*

Credebat eorum nemini] Erasmus edidit, *credebat se eorum nemini.* lecte quidem, si modo Codices addicerent. Sed ii, quantum constat, mnes *se* nesciunt, nec mihi *pronomen* illud necessarium videtur. 'ide Senecam Agam. vs. 683.

credebat eorum nemini] Legitur *credebat se* in Cod. Aug. cui non lus fidei debetur, quam Ernesti Guelferbytano, nisi (quod mihi onnunquam visum est) uterque idem est, sed ab Ernesto, ut solebat ir ille inspicere libros veteres, paullo negligentius excussus. Haent idem Cod. Vind. 1. (ut videtur) Edd. P. E. C. Herw. Asc. 2. unt. Ern. Schz. Nobb. In seqq. sententia flagitat *sed iis*, contra odicis Reg. Bern. Gud. 1. aliorumque minoris pretii auctoritatem, n quibus est *his*. Habent tamen *iis* Codd. Mon. 2. Gud. 2. Aug. MS. a marg. Asc. 2. Gud. Duisb. (hi duo posteriores *hiis*) Edd. S. E. V. lob. Steph. Car. Steph. M. Ald. Boul. Brut. Hier. Wolf. L. Goth. eod. Sylb. Gebh. FAWolf. Orell. Contra paullo inferius, ubi necesarium est, *et tamen ab his ipsis*, sunt qui exhibeant *iis*, veluti odd. Rehd. Mon. 2. et Edd. pleraeque, exceptis S. E. HWolf. Ern. qq. *Mr.*

quos ex familiis locupletium servos delegerat] i. e. ex famulis diorum civium. De v. *familia* vid. quos laudat Creuzer. in Antiqq. omm. p. 50. 57. 62. ed. 2. „Verbum *servos* mihi glossam sapit: am servos fuisse docet iam *ex familiis*: item sequentia." *Ern.* „*Servos*" addidit, quia liberti quoque et servae in iis familiis erant." *Vissen.* „Est potius ἔμφασις, ut apparet e seq. voc. *servitutis*." *Orell.* Scripsi *locupletium* cum Dav. ex Codd. Reg. Duisb. um Edd. . Frc. Fabr. Dav. Tbn. et ita edidit Orellius Epp. ad Att. VII. 7. r. pro Sext. 17, 39. Paradox. VI. 2. 46. de Off. II. 8. 27. in Verr. ct. II. L. III. 51. 120. Conf. Zumpt. ad Verr. l. l. Gernhard. et eier. ad Cic. de Off. l. l. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. 1. p. 92 q. Forcellin. Lex. Lat. h. v. Ed. Germ. p. 684. b. extr. Ad v. *familiis* cf. etiam Barnab. Brisson. de Verb. Signif. p. 345 — 347. ed. tter. Pro *quos* est *quod* in Cod. Gud. 1. Vox *servitutis* deest in ano Ox., verba *nomen servitutis* in Vind. 2. erasa sunt; in Duisb. criptum est *servitutis nomen. Mr.*

et quibusdam convenis et feris barbaris] Explicat Camerarius: „τοὺς σωματοφύλακας καὶ μισθοφόρους συμμίκτους τινὰς καὶ συνήλυδας ἀνθρώπους dicit." „De his Diodorus 6, 14: συμπεριλαβὼν τῷ τῶν πολιτῶν ὀνόματι τοὺς ἠλευθερωμένους δούλους, οὓς ἐκάλει νεοπολίτας." *Convenarum* nomen uno tantum, praeter hunc, loco apud Ciceronem legitur, de Or. I. 9: *Romulus pastores et convenas — congregavit.* Eius loco Codd. Aug. et Gud. consuetiorem habent vocem *advenas.* De utroque vocabulo eorumque distinctione et confusione vid. Drakenb. ad Liv. II. 1. 4. p. 15 sq. ed. Stuttg. Scribitur *convenisset feris* in Codd. Reg. Gud. 1. Marb.; *cum venisset* in duobus Oxx.; *convenientibus et feris et barbaris custodiam committebat.* in Cod. Gud. 2. In Rehd. legitur *et quibuscum placuisset feris barbaris et corporis cust. comm.*; ubi agnoscis manum correctoris, qui in libro, quem describeret, reperisset *convenisset*, ut est in antiquissimis. Lambinianum

propter iniustam dominatus cupiditatem in carcerem quodammodo ipse se incluserat. Quin etiam, ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Ita sordido ancillarique artificio regiae virgines, ut tonstriculae, tondebant

---

fere nemo praeter Frc. Fabr. recepit. Ex Ed. vet nescio qua Verb. in marg. enotavit *curam corporis et custodiam* et sic scriptum reperio in Cod Vind. 1; sed unus Ox. et Mon. 1. habent *corporis curam committebat.* Pergit Cod. Vind. 1. *Ita propter iniustam damnatus cupiditatem.* Gud. 2. omittit *dominatus.* Unus Ox. habet *ita que* pro *ita. Mr.*

Convenis et feris *barbaris*] D. Lambinus et Fr. Fabricius reponunt *convenis et* fere *barbaris.* At non tantum *fere*, sed omnino barbari fuerunt hi satellites, quos propterea *ferocissimarum gentium homines* vocat Valerius Maximus lib. IX. cap. XIII, 4. ext. Noster infra cap 22. *Vivebat cum fugitivis, cum facinorosis, cum barbaris.* Retinenda mihi videtur Codicum lectio, nam *barbarus* apud bonos auctores *adiectivum* sibi coniunctum recipit. Caecilius apud Festum in *bardus.*

Nimis audacem nimisque bardum barbarum.

Lactantius Div. Inst. lib. V. cap. XIX, 7. *Quae nec saevissimi latrones, nec iratissimi hostes, nec* immanissimi barbari *aliquando fecerunt.* Pari modo *truculentos barbaros* et *immanes barbaros* dixit Augustinus C. D. lib. I. capp. 1, 4. Celsus apud Origenem lib. VIII. pag. 323. *Τὰ δ' ἐπὶ γῆς ἐπὶ τοῖς 'ΑΝΟΜΩΤΆΤΟΙΣ καὶ ΑΓΡΙΩΤΆΤΟΙΣ ΒΑΡΒΆΡΟΙΣ ἔσεσθαι·* quae paullo post ipse repetit Origenes. Vide Senecam Suasor. II. pagg. 17. et 24. Curtium lib. IV. cap. I, 11. Claudianum in Eutrop. I, 250. II, 181. denique Amm. Marcellinum XXX, 1. *D.*

in carcerem quodammodo ipse se incluserat] „Palatin. quart. *in carcere.* Noverunt docti millies a bonis auctoribus haec alterari.“ *Gebh.* Scribitur etiam *in carcere* in Codd. Gud. et Duisb. Duo Oxx. omittunt *ipse*, unus *ipse se.* Vind. 1. habet *ipse quodammodo se.* Scribitur *Qui etiam* pro *quin etiam* in Cod. Mon. 1. neglecta lineola literae *i* inscribenda: sic idem mox *cadentibus* pro *candentibus* et *adureret* pro *adurerent.* Cod. Vind. 1. *ne tonsori quidem collum.* Pro *tondere* Palat. quart. Gebhardi *extondere.* Gud. 2. omittit *docuit*; contra Vind. 1. habet *edocuit;* quatuor Oxx. et Mon. 2. habent *itaque sordido*, Reg. Gud. 1. *ita sordidoque ancillari*, Gud. 2. *ita sordido quae ancillari.* Marb. *ita sordido atque ancillari.* Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. Sed Edd. post Vict. dederunt, quod nos. Vocabulo *ancillaris* alibi non utitur Cicero. Vid. de eo Mencken. Obss. L. L. p. 51. Orellius nescio quem coniecisse refert: *Itaque ancillari artificio. Mr.*

ancillarique artificio regiae virgines] Restitui *artificio*, quamvis habeat unus Ox. *officio regio*, Vind. 2. in marg. *al. officio.* Neque, praeter Davisium, quisquam obsecutus est Bentleio. *Artificis*, ait Bill., praestat, quia servae olim hanc tondendi quasi *artem* exercuerunt. Vid. Plaut. Trucul. II. 4 51:

Quid multa verba faxim! tonstricem Suxam novisti nostrum.

Conf. Priscian. VIII. col. 784. [est Inst. Gramm. VIII. 1. 4. p. 359. Krehl.] Initio tamen tonsore usus esse Dionysius traditur a Plutarcho de Garrulitate p. 508. Vocem *tonstricula* alibi non reperies: etiam *tonstricis* nomen rarum est. Vocem *ut* omittit Cod. Aug. Unus Ox. habet *tondebat*, duo *barbam sibi et*, ut est paullo inferius. Aberravit videlicet scribae oculus ad locum inferiorem, unde in altero horum Codd. exciderunt omnia inter *patris. Et* et *capillum.* De-

barbam et capillum patris. Et tamen ab his ipsis, quum iam essent adultae, ferrum removit instituitque, ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. Quumque duas uxores haberet, Aristomachen civem 59.
suam, Doridem autem Locrensem; sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante. Et

---

lectione prava *ab iis ipsis*, quae multas Edd. occupat, paullo superius dixi. Duo Oxx. in proximis cum Mon. 1. *cadentibus*, pergunt iidem cum tertio quodam *in gladium*, duo alii *in glandium*, unus *iuglandum*, Marb. *ui glandium*, Gud. *glandium*. Gud. 2. *barbam et capillum sibi*. Ad verba conf. interprr. ad Valer. Max. IX. 13. ext. 4. p. 863. ed. Torren : ad rem Beier. ad Cic. de Off. II. 7. 25. p. 50. ad eundemque locum Gernhard. p. 206. *Mr.*

Ancillarique officio] Sic Eliens. et Cantab. probante Cl. Bentleio. Vulgo *artificio*. *D.*

Regiae virgines, ut tonstriculae, tondebant barbam et capillum patris] Haec affert Priscianus lib. VIII. col. 784. *D.*

Ut candentibus iuglandium putaminibus] Laudat Nonius in *iuglandes*. Inter se vero discrepant auctores. Noster Offic. lib. II. cap. 7. *Dionysius cultros metuens tonsorios, candenti carbone sibi adurebat capillum*. Plutarchus in Dione pag. 661. *Οὕτω γὰρ ἦν ἄπιστος, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ὕποπτος καὶ προβεβλημένος διὰ φόβον ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος, ὥστε μηδὲ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας ἀφελεῖν κουρικαῖς μαχαίραις, ἀλλὰ τῶν, πλαστῶν τις ἐπιφοιτῶν ἄνθρακι τὴν κόμην περιέκαιεν*. Insignis huiusce diffidentiae meminere Diodorus Siculus lib. XX. pag. 797. Valerius Maximus lib. IX. cap. 13. et Amm. Marcellinus lib. XVI. cap. 8. Initio tamen usus est tonsore Dionysius, quod patet ex Plutarcho de Garrul. p. 508. *D.*

Quumque duas uxores haberet] Tres Dionysio maiori uxores tribuit Corn. Nep. de Regg. 2, 3. Sed rem optime dirimit Bosius et post eum van Staveren, quorum annott. vide in Ed. Bardilii maiore p. 109 sq. Quas videlicet memorat Cicero, eodem duxit tempore Dionysius, Doridem, Dionysii posterioris matrem, et Aristomachen, Dionis sororem. Primum vero, cum primum tyrannidem occupasset, Hermocratis Syracusani filiam duxerat, quae ob immanes Syracusanorum contumelias ipsa sibi mortem conscivit. Sed plura vide apud Bosium et Staverenium. Add. Cornel. Nep. Dion. init. T. I. p. 324. ed. Bard. Ex vet. cod. in marg. Goth. enotata est scriptio *Aristomacham*. Duisb. et Mon. 2. habent *Aristomachen* cum Gud. 1. 2. Aug. Tum Vind. 1. *Dorydam*; unus Ox. *Locresem*. Locrensem dicit, videlicet Locris Epizephyriis oriundam. Duisb. habet *noctibus*, sed supra lin. correctum. Mon. 1. *ad eas non ventitabat*. *Mr.*

Aristomachen civem suam, Doridem autem Locrensem] Valerius Maximus lib. IX. cap. XVIII, 4. ext. *Duarum enim eodem tempore Aristomaches Syracusanae et Locrensis* Cloridis *matrimoniis illigatus*. Legendum *Doridis*. Vide Aelianum V. H. lib. IX. cap. 8. ac lib. XIII. cap. 10. *D.*

ut omnia specularetur] „Pal. quart. *perspecularetur*. Plin. L. VIII. c. 26: *recentes arundinum caesuras perspeculatus*. Quid si tamen *praespecularetur*?“ *Gebh.* — Cod. Mon. 1. *perscrutarentur*. Marb. omittit *ante*. *Mr.*

Cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset] Nonnulli Codd. *fossa lata cubicularis lecto circumdedisset*: quasi vellent *fossa lata cubiculares lectos*, quemadmodum dedit Erasmus. Ipse quidem

quum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset; eum ipsum, quum forem cubiculi clauserat, detorquebat. Idemque quum

---

nihil moveo. Valerius Maximus lib. IX. cap. XIII, 4. ext. Dionysius *cubicularem lectum, perinde quasi castra, lata fossa cinxit.* Ammianus Marcellinus Lib. XVI. cap. 8: *Aedemque brevem, ubi cubitare sueverat, alta circumdedit fossa.* Fortasse *lata.* Haec, nisi fallor, in Cicerone vulgatam satis tuentur lectionem. *D.*

fossam latam cubiculari lecto circumdedisset] Unus Leid. *fossâ latâ cubicularis lectum circumdedisset.* Alii, in quibus est Regius et Ed. mea vetus, habent: *fossâ latâ cubiculares lectos circumdedisset.* Et ita sine dubio scripsit Cicero: complures enim lectos Dionysii flagitabat matrimonium. Paullo inferius Regius, duo Leidenses et ed. mea vetus habent *fores.*" *Bouh.* „Omnes, quos viderim, habent *lecto*, et est sane *cubicularis lectus* de Divinat. II. 65. sed, quod de fossa lata et de ponticulo hic dicitur, id quomodo ad lectum in cubiculo positum pertinere queat, equidem ignorare me fateor. *Tectum* vero quamlibet parvum fossa circumdari, neque valde absonum est, neque inauditum, et veteri aedificandi rationi convenit. Ammian. Marc. XVI. 8: *Aedemque brevem, ubi cubitare sueverat, alta circumdedit fossa.*" *Gesner.* „*Cubiculari lecto* intellige non de lecto ipso in cubiculo: nam quomodo ibi fossa lata fieri potuisset? sed de parte aedium, in qua cubiculum illud, in quo lectus genialis esset." *Ern.* „Hyperbolice dictum, quo clarior Dionysii fiat metus. Nam lectum, quod Ern. putabat, pro ea parte aedium dici, in qua lectus cubicularis esset, durum videtur et Schellero et mihi, isque correxit *tecto.* Sed qui tectum fossa circumdat, annon is etiam lectum, qui in aedibus est?" *Nissen.* Paullo insolentior structura, quam hodie lexica docent et pueri norunt, itemque perperam *lecta* scribendi compendia, ansam dederunt librariis corrumpendi loci, minime impediti. Ita Reg. Gud. 1. 2. et unus Ox. *fossa lata cubicularis lecto*; duo Oxx. Rehd. Vind. 2. *fossa lata cubicularis lectum*, Vind. 1. *fossa lata cubicularem lectum*, Mon. 1. *fossa lata cubiculari lectum.* Gud. *fossa lata lectum*, omissa voce *cubicul.* Edd. S. E. *fossa lata cubiculares lectos*, ut Ed. vet. Bouhierii, Cod. 1. omittit proximum *fossae*, unus Ox. habet *transitu.* Rehd. *in ponticulo.* Unus Ox. *cum ipsum.* Sequens *quum* post *ipsum* omittit Gud. 2. *Mr.*

quum forem cubiculi clauserat] „Ita a Lactantio citari libro 4. annotat Gulielmius, laudantque etiam Palatin. sec. tert. quart. Fabri Vatic. alias *fores.*" *Gebh.* Perperam notarat Jan. Gulielmius, ita citare Lactantium Div. Inst. IV. Hunc enim locum non omnino [omnino non] laudat vir disertissimus. Vulgg. *fores cubiculi clauserat*; aliter vero MSSti: et recte quidem. Valerius Max. IX, 13, 4: *cum forem cubiculi, extrinsecus a custodibus opertam, interiorem claustro ipse diligenter obserasset.* Terent. Adelph. III, 2, 11: *foris crepuit.* Donatus: *Foris, singularis numeri, nominativi casus.* Sic persaepe Plautus est locutus: sed allata, quod volumus, satis efficiunt." *Dav.* Ed. 1. — Edd. ante Gebh. *fores*, et sic quatuor Oxx. Mon. 1. Vind. 2. Aug. Rehd. Gud. Laudat etiam Forcellin. ex nostro loco *fores.* In uno Ox. scriptum est *extorquebat*, alius *retorquebat.* Beroaldus h. v. ita explicat: in alteram partem deflectebat, ut introitus esset interclusus. Ad structuram *quum — non auderet* eiusque sententiam vid. Wüllner. Ueb. d. Casus u. Modi p. 141 sq. (Münst. 1827. 8.) In seqq. Cod. Duisb. *e turri*, Mon. 1. *ex alta turri* (sic). Cod. Gud. 2. *at is cum pula* (v. *pala*); unus Ox. omittit *id.* Rehd.

in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. Atque is quum pila ludere vellet (studiose enim id factitabat) tunicamque poneret; adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hìc quum quidam familiaris iocans dixisset, *Huic quidem certe vitam tuam committis*, arrisissetque adolescens; utrumque iussit interfici: alterum, quia viam demonstravisset interimendi sui: alterum, quia dictum id risu approbavisset. Atque eo 60. p. 240. a.

---

habet *id enim*; Gud. 2. omittit *enim*. Rehd. Gud. Vind. 1. 2. habent *faciebat* pro *factitabat*, cum Edd. A. B. Pergit unus Ox. *tunicam*, cum Gud. 2., duo exhibent *ponere*, quod videtur correctoris, qui hoc quoque verbum, parum apte, cum *vellet* iungeret. *Mr.*

tradidisse gladium dicitur] „Huc fortasse pertinet, quod refert Aelianus V. H. L. XIII. c. 34: *ὅτι τὸν Δίοντα ὁ Διονύσιος μετὰ τὴν πρόςταξιν τὴν κατ' αὐτοῦ ἀνευρών, εἰς τρὶς τοῖς δορυφόροις ἐκέλευσεν ἀπάγειν, καὶ μετέγνω τρὶς, καὶ καθ' ἑκάστην μεταπομπὴν κατεφίλει κλαίων καὶ καταρώμενος ἑαυτοῦ, ὅτι ἔλαβε τὸ ξίφος. τελευτῶν ἤτιται τῷ φόβῳ καὶ προςέταξεν ἀποσφαγῆναι.* Si eandem, quam Cicero, narrat historiam, (idque non improbabile reddit *τοῦ ξίφους* mentio,) legatur *καταρώμενος αὐτοῦ*, nempe *Δίοντος*. Sed tam multos ex suis amicis obtruncavit Dionysius, ut nihil *ῥητῶς* adfirmem: praeterquam quod hic adolescens sine dilatione caesus videatur." *Dav.* Ed. 2.

Hic quum quidam familiaris iocans dixisset,] Unus Ox. cum Aug. *Huic* pro *Hic*. Marg. Crat. et Vict. cum Rob. Steph. *familiarius iocans*. Sola Junt. *familiaribus iocans dixisset*. Tum unus Ox. *Hinc quidem*, Rehd. *Huic equidem*. Gud. 2. *huic certe quidam*. Quod h. l. iunguntur *quidem certe*, non offendet eum, qui reputaverit *quidem* proxime pertinere ad *huic*, et non semel utrumque iunxisse Ciceronem: cuius usus exempla collegit Ochsn. ad Cic. Eclogg. p. 387. et 487. ed 3. Unus Ox. omittit *tuam*, alius *committis*, pro quo Marb. exhibet *committes*. Tum Mon. 1. *arisisseque* (sic), Gud. 2. *adrisisseque*. In Gud. 2. deest *iussit*. Duisb. exhibet *interfici iussit*. Vind. 1. *viam ostendisset*, Aug. *viam monstravisset*, Gud. *viam demonstrasset*, cum Gud. 2. Tum Rehd. *interitus sui*, quod est vel glossatoris vel inepti correctoris, qui non recordaretur locorum qualis est de Div. II. 17. 39. ed. nostr. p. 358: *dolco tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse*: Alios laudat interpretum et grammaticorum libros Ochsnerus l. c. p. 387. q. v. Add. Wüllner. üb. d. Cas. u. Modi p. 106. Kritz. ad Sallust. Cat. 31. 5. p. 144 sq. Beneck. ad Cic. Catil. I. 3. 7. p. 37. *Mr.*

quia dictum id risu approbavisset] Hunc ordinem verborum habent libri optimi et plurimi: sed *id dictum* est in Edd. P. A. B. C. M. L. omnibusque nostris ante Gebh. exceptis Rob. Steph. et Herw. (1540. Camerarii, cum Castigatt. Victorii). Solus Duisb. habet *risu id dictum*, solus Marb. *dictum irrisu*: Gud. 2. *approbasset*. Ad structuram orationis in seqq. *doluit, ut — tulerit* vid. Ottonis Excurs. X. ad Cic. de Finn. II. 19. 62. p. 415—417; ad verborum ordinem *nihil ut* vid. quae monuimus supra ad II. 4. 12. Add. de Finn. I. 10. 34. ubi plane ad nostri loci modum dicitur: *nihil ut de utilitatibus, nihil ut de commodis suis cogitarent*. Acadd. I. 13. extr. Scribitur autem *nihil ut tulerit gravius* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. (hic ex perperam lecto compendio *tulit*) Bern. Marb. Mon. 1. 2. Gud. Rehd. Vind. 2. Aug. Edd. Vict. Rob. Steph. Herw. Leod. Dav.

facto sic doluit, nihil ut tulerit gravius in vita: quem enim vehementer amarat, occiderat. Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates. Quum huic obsecutus sis, illi est repugnandum.

61. Quamquam hic quidem tyrannus ipse iudicavit, quam

FAWolf. Schz. Or. Tbn. In Codd. Vind. 1. et Duisb. est *ut nihil tulerit gravius*, in Edd. rell. *ut nihil gravius tulerit. Mr.*

quem enim vehementer amarat, occiderat.] „*Amarat*, ut Cod. Gryph., habet Victor. Alii *amaret.*“ *Brut.* „Ita post Victorium Lambini vet. cod., quinque Palatini, Fabr. Vatican. Vulgo *amaret.*“ *Gebh.* *Amaret* quamvis et sententiae adversetur et codicum auctoritate destituatur, receptum tamen est a Man. Car. Steph. Ald. Boul. Goth. et in Lambb. in quibus, ut saepissime, vera lectio in marginem reiecta est. Solus Rehd. habet *amaverat*, unus Ox. *amaret.* In proximis Cod. Marb. *impotentum.* Quam saepe *impotens* ponatur pro *sui animi impotens* non est quod doceam. Est in hoc ipso libro c. 7. prc. *impotenti laetitia efferri.* — *Sui impotens* dixit Curtius IV. 7. 14; *impotens animi* idem VIII. 1. 49. *Mr.*

quum huic obsecutus sis, illi est repugnandum.] „Cum v. c. suspicioni obsecutus sis, dolorem e temere facto senties.“ *Nissen.* Unus Ox. pro *huic* habet *hunc. Mr.*

Quamquam hic quidem] Sic Codd. quod sciam omnes. Sed est tamen in marg. MS. Asc. nostr. 2. *id*, et ita exhibet Hier. Wolf. unde coniicere licet ita edidisse Erasmum, cum quo illi duo libri fere semper conveniunt. In lemmate annotationis Lambinianae ad h. l. est *his*, fortasse operarum errore. Est haec, quam exhibebimus, annotatio ex Lambini curis secundis, quas non additas esse editioni Kleinii non semel doluimus. *Mr.*

tyrannus ipse indicavit, quam esset beatus.] „Sic legendum, ut et antea edidi, et ut habent pleraeque editiones, *ipse indicavit*, non *ipse iudicavit*, quamvis nonnulli Codd. MSS. ita habeant. Nam sententia et ratio hanc scripturam refellunt. Hoc enim significat Cicero, Dionysium, Damocle collocato in aureo lecto, et iussis illis formosis pueris ad mensam conquisitissimis epulis exstructam stare eique ministrare etc., hoc pacto indicasse, quam miser esset. Plus est autem *indicare*, quam *iudicare*. Nam omnes fere tyranni iudicant et intelligunt se esse miseros, suorumque malorum ac suarum miseriarum ipsi sibi testes ac conscii sunt. Sed haec non indicant vulgo, quin, quantum possunt, sua mala alios celant, vultuque et fronte et specie fortunatos se ac beatos esse prae se ferunt. Hic igitur tyrannus non solum se miserum esse iudicavit sed id facto illo ceteris declaravit atque indicavit. Praeterea *iudicavit quam esset beatus*, non convenit ita loqui. dixisset enim potius *iudicavit se non esse beatum. Indicavit quam esset beatus* autem et Latinis usitatum est loquendi genus, et bellam habet ironiam. Postremo verba illa quae infra posita sunt, ibi: *Satis videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendeat?* satis magno argumento sunt, hic legendum esse *indicavit.*“ *Lambin.* „*Iudicavit* Gryph. et Victor. quomodo legendum puto. Fuit enim illud *iudicium*, non *indicium.* Gravius autem est, *iudicare* de se, quam *indicare:* id enim non solum homines saepe casu et temere, sed invitis etiam agunt.“ *Brut.* „Multis verborum velitationibus defendat suum licet *indicavit* Lambinus; mihi potiores ferentarii sunt Palatin. secund. tert. quart. Vatic. Gryph. liber, Victorii editio.“ *Gebh.* „*iudicavit*

esset beatus. Nam quum quidam ex eius assentatoribus, 21

---

i. e. recte percepit. sic infra c. 24: *iudicandi quid cuique rei sit congruens.* Acad. I. 5: *quid rectum in oratione pravumque, iudicando.* Vid. Fin. II. 6." *Wopkens.* Lectt. Tull. p. 108. sq. [p. 149. sq. Hand.]

Tyrannus ipse indicavit] Vulgo *iudicavit.* Lectionem, quam praeeuntibus Manucio et Lambino secutus sum, praestant Med. et Bak. *D.*

iudicavit,] „Ferri quidem potest *iudicavit,* quod satis probavit Wopkensius. Sed multo melius esse *indicavit* iudico, quod placuit Lambino, Bentleio et Davisio, quibus ipse lubens accesserim." *Bouh.* Lamb. correxit *indicavit,* quod et probavit Bentleius, ediditque Davisius ed. 2. Non est necesse: nam Latini saepe *iudicare* dicunt de factis, quibus aliquid, iudicium nostrum, indicatur, per quae et *iudicia fieri* dicuntur. Vid. Clav. in *iudicium. Iudicavit* habet et MS. Guelf." *Ern.* „*Indicavit* habent, cum Manutio, Lambino, Bentleio, Regii Codd. Male in vulgatis *iudicavit.*" *Lallemann.* Cum Davisio, vel potius cum Lambino, faciunt FAWolf. Schz. Kühn. Or. itemque, ut videtur, Goerenzius ad Cic. de Finn. I. 9. 30. p. 39 sq. et Hottinger. ad Cic. de Div. I. 45. p. 122, quamquam ipsum locum nostrum non attingit, sed ad Eclogg. Cic. p. 388. ed. Ochsn. 3. Ipse autem Ochsnerus ad h. l. fluctuare videtur, quod aperte significat ibid. p. 362. ad Paradox. I. 1. ad verba: *cum re et factis longe aliter iudicavissent.* Ad nostrum vero locum confert etiam Tusc. V. 22. pro. *Quantopere vero amicitias desideraret, declaravit in Pythagoreis duobus illis.* Handius autem ad Wopkensium haec: „Legitur quidem *indicavit* in Codicibus haud paucis. Tamen praestat *iudicavit,* quod est *sensit.* Neque poterant Lambinus et Bentleius illud *indicavit* propterea praeferre, quod hic potius de declaratione conditionis, in qua Dionysii animus tum versatus esset, non de iudicio ageretur: haec enim est sententia Ochsneri in Eclogis p. 305. *Iudicare* et *iudicium* dicitur etiam de animi interno sensu, et de conscientia, et de rerum perceptione proxima, quae omnia commune habent iudicium, nulla alia re intercedente: quod nos nominamus Gefühl, fühlen. Atque cum hac veterum notione comparari potest definitio, qua Friesius meus in Anthropologia (p. 180.) istam animi facultatem sentiendi ad iudicii naturam retulit. Ita dicitur a Cicerone in Academ. II. 10. 29. *iudicium veri,* et I. 8. 30. *veritatis iudicium,* quod a sensibus ortum, non sit tamen in sensibus." Vocem *ipse* omittit Cod. Duisb. *Mr.*

tyrannus ipse iudicavit] Recepi lectionem librorum optimorum, Reg. Gud. 1. 2. Bern. (quamquam in hoc dubia est scriptio) Gryph. Aug. Marb. Mon. 1. Rehd. Gud. Vind. 1. 2. trium Pall. Vatic. et, ut videtur, Oxonn. Edd. A. B. S. E. C. V. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Rob. Steph. Junt. Herw. Grut. Oliv. Ern. Nec vero nego probabilem esse lectionem *indicavit*: illud contendo, non ferri modo posse librorum et plurimorum et antiquissimorum, sed probam eam esse, et ad sententiam et ad grammaticam rationem. Nec tamen Handii rationibus commotus sum, sed eo quod loco minime dubio eodem verbo eadem usus est sententia. Sic de Off. III. 22. 86: *Quamquam id quidem* [videlicet *nihil esse utile, quod non honestum sit*] *cum saepe alias, tum Pyrrhi bello a C. Fabricio — et a senatu nostro iudicatum est.* Sequitur narratio de perfuga, qui, si praemium sibi daretur, se Pyrrhum veneno necaturum promisit: quem Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum. Idque factum refert Cicero laudatum esse a Senatu. Quum igitur neque Fabricius ipse

Damocles, commemoraret in sermone copias eius, opes,

neque Senatus Romanus *dixissent*, nihil esse utile, quod non honestum sit, sed id se sentire luculento tantum exemplo declaraverint, laudatoque eo facto senatus id indicaverit, Cicero tamen scribit *iudicatum* esse, significatione, quam dicunt, praegnanti pro *se ita iudicare significaverunt et Fabricius et Senatus*. Similiter de Off. I. 43. 153: *atque id optimus quisque re ipsa* [i. e. facto s. agendo] — *iudicat*. Luculentus est etiam locus supra I. 47. 114: *Iudicavisse deum dicunt* cet. ubi, cum non concoquerent librarii iudicium dei nihil loquentis, erant qui corrigerent *indicavisse*: vid. ibi annot. nostr. Quod vero sequitur nostro loco: *quam esset beatus*, neque vero, quod post *iudicavit* requiri existimabat Lambinus, *se non esse beatum*, id per σύνεσιν excusatur facillimam. Nisi forte Latinum non est dicere: *ex hoc, quam sit doctus, ipsi iudicabitis* pro *ex hoc ipsi iudicabitis eum non esse doctum*. Quod autem §. 62. Cicero scripsit *satisne videtur declarasse Dionysius*, id non eo valet, ut non potuisse eum hoc loco scribere *iudicavit* existimemus: sed variavit orationem, et proprie dicit, quod supra significaverat minime obscure. *Mr.*

c. 21. *Cum quidam ex eius assentatoribus Damocles*] Memorabilem hanc historiam tacito Damoclis nomine refert Philo apud Eusebium Pr. Evang. lib. VIII. cap. XIV. pag. 391. Macrobius Somn. Scip. lib. I. cap. 10. *Dionysius, aulae Siculae inclementissimus incubator, familiari cuidam suo, solam beatam existimanti vitam tyranni, volens quam perpetuo metu misera quamque impendentium semper periculorum plena esset ostendere, gladium vagina raptum et a capulo de filo tenui pendentem mucrone demisso iussit familiaris illius capiti imminere* etc. Boëthius Cons. Philos. lib. III. Pros. 15. *Expertus sortis suae periculorum Tyrannus, regni metus pendentis supra verticem gladii terrori simulavit*. Vide et Sidonium Apollinarem Lib. II. Epist. 13. Ad eandem respiciunt Horatius Lib. III. Od. I. 17. Persius Sat. III. 40. Dion Chrysost. Orat. VI. p. 97. et Ammianus Marcellinus Lib. XXIX. cap. 2. *D.*

quidam ex eius assentatoribus, Damocles,] Cod. Gud. 2. exhibet *dissentoribus*. In Codd. Mun. et Duisb. 1. deest *eius*. — *Dimocles* dicitur ab Acrone et Porphyrione III. Odar. Horat. 1. ubi hic Damocles ab Horatio describitur. Adde Persium Satir. III." *Gott.* Scriptio *Dimocles* orta est ex Graeca Δημοκλῆς, quam et *Democles* et *Dimocles*, Dorice vero *Damocles* pronuntiari notum est. Locus Scholiastarum Horatii est in Ed. G. Fabricii p. 539. sq. Scribitur autem *Democlis* in Edd. A. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. *Damodes* in tribus Oxx., *Demodes* in Edd. P. Junt., *Clamodes* in uno Ox. et sic in seq. Cod. Marb. exhibet *commemorat*, Mon. 1. *in sermones*. Rehd. *eius copias*, in uno Ox. deest *copias*. Hoc vero ne supervacaneum putes. Plane ita Cicero de Off. II. 3. 9: *ad commoda vitae, copias, opes, facultates*; de Off. I. 3. 9: *ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam*; de Off. III. 5: *ut — nostras facultates, copias, opes auxerimus*. Cic. de Rep. III. 17. p. 375. sq. ed. nostr. *ad eum — omnia imperia, omnes opes, omnes undique copiae conferantur*. Vocem *rerum* ante *abundantiam* omittit Cod. Gud. eamque fortasse ineptus aliquis corrector supervacaneam existimavit: quamquam eam vocem Cicero absolute ponere non solet. Conf. de Or. III. 31. 125. de Lege Agr. II. 6. 18. Nec vero quisquam absolute positam censebit Parad. VI. *copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia*. In Cod. Mun. scriptum est *habundantiam*. Mon. 1. post *regiarum* addit *regna*, po-

iaiestatem dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam edium regiarum, negaretque umquam beatiorem quemquam iisse: *Visne igitur,* inquit, *ô Damocle, quoniam te haec vita electat, ipse eadem degustare, et fortunam experiri meam?* uum se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in ureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis

---

itque *negaret quemquam beatiorem,* Rehd. *regiarum regna aeque mquam,* unus Ox. omittit *negaretque,* Gud. *negaret beatiorem quemuam,* Gud. 2. omittit *quemquam,* Rehd. habet *umquam quemquam eatiorem. Mr.*

Visne igitur, inquit, o Damocle,] Verbum *inquit* omittunt Edd. rat. et Herw. (1534, nec vero 1540.) In Crat. vero ita in marg. dditum est, ut legendum sit *visne, inquit, igitur.* Scripsi autem *Damocle,* quod habent Codd. et Edd. ante Gebh. exceptis Lamb. 584. (nostra, quae prodiit 1581, habet *o*:) Goth. Omisit *o* Gebh. ihil monens, ut fortasse ex Lamb. illa (quam credidisse videtur eram Lambinianam) imprudens suam scriptionem expresserit. Omierunt tamen interiectionem, quae Graeco more addita est a Cicerone uod in locis e Graeco sermone conversis facere solet) Ern. Verb. Wolf. Schz. Nobb. Cod. Gud. 2. exhibet *o admode,* Gud. *o Damocles.* De nostra Vocativi forma vid. Schneider: Lat. Gramm. u. Fornenl. I. p. 44. Quod vero confert Ochsn. ad h. l. formam *Hercule,* at Vocativum in familiari sermone usurpatum, de eo vid. nos ad Cic. de Legg. III. 14. extr. p. 444. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

quoniam te haec vita delectat,] Cod. Gud. 2. *quo te haec.* Cod. Gud. *quam haec te.* Aug. *quem te haec.* Scripsi autem *te haec,* pro *haec te,* cum Dav. et Ed. P. Ille enim, quamvis collatio nostra taceat, sine dubio eum verborum ordinem debet Regio: habent enim Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. 2. et alii fortasse: nam in rebus, quae tam minutae plerisque videntur, ii qui codices conferunt, solent esse parum religiosi. Solus Duisb. omittit *te. Mr.*

ipse eandem degustare,] „Fabr. *degustare ipsam eandem.* Laudo scripturam Palatin. quart. ac Vatican. *ipse eadem degustare.“ Gebh.* „Videtur esse debere *eam.* MS. Guelf. habet *eadem,* quod non displicet: *eadem bona,* quae in vita mea praedicas, quibus ego fruor.“ *Ern.*

ipse eadem degustare.] Ita scripsi ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Vind. 2. Guelf. Pal. quart. Vat. Rehd. uno Ox. Cur enim, ut ab Edd. partibus stemus, spernamus auctoritatem librorum optimorum, quae lectionem exhibent non modo tolerabilem, sed probabilem? Duisb. habet *degustare ipsam eandem,* Rehd. *gustare.* Sed amat *degustandi* verbum Cicero, translate potissimum positum. Vid. Paradox. Prooem. extr. *degustabis genus hoc exercitationum;* ad Att. IV. 8. extr. *istum convivam tuum degustes.* Cod. Mon. 1. habet *ipse in eadem dignitate,* et ita etiam unus Ox., uterque omisso proximo *et.* Duo Oxx. in seqq. omittunt *ille,* Vind. 1. habet *cupere ille.* Rehd. habet *capere* pro *cupere.* Ad v. *hominem* confert Ochsn. Cic. de Off. III. 14: *ad coenam hominem in hortos invitavit.* Unus Ox. habet *collocare. Mr.*

strato pulcherrimo textili stragulo] In multis Edd., Davisiana quoque, distinctio ponitur post *pulcherrimo,* quasi Cicero recensere voluerit primum *stratum pulcherrimum,* deinde *textile stragulum.* Quod cum merito displiceret Ernesto, correxit ille vir *pulcerrime,* idque ait deinde explicari, ut pulcritudo intelligatur. „*Strato,* dicit, refertur ad *lecto,* qui sternitur, v. c. *molliter, pulcre* etc.“ Sed recte

operibus picto, abacosque complures ornavit argento
que caelato. Tum ad mensam eximia forma pueros del
iussit consistere, eosque nutum illius intuentes dilig

monet Kühn. coalescere duo vocabula *textili stragulo* in unam notionem, quibus addi possit adiectivum *pulcherrimo ἀσυνδέτα* Verr. V. 52. *privata navis oneraria.* Corn. Datam. III. 2. *a duplici amiculo.* Stratus igitur erat lectus textili stragulo pulcherrimo. Confert praeterea Ochsn. Ciceron. Parad. V. 2. *locupletis orbi senis.* Quod vero refert Verb. in marg. Lamb edidisse *strata*, id est ex marg. Lamb. 1581, nec verius fortasse, quod est in marg. Goth. 1596. eum edidisse *texuli*, Goth. en 1660. habet *texili*, item falso, nihilque vult, quam sustulisse binum illam, quam dixi, distinctionem. Est autem *pulcherri* Cod. Vind. 2, *stextili* in Gud. 2. *Mr.*

magnificis operibus picto;] „Pal. quart. *pacto.*" *Gebh.* Unu *operili*, alius cum Vind. 1. *opibus. Operibus* explicat Or. ad V scholas *opere phrygio.* Ad v. *picto* recte intelligunt *acu.* Co potest Virg. Aen. III. 483: *fert picturatas auri subtemine veste Phrygiam Ascanio chlamydem.* Cod. Mon. 2. habet *abachosque;* cum tribus Oxx. et Gud. 2. *quam plures* pro *complures*, et sic Edd. P. A. B. C. Junt. Ven. nostr. utraque Asc. sed utraque in additum habet: „putem *complures* legendum." Pro *tum* unus *cum*, Rehd. *tunc.*

Eximia forma pueros delectos] *Delicatos* rescribit Marq. G ad Phaedri lib. IV. fab. 4. Sed renituntur Mssti; nec res ipsa l lat, ut a lectione, quam praestant, recedamus. *D.*

eximia forma pueros delectos] Gernhardus Comm. Gramm. Seebodii N. Arch. f. Philol. u. Paedag. I. 4. p. 55. ad Cic. A II. 31: (*si quis — proficiscatur Puteolos — probo navigio, bono natore* —) „Si quaeris, ait, cur Grammatici hos absolutos abl appellent, illo autem loco Tusc. V. 21: *Dionysius ad mensam ex forma pueros iussit consistere*, qualitatis ablativum inveniri di unum illud est idque exiguum admodum, quo haec ablativorum nera differant, quod *eximia forma* ex substantivo *pueros* defin pendent, illi autem Ablativi *probo navigio* (si probum navigium etc. a verbo *proficiscatur* non ipso reguntur, sed eam conditi significant, quam non aliunde suspensam praedicati sententia, quam adiutricem, interponi iubet, ablativo quidem casu, quo vel secundariae enunciationis, quae quasi sui iuris est, ratio si cetur. Atque apparet, verbi substantivi *esse* participium cum l praesenti tempori indicando inservire nollent, eiusmodi substa et adiectivis participii vim sic tributam esse, ut verbalem sign tionem aeque prae se ferrent, ac participia." Quod refert Dav dium ad Phaedri Fabb. IV. 4. [22. p. 81. ed. Burm.] coniecisse *catos* pro *delectos*, id ita se habet. Schützius tamen refert id fa esse ad fabularum librum XIV. Quem operarum errorem fid exscripsit Billerb. parum reputans numerum librorum Phaedri, rum certe decimum quartum pueris nunquam ipse magister exp Sed videtur ipse de numero librorum dubitasse: correxit enim tzii errorem novo, et pro fabula quarta, versum posuit esse tum. Pergit unus Ox. *iussit consciscere.* Unus Gud. 2. *dilectos.* *Mr.*

eosque nutum illius intuentis diligenter ministrare.] „Qui bene fit hisce disputationibus in nostris emendationibus, rescribe diligentissimo P. Victorio: a quo et hunc locum recepimus, ut

ministrare. Aderant unguenta, coronae: incendebantur odo- 62.
res: mensae conquisitissimis epulis exstruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina aptum demitti ius-

Palatin. tert. quart. Fabr. Vulgo *ad nutum illius intuenteis.*" *Gebh.* „Lege *intuentes*, ut est in Codd. omnibus. Sunt, qui exhibeant *ad nutum*, ut duo Leidd. sed perperam. Cic. ad Qu. Fr. I. 7: *Tot civitates unius hominis natum intuentur.* Unde apparet, apud eundem ad Famm. XII. 1, quidquid opponat Gebhardus, legendum esse: *Regios omnes nutus intuemur.* Miror elegantiam huius locutionis latuisse viros doctos." *Bouh.* „*Nutum eius intuentis*, vel potius *intuentes*. Sic Davis. 2. Buher. Bipp. Nisi *nutus* est pro voluntate, quod melius puto, quia mox est: *nec pulcros illos ministratores adspiciebat.*" *Nissen.* Dedit Gebh. nihil monens *eius* pro *illius:* quamquam posterius habet in lemmate annotationis. Receperunt *eius* Verb. Ern. Alt. Bip. Mannh. nulla plane Codd. et Edd. vett. ratione habita. Tres Oxx. omittunt *eosque*, habentque cum duobus aliis, Aug. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Edd. vett. ante Gebh. (exceptis Vict. Rob. Steph. Leod.) *ad nutum.* Unus Ox. exhibet *hosque*. Edd. S. E. *diligenter intuentes*. Hier. Wolf. ad marg. habet *intentos*. Sex Oxx. Gud. 2. Aug. *intuentis*, cum Edd. Ven. nostr. Junt. Asc. 2. P. A. B. C. V. Rob. Steph. Herw. Gebh. Ern. FAWolf. Nobb. Tbn. *Mr.*

diligenter ministrare] „MS. Guelf. habet *administrare*, sicut post pro *ministratores* Edd. vett. *administratores*. Vid. ad Verr. V. 4." *Ern.* Cod. Gud. habet *ministrare diligenter*. Usus est Cicero ministrandi verbo in his ipsis libris I. 26, 65: *Iuventate pocula ministrante — ut Iovi bibere ministraret:* ubi in Codd. nonnullis et Edd. eodem modo, quo hic, peccatur. Pergit Cod. Mon. 1. *Aderant praeterea unguenta.* Confert Ochsn. ad nostrum locum Fragm. Or. pro Q. Gallio p. 1053. Ern. [p. 454. Orell.] *Versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis.* Quod h. l. dicitur *odores incendere*, supra III. 19. est *incendere hedychrum*. Pro voce exquisitiore *conquisitissimis* legitur in Cod. Duisb. et uno Ox. *cum exquisitissimis*, in alio Ox. *eum exquisitimis*, in Mon. 1. *cum quesitissimis*. Rarum Ciceroni vocabulum, quo usus est etiam Or. de Lege Agr. II. 35. *conquisiti atque electi coloni*. Similior nostro locus est, quem laudat Ochsn. ex Panegyr. Lat. X. 11. *cum conquisitissimae dapes non gustu, sed difficultatibus aestimarentur*. Ita videlicet ex duobus Codd. in Ed. Jaegeri enotatum est: ipse J. autem dedit *quaesitissimae*, itemque Gruterus: et sic legitur etiam in meo Codice, qui continet Panegyricos minores omnes, cum maiore parte Panegyrici Pliniani. Pro *exstruebantur*, quod gravius est, legi ait Gothofr. in marg. in libro vetere *construebantur*, idque sibi non placere ait: idemque iudicium est in marg. Lambb. Ex libris, quos nos quidem novimus, unus eam lectionem habet Ox. Cod. Marb. habet *extrudebantur*. Confert Ochsn. Cicer. de Sen. 13: *caret epulis exstructisque mensis et frequentibus poculis*. Verba *fortunatus — videbatur* desunt in Cod. Rehd. Cod. Gud. habet *fortunatusque*, Gud. 2. *Damo sibi videbatur*. Ceterum in nomine *Damoclis* peccatur ut supra. De verborum collocatione *in hoc medio apparatu* vid. quae posuit R. Klotz. in Novis Annall. Philoll. (N. Jahrbb. f. Philol. u. Paed.) 1832. I. 1. p. 97. sq. ubi et regulam habes et exempla. *Mr.*

fulgentem gladium e lacunari seta equina appensum] „Consentiunt in hac lectione vulgati libri omnes, quotquot vidi: contra quorum conspirationem ego tamen lego *seta equina aptum:* non solum, quia

sit; ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pul-
b. chros illos ministratores aspiciebat, nec plenum artis argentum,

---

sic est in libro manu scripto, verum etiam, quia Nonius Marcellus ita legit. Ad hanc autem historiam pertinet illud Horatii lib. 3. Carmm., Od. 1:

Districtus ensis cui super impia
Cervice pendet, non Siculae dapes
Dulcem elaborabunt saporem." — *Frc. Fabr.*

Seta equina aptum] Eliens. sec. Petrens. Bak. Balliol. aliique multi Codices *appensum*. Ea quidem lectio Glossemati debetur, siquidem receptam servat Nonius in *aptam*, ut et Reg. Pall. tert. quart. Fabric. et Vatican. *D.*

fulgentem — optum] Cod. Vind. 2. omittit verba *e lacunari* et *aptum*. „Scribitur vulgo *appensum* ex glossa inepta. Sed *aptum* dedit ante nos Victorius cum Lambin. quomodo et Palatin. tert. quart. Fabr. Vatican. et sic quoque citat hunc locum in suo Dictionario seu Thesauro Linguae Latinae Venetiis impresso Aldus Manutius." *Gebh.* „*Aptum* Lambinus, ex veteri scriptura *actum*." *Goth.* „*Actum* pro *appensum* est in vetere libro manu scripto, ut dubium non sit, quin *aptum* legi debeat." *Ursin.* „*Aptum* pro *appensum*, non minus aptum huic loco verbum, Gryphii exemplar habet. Hanc certe lectionem Victorius tuetur cum ab ingenio ille quidem, studio, eruditione qua excellit maxime inter paucos, tum a veterum librorum copia, quos longe optimos undique collectos habet, instructissimus." *Brut. Aptum* etiam pro *appensum* correctum est in Ed. Ven. Alt. Et habent veram lectionem Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Duisb. quinque Oxx. Edd. Crat. in marg. V. Rob. Steph. Gebh. seqq. In Mon. 1. est *apprehensum*, in reliquis *appensum*. Simili, sed translata, significatione utitur illa voce Cic. Parad. 2. 17: *totus aptus ex sese*; supra V. 12. 36: *cui viro ex se ipso apta sunt omnia*: propria autem Cic. de Univ. 5: *caelum ita aptum est, ut* cet. Orat. 71. 235: *facilius est — apta dissolvere, quam dissipata connectere*. Enn. ap. Cic. de Off. III. 29. 104: *O Fides alma, apta pinnis* — i. e., ut explicat Beierus, cui affixae sunt pinnae, p. 380. Antecedentia in Cod. Gud. 1. scripta sunt *lacunaris a e t a e quina*, sed *s* supra lin. appictum, ut a pr. m. sit *lacunaria*. Tum Rehd. *demittere*. Vind. 1. *dimitti*, cum Gud. 2. Ad sententiam cf. Gonsalum de Salas ad Petron. p. 166. (Frcof. 1629. 4.) qui liber et rarus est et utilissimus. Cod. Gud. 2. omittit *illius*. *Mr.*

ut impenderet illius beati cervicibus.] Unus Ox. *ut impelleret*. Ad sententiam ironicam v. *beati* cf. supra V. 10. 31. Ad v. *cervicibus* Beroaldus: „Antiqui pluraliter tantum *cervices* dicebant: primus Hortensius cervicem singulariter enunciavit." Docet haec Varr. de L. L. VII. 4. et IX. 4. extr. cum Quinctil. VIII. 3. Docet autem Forcellinus, iam, ante Hortensium, Pacuvium ap. Cicer. de Div. II. 64. et Ennium apud Serv. ad Aen. X. 396. *cervicem* dixisse. Ceteri scriptores Singulari et Plurali promiscue utuntur: Cicero semper Plurali. *Mr.*

nec pulchros illos ministratores aspiciebat,] „Ita quinque Palat. Fabr. Vatic. denique Victorii editio. Utitur hoc vocabulo saepius Tullius. Pro L. Flacco [c. 22.]: *Idem hic mihi — quasi ministrator aderat*. Idem II. de Or. [75.] et alibi [de Or. I. 45. et 60.] Vulgo *administratores*." *Gebh.* Lectionem *administratores* nullus habet Cod. MS. praeter Vind. 2. Gud. et unum Ox. sed habent Edd. P. A. B. C. M. L. et nostrae vett. ante Gebh. exceptis Rob. Steph. Leod. et marg. Lambb. et Goth. Pro *illos* est *istos* in Ed. S. Et

ec manum porrigebat in mensam: iam ipsae defluebant ronae: denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, uod iam beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse ionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliqui terror npendeat? Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad iusti-

---

tiam in nonnullis Edd. Digest. Lib. L, 16, 203: *cubicularii, coci, dministratores:* sed probam lectionem iam pridem habent Edd. poiores, in quibus illa D. Gothofredi, quae manibus iunctis insignita st (Frcof. 1663. 4.) p. 1843. Ad locutionem *manum porrigebat* vid. Victorii Varr. Lectt. II. 20. p. 43. sq. Pergit Cod. Duisb. *ad mensam. Mr.*

iam ipsae defluebant coronae] Edd. P. et Ven. Alt. (quae una ademque videtur esse Ed.) *fluebant. Defluere* esse *sensim delabi* nemo non videt. Plane ita explicari potest supra I. 25. ubi translate ponitur: *a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus.* Ponitur autem pro *sensim dilabi* ad Famm. IX, 20: *salutatio defluxit* i. e. sensim discesserunt salutatores. *Mr.*

quod iam beatus nollet esse] Unus Ox. *beatos.* De verborum ordine *nollet esse* vid. Goer. ad Cic. de Finn. I. 18. p. 80; ad locutionis sententiam cf. eundem ad Cic. de Finn. III. 16. 55. p. 382. In Cod. Mon. 1. est *iam ita beatus:* quod est glossatoris, ironiam vel explicantis, vel sine eo additamento non intelligentis. Cod. Aug. habet *nolet* (ex scriptione NOLET): Rehd. *esse nollet. Satisne* scribi pro *nonne satis* ad Wolfii scholas monet Or. Vid. de eo usu Ern. Gernh. et Otton. ad Cic. de Sen. X. 31. Heusinger. ad Cic. de Off. III. 17. p. 693. *Satis* est in Gud. 2. Scribitur *videre* in uno Ox. Quatuor omittunt *ei* cum Rehd. Cod. Marb. habet *ei esse. Mr.*

cui semper aliquis terror impendeat?] „Nescio quid muginentur Palat. secund. quart. *cui miser semper aliquid error imp.* tert. *cui semper aliquid error.*“ *Gebh.* „Id vero satis clarum et liquidum est, nempe *aliqui terror*, ut supra quoque notavimus.“ *Gronov.* „Nescio cur Dav., relicta Codicum plurimorum et Edd. auctoritate, receperit miram Gronovii coniecturam *aliqui.*“ *Bouh.*

aliqui terror] Semper fere obliteratum est hoc *aliqui* in libris Ciceronis: cum tamen eo ducant codicum optimorum vestigia, Gronovii emendationem recipere non dubitavi post Dav. FAWolf. Schz. Or. Tbn. Et habent *aliquid error* Codd. Gud. 1. 2. et sine dubio etiam Reg., quamvis collatio nostra taceat. Quinque Oxx. *aliquis terroris,* Rehd. *aliquid erroris,* Mon. 1. cum Lall. Ol. *aliquid terroris.* Plane ita erratum est supra ad IV. 16. 35. ubi pro *aliqui talis terror* scribitur in aliquot bonae notae libris *aliquid alîs terror:* vid. nostr. annot. et conf. quae monuimus ad I. 11. 23. ad v. *deus aliqui,* ubi non obliterata est vera scriptio in tribus Codd. optimis, qui h. l. ius nonnisi vestigia servarunt. Unus Ox. habet *impendebat,* Rehd. *impendet. Mr.*

Atque ei ne integrum quidem erat, ut — remigraret] „Hanc structuram formae *integrum est,* nusquam reperi. Puto *ut* natum finali in *erat,* et inde *remigraret* pro *remigrare, redderet* pro *reddere.*“ *Ern.* „Usitatius foret *remigrare.* At illa structura neminem offendere debet. Nam quum *ut* etiam post alia verba, post quae e regulis grammaticis accusativus cum infinitivo poni debebat, positum reperiatur, v. c. post *inusitatum est,* Cic. Mur. 21. med., post *certum est,* Cic. Att. X. 4., post *verum est* Cic. Rosc. Am. 41. Verr. IV. 6. ext. 36.; quidni etiam possit post *integrum est* poni? Possit vero

tiam remigraret, civibus libertatem et iura redderet: iis enim se adolescens improvida aetate irretierat erratis, eaque commiserat, ut salvus esse non posset, si sanus esse coepisset.

22 63. Quanto opere vero amicitias desideraret, quarum infide-

---

etiam, si lubet, *ut* explicari h. l. per *quomodo*, ut post *veri simile est* explicari licet.“ *Scheller.* Obss. in prisc. scrr. p. 205. „Wunderus nuper in Jahnii Annall. II. 3. 2. p. 151 sqq. probavit, varias, quae esse videantur, vocis *ut* significationes omnes explicari posse ex primaria eius significatione: *quo modo.* Ita hoc loco: *Es stand ihm nicht einmal die Weise frei, wie er hätte zurückkehren können.*“ *Or.* ad Wolfii scholas. Vid. illo loco in primis p. 152. et 161. et hic quidem Wunderus nostrum locum explicat: *fieri non poterat, ut is.* — Add. Etzler. ib. Vol. VIII. (1828. III. 1.) 1. p. 112. qui nostro loco *ut* esse *effecti* (einer Wirkungsbestimmung) nec vero ad significationem modi (eines Wie) referendum contendit. Mireris autem, quod Ernestus contendit nusquam se reperisse hanc formulae *integrum est* structuram, cum sit in Or. pro Mur. 4: *neque est integrum, ut meum laborem — impertiam.* Nihil certius est, quam verba *ne integrum quidem erat* esse plane id, quod *ne fieri quidem poterat*, quam formulam nunquam non excipit *ut.* Ad v. *atque*, quo vocabulo posito oratio adscendit ad graviora et maiora, cf. Handii Tursellin. I. p. 484. In sola Editione Davisiana Rathii est *atqui:* quod cum non sit in Dav. 2. et eiusdem Oxoniensi, operarum errori tribuendum videtur. Scribitur *ne ei* in Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. Unus Cod. habet *integer. Remigrandi* verbo alibi non utitur translate Cicero. Pergunt *civibusque* duo Oxx. et Edd. ante Gebh. exceptis Vict. Rob. Steph. et post Gebhardum, Lall. Oliv. Bip. Mannh. Sed cur a Codicum lectione discedatur, nulla est causa. Duisb. exhibet *iura et libertatem.* In seqq. esse, qui pro *iis* exhibeant *his*, nemo non exspectabit. Sed non est quod eos enumeremus, quamvis sint in eorum numero Reg. et Gud. 1. Duo Oxx. et Aug. omittunt *se.* Duisb. habet *adolescens se.* Cod. Aug. exhibet *cura praehenderent*, et mox *irreliverat. Mr.*

Inprovida aetate] Forsan *in inprovida aetate.* Illa certe praepositio pari modo saepius est absorpta. Sic apud Velleium Paterculum lib. II. cap. XXVIII, 2. de Sulla: *Dictator creatus — imperio, quo priores ad vindicandam maximis periculis Remp. usi fuerant*, immodicae *crudelitatis* licentiâ *usus est.* Omnino rescribendum *in immodicae crudelitatis licentiam usus est.* Eiusdem libri cap. XXXI, 3. contrario vitio legitur, *Sed tamen idem hoc ante biennium* in M. Antonii praetura *decretum erat.* Reponas velim, *ante biennium M.* Antonio praetori *decretum erat.* Vide Lactantium Div. Inst. lib. I. cap. XI, 32. *D.*

improvida aetate] Iusto cupidius in Ed. 2. recepit Dav., Bentleio fortasse annuente, coniecturam suam *in improvida aetate.* Est *improvisa* in Edd. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. Crat. Sed haec in marg. probam lectionem habet. Post *aetate* unus Ox. habet *interre*, alius *quae* pro *eaque*, Gud. 1. *ea quae. Mr.*

ut salvus esse non posset, si sanus esse cuperet] „I. e. *si libertatem populo reddidisset, in iudicia vocari posset propter facinora iuventutis, et damnari.*“ *Ern.*

c. 22. *Quantopere vero amicitias*] Or. scripsit *quanto opere*, quod recepi. Vid. quae monet Baumg. Crusius in cl. Sueton. p. 557. cf.

litâtem extimescebat, declaravit in Pythagoreis duobus illis: quorum quum alterum vadem mortis accepisset; alter, ut vadem suum liberaret, praesto fuisset ad horam mortis destinatam: *Utinam ego*, inquit, *tertius vobis amicus adscri-*

---

supra III. 3. 6. Beier. ad Cic. de Off. II. 14. 48. p. 93. Cod. Gud. omittit *vero*; unus Ox. habet *quorum*. Quod h. l. dicit *amicitiarum infidelitatem*, dixit Or. pro Mil. 26, 69. *infidelitates in amicis*, ubi Garatonius praetulit *in amicitiis*. *Mr.*

In Pythagoreis duobus illis] Damonem et Phintiam significat. Historiam late referunt noster Offic. lib. III. cap. 10. Diodorus Siculus in Excerpt. Peiresc. pagg. 242, 244. et Valerius Maximus lib. IV. cap. VII. 1. ext. Apud hunc *Phintiae* loco perperam legitur *Pythias*, ut ex Plutarcho περὶ πολυφιλίας pag. 93. dudum monuit Hadr. Turnebus Advers. XX, 13. Vide Cl. Salmasium Exerc. Plin. pag. CXI. Multis sane veterum locis confirmari potest haec emendatio; Damonis enim amicum *Phintiam*, non *Pythiam*, vocant Porphyrius vit. Pythag. §. 60. Jamblichus περὶ βίου Πυθαγ. §. 127, 234. et Latinus Pacatus Paneg. XII. cap. 17. Ambrosius de Virginibus lib. II. cap. V, 34. *At etiam Philosophorum gymnasia Damonem et* Pythiam *Pythagoreos in caelum ferunt* etc. Leg. *Damonem et Phintiam*, quod Benedictini quidem monere neglexerunt. Vide sis et eundem lib. III. de Offic. cap. XII. n. 80. Lactantium Div. Inst. lib. V. cap. XVII, 22. et Ciceronem de Fin. II, 24. *D.*

in Pythagoreis duobus illis:] Ad rem adde iis, quos laudavit Dav., Fabricium in Bibl. Gr. I. p. 509. ubi videbis eum, qui alibi *Phintias* (perperam *Pythias*) vocatur, Hygino Fab. 257. vocari *Moerum*, quo nomine usus est Schillerus noster in carmine elegantissimo, quo hanc narrationem inclusit. Cf. Fabric. l. c. p. 514 et 516 sq. et quos laudat Beierus ad Cic. de Off. III. 10. 45. p. 259. Scribitur *Pythagoricis* in quatuor Oxx. et Mon. 2. In Gud. 2. est *Pythagore*, neglecto compendio vocis *is*. Verba *alterum vadem mortis accepisset* exciderunt in Cod. Rehd. De significatione vocum *vas* et *praes*, quarum prior capitis, posterior pecuniae sponsorem significabat, vid. quae accuratius disputant interprr ad Liv. III. 13. 8. p. 126 sq. ed. Drakenborch. Stuttg. Add. Forcellin. v. *praes*. Barnab. Brisson. de Verbb. Diff. v. v. *praedes* et *vades*. Auson. Idyll. 12:

Quis subit in poenam capitali iudicio? vas.
Quid? si lis fuerit nummaria? quis dabitur? praes. Mr.

vadem mortis] „De Off. est *vadem se sistendi* sc. ad mortem: unde dixit *vadem mortis*." *Ern.* In Cod. Reg. est *vade*, absorpto *m* a sequente. Sic vice versa in Mon. 1. Duisb. et uno Ox. scribitur *accepisset et*. Pergit idem Ox. *alter vero vadem*, Duisb. omittit *ut*, et exhibet *liberare*. Marb. Gud. 1. et 2. *alterum vadem*, ut prius. Unus Ox. pro *suum* habet *mortis*. Pro *horam* in Gud. 2. est *bonam*. Pro his verbis de Off. III. 10. legitur: *cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset. Mr.*

morti destinatam] „Sic habent nonnulli libri veteres. alii *mortis*, ut vulgati." *Lambin.* „*Morti* malui cum Lambin. et Pall. prim. fert. alias *mortis*." *Gebh.* „*Mortis* dedi: vulgati *morti*." *Dav.* Ed. 2. Restituit *morti* Dav. in Ed. 3. Ego vero cum Ern. FAWolf. seqq. dedi *mortis*, quod commode stare potest, ex Codd. optimis, Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 1. Rehd. Duisb. et (si collationi fides) uno Ox. Edd. S. V. M. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Boul. Leod. Lambb. Goth. *Mr.*

Utinam ego — adscriberer!] Unus Ox. habet *nobis*. Mon. 1.

berer! Quam huic erat miserum, carere consuetudine amicorum, societate victus, sermone omnino familiari! homini praesertim docto a puero et artibus ingenuis erudito. Musicorum vero perstudiosum, poëtam etiam tragicum — quam

---

ascriberer, Vind. 2. *describerer!* Imperfecto Coniunctivi utitur tyrannus, qui id fieri posse ipse desperat. De hac constructione laudat Kühnerus G. Hermannum ad Viger. p. 756. sq. *Mr.*

Docto, et *a puero artibus ingenuis erudito*] Sic Cl. Bentleius, et, ut puto, commodissime. Vulgo *docto a puero* et artibus ingenuis erudito. *D.*

docto a puero] „Vatican. *dato a puero.*“ *Gebh.* Bentleii mihi correctio admodum videtur probabilis.“ *Bouh.* „Quod dedit Dav. ego quoque verum puto.“ *Ern.* „Molestum est *a puero.* Malim *et vero etiam artibus ingenuis erudito.*“ *Nissen.* Recepit etiam Schützius Bentleii coniecturam, nec vero FAWolf. Or. Nobb. Tbn. neque ego quidquam mutandum censui contra optimorum, vel potius omnium Codd. auctoritatem. Cur enim *a puero doctus* non significare possit apud Ciceronem *hominem inde a pueritia literarum studiis imbutum?* Pergunt Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. *institutis et artibus.* Sed v. *institutis* non agnoscunt Codd. MSS. In Gud. 2. est *ingeniis* pro *ingenuis. Mr.*

Musicorum vero perstudiosum, poetam etiam tragicum,] „Maluimus *δναχολούθῳ* hiare orationem, quam aliorum tolerare glossemata: inculcarunt *perstudiosum accepimus*, qui semper aliquid desiderant: quod quia eiiciunt quinque Pall. Vatican., tolerandumne cui videbitur?“ *Gebh.* „Equidem, cum nonnulli libri MSS. et Ed. mea vetus exhibeant *perstudiosum accepimus*, sine difficultate illud verbum receperim, quod necessarium est, nisi plura etiam et maiora mutare velis.“ *Bouh.*

Musicorum vero perstudiosum, poetam etiam Tragicum, quam bonum nihil ad rem] Haec nihil habent, a quo pendeant. Eliens. quidem sec et veteres editi dant, *musicorum vero perstudiosum* accepimus; *Poetam etiam Tragicum; quam bonum nihil ad rem.* Etiam Balliol. et Med. dant, *musicorum vero perstudiosum. Poetam etiam Tragicum* accepimus. Ita quidem recte procedit oratio, et hoc malim, quam balbutientem facere Tullium. Cum tamen eam vocem nesciant reliqui Codices; et Bak. noster exhibeat *poetaeque etiam Tragicum*, forte noster scripsit *Musicorum vero perstudioso, Poetaeque etiam Tragico, quam bono nihil ad rem;* ut haec cum superioribus connectantur. Idem Cl. Bentleio placere video. *D.*

Musicorum vero perstudiosum — — tragicum accepimus] „Addidimus e MSS. tum aliis, tum Guelf. et Edd. vett. Mediol. Juntae, Ald. Vict. etc. *accepimus.* Nam alias non est, unde Accusativi pendeant. Facilius erat, haec coniungere superioribus sic: *m. v. perstudioso et poëtae etiam tragico: quam bono, nihil ad rem*, ut placebat Bentleio et Davisio.“ *Ern.* „Priusquam *accepimus* ex Edd. vett. et MSS. quibusdam additum vidissem, conieceram *traditum* pro *tragicum.*“ *Nissen.* Schützius servavit lectionem Edd. vett. et Ernesti, qui vero *accepimus* non post *tragicum* posuit, ut ex eius lemmate annot. conicias, sed post *perstudiosum.* — „*Musicorum*, ait FAWolf. in scholio, est Substantivum gen. neutr. *τὰ μουσικά.*“ Idem in libro, quem supra laudavimus, S. F. W. Hoffmanni (F. A. Wolfs Darst. d. Alterthums-Wissensch. cet. Lips. 1833.) p. 97 sq. „Est *δναχολούθῳ*, ait; non enim habent verba *musicorum perstudiosum, poëtam tragicum*, unde pendeant. Nam *accepimus* adscitum est e glossemate, qua-

bonum, nihil ad rem; in hoc enim genere nescio quo pacto magis, quam in aliis, suum cuique pulchrum est. Adhuc

---

lia in vetustis Edd. innumera sunt temere illata. Scilicet *φιλαυτία* poëtarum scribentem ab instituto cursu abstraxit, ut plane oblivisceretur sui. Vitium hoc est in scribendo, fatemur: sed frequens illud apud scriptores quotidianum sermonem imitantes: et primum quaerendum est ubique, quid scripserint veteres: deinde, quomodo scripserint." Solus Lamb. dedit *perstudiosum fuisse accepimus*, et, qui eum sequitur, Frc. Fabric. Gesnerus librorum optimorum lectionem cum Gebhardo sequens, „Mihi, ait, placet grata Tullii negligentia, et programma de illâ Ernesti." (Sed ipse Ern. hoc quidem loco gratam illam negligentiam non concoxit.) Kühnerus nihil quidem mutari vult, sed ex hoc aliisque permultis locis meridiana luce clarius apparere ait, his disputationibus non ultimam a Cicerone limam admotam esse. Ego, sive volenti sive imprudenti Ciceroni hoc *ἀνακόλουθον* exciderit, nihil mutandum censui, neque libris parendum, quae verbum addunt, quod non uno loco positum manifeste glossam prodit. Et abest illud *accepimus* a Codd. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Mon. 2. Vind. 1. Bern. (sed hic a 2. m. additum habet) sex Oxx. Edd. P. Gebh. Dav. (qui vero Bentleio accessit) FAWolf (quamquam hic in Ed. 1. servavit *accepimus*, servat enim Bill., qui eam sequitur:) Or. Cum Lambino facit noster Mon. 1, nisi quod omittit *fuisse*. Tres Oxx. habent *et* pro *etiam*. Solus Gud. 2. habet *perstudiosissimum*, Gud. 1. *misicorum*. In Anacoluthis etiam ponit locum Otto ad Cic. de Finn. Excurs. III. p. 395. addens, Ciceronem in mente habuisse verbum *accepimus*, eumque id omisisse, orationis impetu ad aliam sententiam delatum. Ad rem adde locis a Davisio laudatis Vossium De Poëtis Gr. p. 42. Tzetz. Chiliad. V. 178. sq. *Mr.*

Quam bono nihil ad rem] Themistius Orat. IX. pag. 126. *Τραγῳδίας δέ*, inquit, *ἱκανῶς γράφειν, καὶ Διονύσιος ὁ Τύραννος ἱκανὸς ἦν.* De Poetica eius facultate non tam bene sentiunt reliqui, et in horum sententia fuisse se non obscure docet Tullius. Ammianus Marcellinus lib. XV, cap. 5. *Legimus Dionysium intentasse Poetae Philoxeno mortem, cum eum recitantem* proprios versus absurdos et inconcinnos, *laudantibus cunctis, solus audiret immobilis.* Lucianus advs. Indoct. Tom. II. pag. 387. *Λέγεται γὰρ καὶ Διονύσιον τραγῳδίαν ποιεῖν ΦΑΥΑΣΣ πάνυ καὶ ΓΕΛΟΙΩΣ, ὥστε τὸν Φιλόξενον πολλάκις δὶ αὐτὴν ἐς τὰς λατομίας ἐμπεσεῖν, οὐ δυνάμενον κατέχειν τὸν γέλωτα.* Alia de Philoxeno in lapicidinas conjecto testimonia corrasit Jac. Perizonius ad Aeliani V. H. lib. X. cap. 9. at de Dionysii Tragoediis vide Schefferum et Kuhnium ad lib. XIII. cap. 18. *D.*

in hoc enim genere — suum cuique pulcrum est] Proverbialem hancce locutionem: *suum cuique pulchrum* multis locis consimilibus collatis explicatam habes in Erasmi et all. Adagiis p. 31. (ed. Wechel.) coll. p. 585. Adde, quae sunt in egregio opere, hodie fere neglecto, Langii Polyanthea p. 79 sq. et p. 897. — Scribitur in uno Ox. *nihil enim in genere.* Post *pulchrum* Cod. Marb. omittit *est:* quod in proverbiis quidem saepissime omittitur: sed in hac sententia, qua in orationis seriem receptum est proverbium, minus bene omitteretur. *Mr.*

Adhuc neminem cognovi poetam —] „Eadem sententia usus est in epistola quadam ad Atticum Lib. XIII. [est XIV. 20.] *Nemo unquam neque poëta neque orator fuit, qui quenquam meliorem se arbitraretur.* Aristoteles lib. IV. Eth. *πάντες γὰρ ἀγαπῶσι τὰ αὑτῶν, ὥςπερ οἱ γονεῖς*

neminem cognovi poëtam, (et mihi fuit cum Aquinio amicitia,) qui sibi non optimus videretur: sic se res habet, „*Te tua, me delectant mea*“ — sed, ut ad Dionysium redea-

---

καὶ οἱ ποιηταί. Pro *Aquinio* autem vidi notatum in quodam libro *cum aliquibus. Ursinus.* Cf. Turnebi Adversar. XII. 1. p. 373 sq. Aristot. Eth. IX. 7. *ὑπεραγαπῶσι οἱ ποιηταὶ τὰ οἰκεῖα πράγματα, στέργοντες ὥςπερ τέκνα.* — Cod. Mon. 1. habet *ad hunc neminem. Mr.*

cum Aquinio] „Vel potius *Aquino*, ut est in uno Cod. Leid. Confirmatur haec emendatio Catulli epigrammate XIV. [18.] ubi omnes Codd. habent *Aquinos*, [in hendecasyllabo: *curram scrinia: Caesios, Aquinos* —] quod versus flagitat. Debebant certe inde Catulli interpretes corrigere potius Ciceronem, quam ex Cicerone Catullum. *Aquinus* potuit esse nomen familiae Romanae, ut *Crispinus, Silvinus* cet.“ *Bouh.* „*Aquinius* ergo poëta deterrimus fuit. Vid. Clav. Ceterum ex Catullo legendum *Aquino*. Nam ibi corrigere e Cicerone *Aquinios* metrum non sinit.“ *Ern.*

Mihi fuit cum Aquinio *amicitia*] Philipp. Beroaldum mala mens urgebat, cum pro *Aquinio* rescripserit *Archiam;* hic enim egregius erat Poeta, quem impense laudavit Tullius; at hoc in loco vates stultus et ineptus denotatur, qualis revera fuit Aquinius. Catullus Epigr. XIV.

Nam, si luxerit, ad Librariorum
Curram scrinia; Caesios, Aquinios,
Suffenum, omnia colligam venena,
Ac te his suppliciis remunerabor.

Eliens. sec. *cum* Attilio *amicitia*. Is durissimus erat Poeta, quem memorat noster ad Attic. lib. XIV. Epist. 20. et de Fin. lib. I. cap. 2. Cave tamen, quicquam mutes. *D.*

cum Aquinio] „Recte Dav. intelligendum censet esse *Aquinium*, stultum istum et ineptum poëtam, cuius meminit Catullus in Carm. XIV. quod Licinio Calvo, poëtae et amico inscripsit v. 18. Ad eundem fortasse referendus est iocus Ciceronis apud Plut. Vit. Cic. c. 27: *Μάρκον Ἀκυΐνιον, ἔχοντα δύο γαμβροὺς φυγάδας, Ἄδρηστον ἐκάλει* quod de poëta dictum plus acuminis videtur habere.“ *A. Weichert.* Poett. Latt. Hostii cet. vitis et rell. (Lips. 1830. 8.) p. 141. — Wolfius edidit *Aquino*, et ita est in duobus Oxx. Vind. 1. Bern. (sed correctum est *Aquinio*) Gud. 2. Aug. Rehd. Edd. S. M. Ego vero obsequendum duxi Codd. Reg. Gud. 1. rell. Eandemque ob causam cum Silligio facio, qui, ex hac ipsa apud Ciceronem lectione, apud Catullum rescripsit cum Turnebo *Aquinios*. Ita enim Turnebus l. c.: „*Caesios, Aquinos* male scriptum arbitror, pro *Caesios, Aquinios*: etsi in modulando versu vocales coniungendae sunt, ut earum coetu una comprehendatur syllaba. [Vult ut legatur in Catulli *ἐνδεκασυλλάβῳ Aquinjos*, ut in notissimo illo Virgiliano: *Fluvjorum rex Eridanus*]. Aquinium enim malum poëtam fuisse e Cicerone constat. Nam quinta Tusculana sic scribit: *adhuc neminem cognovi poëtam, (et mihi fuit cum Aquinio amicitia,) qui sibi non optimus videretur.*“ — In uno Ox. est *si* pro *sibi*, ex male lecto compendio. Duisb. omittit *non*, habetque cum alio Ox. *videbatur*. Gud. et Vind. 1. *sic res se habet. Mr.*

Te tua, me delectant mea] Hoc quoque proverbium habes in illa, quam supra laudavi, collectione: Erasmi et aliorum Adagia p. 32. In eandem sententiam loquitur Cicero ad Att. XIV. 20: *quare sine, quaeso, sibi quemque scribere: Suam cuique sponsam, mihi meam: suum cuique amorem, mihi meum. non scite. hoc enim*

mus, omni cultu et victu humano carebat: vivebat cum fugitivis, cum facinorosis, cum barbaris: neminem, qui aut libertate dignus esset, aut vellet omnino liber esse, sibi amicum arbitrabatur.

Non ego iam cum huius vita, qua taetrius, miserius, detestabilius excogitare nihil possum, Platonis aut Archytae vitam comparabo, doctorum hominum et plane sapientium: ex eadem urbe humilem homunculum a pulvere et radio excitabo, 23 64. p. 241. a.

Attilius, poëta durissimus. Ubi vid. Orell. — Legitur in Cod. Rehd. egregia scilicet correctione: *tenuia me delectant mea.* Gud. 2. *habet te tua. Tuae delectant mea. Sed* —. Pergit Mon. 1. *ut adyonisius reddeamus.* Rehd. omittit *ut*, et mox *humana.* Priora vero Duisb. sic. *me mea te delectant tua*; idem: *omni cultu humano et victu carebat*; Mon. 1. *carebil*, omisso proximo *vivebat* cum duobus Oxx. Marb. habet cum Gud. 2. *et vivebat.* Vind. 1. *cum furtivis.* Sequens *cum* omittit unus Ox. Cod. Reg. *facinerosis.* Mox Cod. Vind. 1. omittit *aut*: Mon. 2. cum uno Ox. habet *aut qui*, duo Oxx. *neminem autem qui.* Tum Gud. *dignus erat.* Pergunt duo Oxx. *ac vellet.* Gud. 2. omittit *vellet.* Mon. 2. pergit *liber omnino esse.* Vind. 1. *sic* pro *sibi.* Duisb. *amicum sibi. Mr.*

c. 23. *Non ego iam cum huius vita*] „Ita (non cum vulg. *ergo*) Gryph. Vict. aeque bono sensu.“ *Brut.* Ita Codd. fere omnes, excepto uno Ox. et Mon. 2. in quo est $\bar{g}$, quod alibi est compendium vocis *ergo.* Habent *ego* Edd. V. C. Herw. 1534. et 1540. Gebh. seqq. itemque marg. Lambb. et Goth. In Mon. 1. est *sum* pro *iam*, quam vocem omittit unus Ox. Mox alius cum Mon. 1. *qua tetrius, qua miserius*, alius Ox. *qua tetrius, deterius, miserius*; unus cum Mon. 2. *Architae*, alius *Archite vite.* Gud. 1. *Archytae vitae vitam*, Gud. 2. *Archite cum pantcho doctorum.* Cod. Mon. 1. habet *aut doctorum.* Unus Ox. omittit *hominum*, alius habet *sane* pro *plane.* Idem omittit *humilem.* Gud. habet *sapientum.* Rehd. *urbe hominem*, supra lin. ut nos. *Mr.*

Humilem homunculum] De Archimede sic etiam Silius Italicus XIV, 342.

Vir fuit Isthmiacis decus immortale colonis,
Ingenio facile ante omnes telluris alumnos,
Nudus opum, *sed cui caelum terraeque paterent.*

Attamen Ἱέρωνι τῷ βασιλεῖ συγγενὴς ἦν καὶ φίλος, ut tradit Plutarchus in Marcello p. 305. *D.*

humilem homunculum] „Cf. Harles. ad Fabric. Bibl. Graec. IV. p. 171. 172. not. 2. Ad v. *pulvere* vid. Kindervater. ad Cic. de N. D. II. 18. p. 155.“ *Schuch.* Pro *post fuit* Cod. Mon. 1. cum Ed. P. habet *fuit post.* In Cod. Rehd. est *post Archimedem fuit.* Exstat de hoc toto, qui sequitur, loco Commentatio Fraguierii in: *Mémoires de Litterature tirés des regitres de l'Academie des Inscriptions* T. III. p. 398—413. ed. Amst. quam habes Germanice conversam in: Ausführl. Schriften d. k. Acad. d. Inschr. a. d. Frz. v. L. A. V. Gottschedinn. T. II. p. 439—453. Cf. Victorii Varr. Lectt. X. 23. p. 251. sq. Cod. Marb. habet *Archemidem. Mr.*

A pulvere et radio] Mathematicis studiis deditum. Locutionis ratio est, quod *radius* sit instrumentum, quo geometris in mensa, *pulvere* conspersa, σχήματα sua describere, moris erat. Adi quae

qui multis annis post fuit, Archimedem. Cuius ego quaestor ignoratum ab Syracusanis, quum esse omnino negarent, saeptum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulcrum. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam: qui declarabant, in summo se-
65. pulcro sphaeram esse positam cum cylindro. Ego autem, quum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Achra-

---

diximus ad lib. II. N. D. cap. 18. Augustinus Epist. XXXIX. pag. 50. (Bened. Epist. XXVI.)

Inde figurarum positas sine *pulvere formas*
Posco amens.

Lege *positas in pulvere formas.* Hinc Seneca Epist. LXXXVIII. *Itane? in Geometriae* pulvere *haerebo?* Idem Epist. LXXIV. *Utrum maiorem an minorem circulum scribas, ad spatium eius pertinet, non ad formam: licet alter diu manserit, alterum statim obduxeris, et in eum quo scriptus est pulverem solveris, in eadem uterque forma fuit.* Ibi vide Iust. Lipsium, ut et Joan. Brodaeum Miscell. lib. I. cap. 1. *D.*

Cuius ego quaestor] „Quum Sicilia duobus quaestoribus regi soleret, uno Lilybitano, altero Syracusano; M. Tullius Lilybitanus fuit, Sexto Peducaeo praetore. De hac ea quaestura scribit ipse affatim in Verrinis et in Oratione pro Plancio, ubi ait *nullius in Sicilia quaesturam aut gratiorem aut clariorem sua fuisse.* [Or. pro Planc. c. 26.]" *Beroald.* Conf. Schützii Lex. Cic. T. I. p. 107. Frc. Fabric. Marcodur. in Hist. Cic. a. U. 678. p. 36–38. ed. Ern. Histoire de Ciceron par Morabin. T. I. p. 33 sq. T. III. p. CV. CCCLXVII. sq. — Scribitur in uno Ox. *ego questum*; in Codd. Vind. 1. 2. Mon. 1. Gud. Duisb. *a Syracusanis.* Verba *et vestitum* absunt a Cod. Rehd. Noli vero inde iis litem movere. Neque enim magna est eius Codicis auctoritas in iis, quae singularia habet, et solet Cicero verba minus propria, addito proprio vel magis perspicuo, quasi explicando mitigare vel excusare. Hoc loco utrumque (*saeptum* et *vestitum*) est μεταφορικόν: sed alterum altero illustratur. — Post *tenebam* Gud. 2. omittit *enim.* Senarii, de quibus loquitur, apud nullum eorum, qui exstant, reperiuntur scriptorum. In seqq. Cod. Rehd. habet *in eius esse monumento.* Tum quinque Oxx. Vind. 1. 2. Mon. 2. Gud. *scriptos* pro *inscriptos:* quod est correctorum, qui praepositionem verbo adiunctam inutilem existimarent, cum jam praecesserit. Sed amat Cicero praepositionum eiusmodi repetitionem, veluti Or. pro Cluent. 29: *iniectus in flammam;* de N. D. I. 20. *in cervicibus imponere. Mr.*

sphaeram — cum cylindro.] „Nimirum quibus significaretur praeclarum θεώρημα de ratione utriusque corporis, inventum ab Archimede." *Ern.* De Archimedis sphaera vid. interprr. ad Cic. de N. D. II. 34. p. 347 sq. ed. Cr. et nostr. maj. — Scribitur *speram* et *chilindro* in Cod. Mon. 1; Marb. qui in superioribus habet *Sracusanis,* omittit *cum,* et exhibet *cilindro. Mr.*

ad portas Agragianas] „Ἀκράγας est Graecis urbis nomen, a fluvio. quo et Virgilius usus: *Arduus inde Agragas* cet. Forma autem Latina dixere Agrigentum: unde *Agrigentinus.* sed et a Graeco Ἀκραγαντῖνος fit. De hac igitur forma quaerendum diligentius. Significari enim certe portas puto, qua Agrigentum petentes tendere solerent." *Camerar.* „*Achradinas* habet vetus liber." *Ursin.* „Quis hic tam masculae aut ferreae frontis, qui a Victore (Victorium intelligit)

dinas magna frequentia sepulcrorum) animum adverti colu-

duobusque Palat. secund. quart. discederet ad aliorum ariolationes? Schegkius in Praemessis legit *Acradinas*, quia in Fulvii Ursini libro *Achradinas*: trahitque huc illud ex lib. IV. in Verrem [c. 53.]: *Altera autem est urbs Syracusis, cui nomen Acradina*: laudatque praeterea Plutarchum Timoleonte, Livium lib. XXV. Lambin. *Acraganas*. alii *Agrigentinas*. Palatin. prim. *agraginas*, tert. *sagraginas*, quint. *gargianas*, Vatican. *a porta Sagra Agragianas*. Fab. Mart. *sagragianas*. Gembl. *a porta sagragiana.*" *Gebhard.* „Vereor de testimonio Vaticani, qui non videtur aliter habere, quam Fabricianus et Martinianus, *a porta sagragianas*, quod Gebh. citavit duplex, quia lineola, qua usus fuit collator, et subduxit notabiles literas, negligentius ficta est. Sed maioris momenti est, quod ex eodem libro observatum video, non *animadverti* illic legi, sed *animum adverti*, quod non potest non ab Cicerone venisse; et ideo intrepidus restitui, ut possit haec pericope addi paternis ad Livium lib. XXIV. c. 48." *Gronov.* — *Acraganas* dedi; vulgati libri habent *Agragianas*: nec aliter in libris Nonii legitur. De ea tamen forma Camerarius merito dubitat. Portae autem, quae εἰς Ἀκράγαντα ferunt, melius *Acraganae*, quam *Agraginae dicuntur.*" *Frc. Fabr.* „In nostris libris ita legitur *a porta sagra Agragianus*. Verum quanta hic scripturae varietas, colligit in Praemessis Jac. Schegkius, quem adi." *Schott. Nod. Cic.* p. 389. *Mr.*

Ad portas Agragianas] Ita Nonius in *lustrare*, si fides editis; nam Ms. C. C. C. C. *Gaianas*. At cum Pal. pr. *agraginas*, tert. *sagraginas* exhibeat, mihi recipienda videtur Ursiniani Codicis lectio, qui dat *Achradinas*. Stephanus. Ἀχραδίνη νῆσος ἔχουσα πόλιν, ἣν ἐκολιόρκησε Μάρκελλος, καὶ Ἀχραδίνη μοῖρα Συρακουσῶν. Achradinae meminerunt Cicero in Verrem IV, 53. Athenaeus lib. V. pag. 207. F. Plutarchus Timol. pagg. 244, 245. et in M. Marcello pag. 308. denique Livius lib. XXIV. capp. 21, 22, 23, 24, 32, 33. etc. Hinc cuivis facile constat, cur Achradinae dictae sint illae Syracusarum portae. *D.*

Agragianas] „Ita Codd. aliquot et Ed. mea vetus. Sunt, qui habeant *Sagragianas*: alii, in his Leidd., *Agraginas*, alii *Gargianas*. Dav. coniicit *Achradinas*. Sed pars urbis sunt *Achradinae*, non porta: et ea ipsa pars cum a reliqua urbe, tum a tribus partibus mari circumdata, non habebat portam, per quam in campum exires. Vera mihi videtur Ciceronis manus *Galeagrinas*. Ea nimirum porta, quae erat in extrema via, quae separabat Achradinas a reliquis Syracusis, erat sub turre, quae dicebatur *Galeagra*, unde sine dubio porta nomen accepit. Vid. Cluverii Sicil. Antiq. l. 12." *Bouh.* „Corradus in Quaestura p. 382. e Verr. III. 33. ubi habet *portas Acradinae*, correxit *Acradinas*, quem secutus est Davisius, etsi non nominavit. Sed eam coniecturam refellit Buherius ex eo, quod Achradina fuit particula Syracusana, inter medias reliquas urbis partes, cuius adeo porta non erat versus agrum et campum. Ipse corrigit *Galeagrinas*, dictas a turri *Galeagra*. Dorvillius autem in Siculis p. 193. legit *Agragantinas*, i. e. quae versus Agrigentum essent, ut visum est etiam Camerario." *Ern.* Errat Ernestus *portas Achradinae* a Corrado ex Verr. III. 33. laudari dicens. Ita enim Corradus l. c.: „Alicubi legimus *portas Gargianas*, alibi *Sagragianas*, et tandem etiam *Egredinas*. *Acradinas* ego legerim idque ex Verrina sexta [i. e. Verr. Act. II. lib. IV. c. 53. nec vero 33. ut est in marg. Corradi], ubi Cicero Syracusas describit, atque ex *Livii* auctoritate, qui libro vigesimo quinto [cap. 25. prc.] *tenebant Acradinae portas murosque maxime transfugae.*

mellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphaerae figura et cylindri. Atque ego statim Syracusanis (erant autem principes mecum) dixi, me illud ipsum ar-

---

Mutatae inversaeque sunt hic literae, cet.“ Add. Goeller. de Situ et Orig. Syracus. p. 61. sq. 64. qui probat scriptionem *Achradinas*, quam ego quoque recepi cum FAWolfio, Schz. Or. Nobb. Tbn. ex Cod. Ursini. Nec mirum est in hac voce rarissima errasse librarios tantum non omnes. Unus Ox. habet *a porta sagragiana*, alius *ad portas Jagragianas*, alius *Saggraginas*, Vind. 1. *Aggregianas*, Gud. 1. (et sine dubio Reg.) *a portas agragianas*, Gud. 2. *ad portas sagianas*, Marb. Duisb. *ad portas sagragianas*, Mon. 2. et unus Ox. *ad portas Agraginas*, Mon. 1. *ad portas sagraginas*, Rehd. *Agraianas*, Gud. *egrigignas*. In Ed. Ven. Alt. ex corr. est *acradinas*. Ed. P. cum Marb. et Duisb. facit, Ed. A. habet *Sagregianas*, Ven. nostr. *agregianas*: in reliquis libris est *ad portas Agragianas*, nisi quod solus Lamb. (et Frc. Fabr.) habet *Acraganas*. Mox Mon. 1. *magna sepulcrorum frequentia. Mr.*

Animum *adverti columellam*] Vulgo *animadverti columellam*. Codicum Reg. Pithoean. et Vatic. lectionem nos admisimus, quae valet idem quod *animum ad columellam verti*. Plaudus Pseudol. Act. I. Sc. II, 10.

Nunc adeo hanc edictionem *nisi* animum advortitis *omnes*.

Lucretius lib. II, 124.

Hoc etiam magis haec animum *te* advertere *par est*
Corpora —

Sic *navem — instructam propugnatoribus animum adverti*, dixit Hirtius de Bell. Alex. cap. LXV. uti quidem MSti fide dedimus. D.

animum adverti columellam] Nemo hodie facile dubitat, quin commode dicatur *animum advertere* pro *animadvertere*, si absolute ponatur, vel sequatur *ut, quomodo, qua ratione* et similia: v. c. de Off. I. 19. 68. *ut animum advertant — ne quos offendant*; Lael. 26, 99: *animum advertant — ne capiantur*. Et in hac quidem structura sola eum usum legitimum esse contendit Bentleius ad ipsum locum nostrum. Sed cum accusativo etiam obiecti iungi *animum advertere* docuit Ruhnken. ad Rutilium Lupum p. 77. non Sallustium modo laudans Jug. 93: *animum advertit — repentes cochleas* [add. Caes. B. G. I. 24: *postquam id animum advertit*; ubi vid. Moeb.]: sed ipsum Ciceronem de Inv. II. 51: *naufragum quendam natantem — animum adverterunt*, ut e MSS. legendum docuit Oudendorpius: quod factum non improbat Orellius. Accedit optimorum h. l. librorum scriptura, Reg. Vatic. Gud. 1. Marb. neque adversatur Gud. 2. in quo est *adverti*, omisso *animum*. Quod vero plerique habent *animadverti*, id ex vocum compendiis et scribarum consuetudine factum est: nec facile aliquis *auimum adverti* fecerit ex *animadverti*: contrarium autem fuit admodum proclive. Unus Ox. exhibet *columnellam*, quo scriba doctrinam, ut videtur, suam ostentare volebat. In Cod. Duisb. desunt verba *non multum*. Idem habet *in qua erat*, ut supra aliquot *in eius monumento — scriptos*. Mox Rehd. *et chilindrus*. Gud. 2. omittit *ego*. Unus Ox. habet *erat autem princeps*: et sic Vind. 1. Cod. Mon. 1. *dixit. Mr.*

me illud ipsum arbitrari esse, quod quaererem] Dedit Orell. ex sola Ed. P. *ipsum illud*, alios omnes habere dicens *illud ipsum*. Sed contra omnium Codd. auctoritatem equidem verborum ordinem, qui ferri potest, non immutaverim. Mutavit tamen Ed. Tbn. Ceterum Ed. E. cum Cod. Vind. 1. omittit *ipsum*. Sola, ut videtur, Ed. Alt.

bitrari esse, quod quaererem. Immissi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt locum. Quo quum patefactus esset aditus, 66.
ad adversam basim accessimus. Apparebat epigramma, exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis fere. Ita nobilissima Graeciae civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis unius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Sed redeat, unde aberravit,

---

habet *istud* pro *illud*. Quod vero ad h. l. nihil enotavit Alterus ex Vind. 2. eo non moveor, ut hunc Codicem idem quod Alt. exhibere credam. Nihil enim ea collatione, quum tacet, incertius. Unus Ox. habet *arbitrare*, Gud. 2. omittit *quod*. Unus e Palat. habet *quaeremus*: quod placebat Gebhardo. Et sic duo Oxx. Pro *immissi cum falcibus* Codd. Reg. Marb. habent *in musicum falcibus*, Gud. 1. *in musicam falcibus*, Gud. 2. *immusi cum falcibus*. Rehd. *immissi sunt cum falcibus*. Gud. et Vind. 2. *purgaverunt*; posterior omittit *et*. Mox Marb. *Quod quum*, unus Ox. *Qui quum*. Deinde Marb. *patefactum adictus et adversam*. Duo Oxx. Mon. 1. Duisb. omittunt *ad*. Rehd. habet *additus id adversum accessimus*, omisso *basim*: de qua forma vid. Schneider. Ausf. Lat. Gr. II. Formenl. I. p. 211. Forcellin. v. *basis* ad nostrum locum, „Cum de columnis, ait, sermo est, *basis* duo significare potest, tum ipsum stylobaten: quo sensu intelligenda est in Cic. loco Tusc. V. 23; tum ipsas spiras, quae scapo columnae subiiciuntur et stylobatae imponuntur, ut docet Philand. ad Vitr. IV. 1. qua ratione usurpatur a Festo in voce *spira* et a Servio ad Aen. II. 217.“ Add. Bern. Baldi librum de Verbb. Vitruv. signif. p. 26. (Aug. Vind. ad ins. pin. 1612. 4.) Pro *exesis* Codd. Gud. 2. unus Ox. et Marb. habent *ex eis*. Pergit Rehd. *partibus posterioribus*. Duo Oxx. *accedimus*, unus *concesis* pro *exesis*. *Mr.*

Dimidiatum *fere*] Vulgo *dimidiatis*. Sed optime reponenti Cl. Bentleio paruimus. Vide Agellium III, 14. *D.*

dimidiatis fere] „Non possum accedere Bentleio et Davisio, *dimidiatum* legentibus: videretur ita dimidium inscriptionis integrum fuisse; sed unius cuiusque versus extrema erant deleta, ut omnium versuum dimidium deesset et nihil fere posset intelligi. Non obstant, quae docet Gellius III. 14. In uno Leid. est *dimidia fere*, unde suspiceris legendum esse *dimidio*.“ *Bouhier.* Bentleius corrigit *dimidiatum*, obsecutus est ei Davisius. Sed non *dimidiatum* epigramma restabat, sed dimidiati versus. Nam partes posteriores versuum erant exesae, ut Cicero dicit. vidit et Buherius.“ *Ern.* Ad nostrum locum Rostius Plautin. Cuped. Fercul. XI. p. 14. sq.: „Si scripsisset, ait, *dimidiis versiculis*, intelligeremus versus, quorum singulorum numeros poëta imperfectos reliquisset; sin dixisset *dimidio*, cogitanda esset altera carminis, sive prior sive posterior, pars exesa. Sed cum dixerit *dimidiatos*, significare voluit, versus fuisse olim integros, sed unumquemque iniuria tempestatis et annorum longinquitate ad dimidiam fere partem posteriorem deletum. Cf. Forcellin. v. *dimidiatus*. Quae mox dicitur *Graecia* esse magnam Graeciam intelligendam, non est quod doceam. Tum Rehd. *civitatis* (et supra lin. *alii — as*) *Graeciae*. Duo Oxx. omittunt *civitas*, alius cum Mon. 2. Edd. P. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. omittit *sui*. Ven. nostra exhibet *cuius* pro *civis*: causa erroris manifesta. Marb. omittit *unius*. Male. Ita mox rursus intenditur superlativus eadem voce in verbis *qui est unus suavissimus pastus animorum*. Vid. nos ad II. 26. 64. Deest *unius* etiam in Ed. E. *Mr.*

oratio. Quis est omnium, qui modo cum Musis, id est, cum humanitate et cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? Si vitae modum actionemque quaerimus, alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur, cum oblectatione sollertiae; qui est unus suavissimus pastus ani-

---

ab homine Arpinate] Ita scripsit *Rudinus homo* Or. pro Arch. poët. 9, 22. Plura similia collegit O. M. Müller. in Cur. sec. ad Cic. pro Sest. p. 127. sq. Marius, ut h. l. Cicero ipse se nominat, *Arpinas homo* dicitur de Legg. I. 1. 4. p. 10. ed. nostr. et Cr. Cod. Vind. 1. habet *didicissent*. Pergit Cod. Mon. 1. *reddeat*, unus Ox. *redeo*. Mox duo alii omittunt *oratio*. Iidem habent *Quis enim omnium*, cum Vind. 2. Gud.; alius Ox. cum Edd. ante Gebh. (exceptis V. Rob. Steph. Herw. Leod.) *quis est enim omnium*. Ex Or. annotatione coniicias, esse in illis Edd. *quis est enim*, omisso *omnium*. Gud. 2. omittit *est*, nec habet *enim*. *Mr.*

cum humanitate et cum doctrina habeat aliquod commercium] Ad locutionem consimilis est locus Varronis Rerum human. lib. 1. (Fragmm. Ed. Amst. et Durdrac. p. 21.) Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est *paullum modo humaniori ignotus*: quem locum servavit Gellius XIII. 16. ubi vid. Gellium de v. *humanitas* disputantem. Repetitum *cum* deest in duobus Oxx. Gud. Mon. 1. Iam vid. de hac praepositionis repetitione apud Ciceronem disputantem Martin. Lagun. ad Cic. ad Famm. I. cuius Commentarii initium recusum est in: Jahn. Seebod. et Klotz. Jahrbb. f. Philol. II. Supplbd. 1. p. 261. Ad v. *commercium* cf. Cic. de Sen. XII. ubi est *nec habet ullum cum virtute commercium*. Davisium habere ex MS. *aliquid commercii* refert Verb. Nimirum in Ed. prima. *Mr.*

qui se non hunc mathematicum malit,] Duo Oxx. omittunt *se*, cum Cod. Mon. 2. Unus Ox. habet *ad hunc*; alius *esse malit*. Unde Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 31. 102. et e tribus suis MSS. locum sic emendavit *qui se esse non hunc mathematicum malit*: eumque Ciceronis manum reduxisse ait Kühnerus: idem probat Beierus ad Cic. de Off. I. 19. 65. p. 151. Nimirum tum quidem vir criticus vel potius *κριτικώτατος* nondum suam istam regulam edixerat, qua unaquaeque vox, quae sedem habet vagam et incertam, furcillis eiicienda et exstirpanda est radicitus: licebat igitur tum quidem ei adsciscere eiusmodi voces vagas ex uno et altero libro, reclamantibus etiam et plurimis et optimis. In marg. autem Lambb. et Goth. alio plane loco legitur *esse*, ita videlicet: *qui se non hunc mathematicum esse malit*. Ego quidem id verbum, si in optimis libris esset, minime aspernarer. Nunc cum FAWolfio, Schützio, Nobbio, Orellio, Tbn. fero omissum. Non ferrem, si abesset *se*. De structura, qua post *velle*, *malle*, *cupere* ponitur pronomen personale in accusandi casu cum infinitivo (qui hic intelligitur) locuti sumus ad I. 41. 98. — Pergit unus Ox. cum Mon. 1. *quam hunc tyrannum?* Unus Ox. habet *Sed* pro *Si*. Duisb. pro *actionemque* habet *accasionemque* (sic), Gud. *actioneque*. *Mr.*

alterius mens rationibus agitandis] *Rationes* ad res mathematicas spectare manifestum est. *Agitandi* verbo similiter usus est Cicero de Off. I. 24. ubi *rebus agitatis* est i. q. exploratis. In Gud. 2. desunt verba *alterius mens*: idem habet *agebatur* pro *alebatur*. Rehd. omittit *cum*; in Gud. 2. est *sollerti*. *Mr.*

qui est unus suavissimus pastus animorum:] „Dixit Hieronymus:

ım: alterius in caede et iniuriis cum et diurno et noc-
› metu. Age, confer Democritum, Pythagoram, Anaxa-
n. Quae regna, quas opes studiis eorum et dele- 67.
›nibus antepones? Etenim quae pars optima est in ho- b.
, in ea situm esse necesse est illud, quod quaeris,
ıum. Quid est autem in homine sagaci ac bona mente
ıs? Eius bono fruendum est igitur, si beati esse volu-
bonum autem mentis est virtus: ergo hac beatam vi-
contineri necesse est. Hinc omnia, quae pulchra, ho-
, praeclara sunt (ut supra dixi: sed dicendum idem il-

---

nosti esse animae pabulum: et profecto nullus pastus nullus animorum potest esse suavior, quam vestigatio doctrina- et oblectatio literarum." *Beroald.* „Addidi *est* [quod non t Edd. vulgatae] e MS. Guelf. et Edd. vett." *Ern.* Excidit *est* d. Vict. Rob. Steph. Gebh. Verb. Cod. Rehd. habet *unus est.* Mon. *ptus*, quod est compendium vocis *partus*, pro *pastus*. Mox *lterius* in uno Ox. Excidit *in* in tribus Oxx. Rehd. Mon. 1. M. L. Ald. Boul. Car. Steph. Sylb. Brut. Goth. Leod. Olivet. unus Ox. *etiam caede*, duo *in caede et in iniuriis*. Vind. 1. *in et in vitiis cum diurno*. Deest *et* ante *diurno* etiam in Cod. Verba *et iniuriis* exciderunt in Gud. 2; Marb. et Mon. 2. ha- *diuturnó;* Gud. 2. non habet *Democritum* et *Anaxagoram* in ıque exciderunt verba *studiis eorum et delectationibus*; duo po- ra etiam in uno Ox. Alius pro *studiis* habet *tuis*. In Ed. Junt. *adiis*. MS. in marg. Asc. 2. habet *anteponas* pro *antepones.*" *ptima* in uno Ox. excidit *est*. Inverso ordine Cod. Duisb. habet *tima*; cum illo facit Mon. 1. Unus Ox. exhibet *situm est illud e est*. Vind. 1. omittit *est*. *Mr.*

iod quaeris, optimum] „Ita est in veteri libro. vulgo *quod quae- nium optimum*. Glossema in insulam deportetur." *A. Schottus.* Cic. II. 20. p. 336. — „*Omnium* abest in Gryphii libro." *Brut.* omisso *omnium*] Palat. quatuor posteriores et Fabr. Vulgo *quod s omnium optimum*. Idem observavit Schottus." *Gebh.*

lud quod quaerimus *optumum*] Est a praestantissimo Bentleio. *quaeris*. *D.*

od quaeris, optimum] „Nulla plane necessitate urgente duo doctissimi correxerunt *quaerimus*. Utrum dicas perinde est." Restitui *quaeris:* neque quisquam obsecutus est Davisio. Me- Omittunt illud *omnium* libri optimi, Reg. Gud. 1. 2. Rehd. [qui solus facit cum Davisio exhibens *quaerimus*] Duisb. octo d. post Gebh. *Mr.*

ati ac hona mente melius?] Unus Ox. Mon. 1. Duisb. *hac* pro . *sagati hac*. Solus Alt. edidit *ac bono*, ut iungi voluisse *homine sagaci ac bono*: sed videtur operarum error. Cod. *ius igitur bona* (supra lin. *o*) *fruendum est*. Verbum *est* uno Ox. (qui item omittit *est* post *mentis*) Gud. Mon. 1. 1. legitur *igitur fruendum*, omisso *est*. Unus Ox. *hanc* pro olent librarii proxima verba respicere iisque alia accommo- sententiae totius ratione habita. Mox Vind. 1. *Hic* pro . omittit *pulchra*, Gud. 2. pergit *et honesta*: tum Gud. *et* . Solent librarii turbare Ciceronis *ἀσύνδετα*, in tribus ad- tantivis, verbis, adverbiis eius sermoni solennia. *Mr.*

dicendum illum idem paullo uberius videtur, plena — sunt.] veteris scripturae videor pro meo iure eruere posse,

lud paullo uberius videtur:) plena gaudiorum sunt. Ex pe petuis autem plenisque gaudiis quum perspicuum sit vita beatam exsistere, sequitur, ut ea exsistat ex honestate.

24 68. Sed, ne verbis solum attingamus ea, quae volumi ostendere, proponenda quaedam quasi moventia sunt, qu nos magis ad cognitionem intelligentiamque convertant. S matur enim nobis quidam praestans vir optimis artibus, i que animo parumper et cogitatione fingatur. Primum in genio eximio sit necesse est; tardis enim mentibus virtu

---

quae longe concinnior est, lectionem, ut omnia rite sequantur: *Se illa* (*dicendum illud idem paullo uberius videtur*) *plena gaudiorum sunt.*" *A. Schottus* l. c. p. 336. „Non est opus hac Schotti εὐσχολίᾳ. *Gebh.*

idem illud] Edd. vett. pleraeque ante Gebh. inverso ordine *illud idem*. Sed nostrum ordinem cum Codd. fere omnibus habent Edd Vict. Rob. Steph. Herw. (1540.) et omnes post Gebh. Sed Gud. habe cum Gud. 2. *illud idem*, Duo Oxx. omittunt *idem*, Duisb. omittit *illud* duo Oxx. habent *dicendum i d paullo*, alter eorum *videri* pro *videtur* Unus pergit *de* pro *ex*. Idem in seqq. habet *ut ex ea* pro *ut ea* „*Existere*: Fabr. *consistere*: nihil annuo." *Gebh.* Cod. Duisb. item *consistere*, et *beatam vitam*, pro *vitam beatam*. *Mr.*

Sed dicendum idem illud] Haud sane capio, quid sibi velit And Schottus, qui Nodor. Cicer. lib. II. cap. 20. ait se ex veteris scriptu rae vestigiis rescribere, *sed illa* (*dicendum illud idem paullo uberius videtur*) *plena gaudiorum sunt*. Hoc modo certum est, Codices no stros receptae nomina sua dare lectioni, quae sana prorsus est et sin cera. *D.*

cap. 24. *Sed ne verbis solum attingamus ea*] Unus Ox. *attigamus* alius *attendamus*. Pergit Cod. Reg. *ea que volumus*. Mon. 1. *ostendere volumus*; duo Oxx. *praeponenda*. Gud. omittit *quaedam*. Perg Mon. 1. cum uno Ox. *quaedam momenta*, unde in Rehd. orta e lectio mira *quaedam fomenta*. Ad v. *cognitionem* intellige: eorum quae supra generatim disputata sunt; ut recte explicat Neidius. Me Rehd. *nobis* habet post *quidam*. Ed. A. *quidem*. Cod. Gud. 2. *optim actibus*. Deinde Duisb. *et cogitatione fingatur parumper*. „Pro fi *gatur* malim *figatur*. Nam *fingere* non cum *parumper* convenire detur." *Nissen.* Quasi vero *figere* magis conveniat! Non recte tellexit Nissenius *parumper*. Recte explicat Doederlein. Lat. Ety u. Synon. I. p. 147. Est: ad breve tempus fingamus nobis animo cogitatione eiusmodi virum praestantem. Pro *primum* habet Co Duisb. *primo*, supra lin. *ū*. Idem *sit eximio*. Rehd. *eximius si* Agnoscis manum correctoris. *Mr.*

tardis enim mentibus virtus non facile committitur.] „Ma scripti codices, ut arbitror, melius et elegantius habent *comitatur* p *committitur*: id est: tardiorum ingeniorum raro virtus comes est que ea sectatur. Utitur alibi etiam Cicero hoc modo dicendi. S ut omnis scrupulus tollatur, adducemus locum in hoc ipso libro Platone expressum, ex quo, quam vim hoc verbum hic etiam habe facile perspici poterit: inquit enim [c. 35. §. 100.]: *Ceteras quae comitantur huic vitae:* cum haec sint verba Platonis in epist ad Dionis propinquos, quae ille interpretatur: καὶ ὅσα τούτῳ ξυν ται τῷ βίῳ. Quare existimare possumus, hunc locum depravat fuisse ab aliquo, qui, cum sincerae lectionis intellectum non per

non facile comitatur: deinde ad investigandam veritatem studio incitato. Ex quo triplex ille animi fetus exsistet: unus

---

pisset, falso illam vitiosam putavit." *Victorius.* Camerarius quoque se *comitatur* reperisse ait in Venetis, idque eandem ob causam, quam Victorius attulit, probat. Addit deinde ad sequentia: *Ex quo triplex* cet. „Haec luculenta omnis doctrinae, id est philosophiae, partitio Stoica est. Stoici enim τῆς φιλοσοφίας τρία μέρη esse tradidere, λογικόν, ἠθικόν, φυσικόν, cui addidere disputationem de natura deorum." Probant *comitatur* Lambinus, Brutus (qui reperit in Cod. Gryph.) Frc. Fabric. (qui idem legi ait in Cod. Col.) Gebhardus, qui „Sunt, ait, quibus lectio *comitatur* suspecta videatur: ii per me amplexentur suum *committitur*: sed illud obiicit et obmunit quasi vallum omnium MSS. nostrorum militia: sic enim quinque Pall. Fabr. Vatic. Gryph. editio Victorii." Accedit Ern. qui tamen in Cod. Guelf. reperit *committitur*. Ante Gebhardum ediderunt *comitatur* P. V. Rob. Steph. Idem edidisse Lambinum scriptum est in marg. Lambb. et Goth. Sed Orell. ex Lambiniana 1566. enotavit *committitur*. Post Gebhardum nemo ad peiorem lectionem rediit. Sed habent *committitur* unus Ox. Vind. I. (perperam probante Altero) Gud. Duisb. (hic supra lin.; in contextis veram habet scriptionem) Mon. I. Initium et quasi originem erroris habes in Marb. qui habet *comittatur*, unde in uno Ox. factum est *committatur;* in alio Ox. legitur *comititur*, unde in peius abierunt alii. In duobus his locis (nostro et cap. 35.) ideo ait Kühnerus verbo *comitandi* Ciceronem adiunxisse videri dativum, quia hanc habeat vim, ut idem significet, quod *coniunctum esse.* Alibi enim (pergit K.) ubi propriam significationem habet, construxit cum accusativo. Nihil addo nisi habere etiam Hieron. Wolfium *comitatur*, sed uncinis inclusum iuxta *committitur*: denique novum accedere nostrae structurae exemplum ex Cic. de Rep. II. 24. prc. p. 285. ed. nostr. *Etenim illi iniusto domino atque acerbo aliquamdiu in rebus prospere fortuna comitata est:* ubi vid. annot. nostr. *Mr.*

deinde ad investigandam veritatem] Legitur *investigandum* in duobus Codd. Oxx. Edd. Ald. Lambb. Goth. Boul. Sylb. Sturm. Neque semper abstinuit Cicero a Gerundio, ubi Gerundivum exspectes. Vid. modo Otto ad Cat. maj. II. 6. ad v. *quam* (viam) *nobis quoque ingrediendum sit:* p. 19 sq. ibiq. laudd. Nec vero nostro loco illud inferendum censeo. Unus Ox. habet *vestigandum*, alius *vestigandam.* Bis reperitur verbum simplex apud Cic. in libris de Or. II. 39. 166. *causas rerum vestigabimus*, et III. 23. 88: *quod cum desidiosa delectatione vestiges.* Priore vero loco Lamb. et Car. Steph., cuius in his libris praecipuam esse auctoritatem ait Or., exhibent *investigabimus.* Cod. Rehd. habet *virtutem* pro *veritatem.* Pergit unus Ox. *studio incitata. Mr.*

Ex quo triplex ille animi fetus exsistet:] „Tres philosophiae partes significat, naturalem, moralem, rationalem." *Beroald.* — *Physicam* dicit, *Ethicam* et *Dialecticam.* Cod. Marb. habet *est* pro *ille*, quam vocem plane omittit Gud. pergitque *animi affectus*: quod habet etiam Gebhardi Pal. quart. In Gembl. est apud eundem *flexus* Cod. Gud. I. exhibet *factus.* Infeliciter tentat Nissen. *triplex animi impetus.* „Illa, ait, metaphora nescio quid coacti habet." Malim equidem vocem, quae habeat aliquid coacti, quam ineptam. Sed quid insit in *animi fetu* coacti, non video: certe non magis improbanda est ea locutio, quam *oratorum fetus* in Bruto 49. Pro *existet* Edd. ante Gebh. (exceptis V. Rob. Steph. Leod. Herw. 1540.) habent *exsistit*, ut est infra §. 70. 71. Nostro loco Codd. conspirant in *existet. Mr.*

in cognitione rerum positus et in explicatione naturae: alter in descriptione expetendarum fugiendarumve rerum: tertius in iudicando, quid cuique rei sit consequens, quid repugnans: in quo inest omnis quum subtilitas disserendi, tum
69. veritas iudicandi. Quo tandem igitur gaudio affici necesse

unus in cognitione] Unus Ox. Vind. 1. 2. Gud. *in cogitatione.* Ad verba: *alter in descriptione* Camerarius: „Ven. *discretione.* Sed nos alibi pro *discrete* Venetos *descripte* reposuisse animadvertimus. Quaeratur igitur utrum verius.“ — „Fabr. *in descr. exp. fugiendarumve rerum in munere vivendi.* Palatin. tert. quart. quint. Gembl. *fugiendarumque rerum ne vivendi:* et sic fere pr. secund. nisi quod omittunt *ne.* Martin. vero: *fugiendarumque vivendi rerum.*“ *Gebh.* „Turbant MSSti, ideoque dubium non est, quin aliquid vitii lateat. Des. Erasmus edidit *fugiendarumve rerum in communione* vivendi Cod. Fabr. rerum *in munere vivendi.* Martin. et Petrens. *fugiendarumque vivendi rerum.* Pall. 3. 4. 5. Gembl. (v. Ann. Gebh.) MS. Norvic. proxime ad verum repraesentat *fugiendarumve rerum arteve vivendi.* Rescribo: *in descr. expetendarum fugiendarumque rerum arteve vivendi:* nam Ethice circa res fugiendas et expetendas versatur, artemque adeo vivendi subministrat, sive docet, quomodo sit vivendum.“ *Dav.* Ed. 1. Addit in Ed. 2: „Apulej. de Habit. Doct. Plat. p. 606: *Iustitiam vero, quod ex trinis animae regionibus sparsa sit, artem vivendi ac disciplinam putat.* Vide Augustinum C. D. IV. 21.“ Cod. Vind. 1. *alter fugiendarum expetendarumque rerum in communione vivendi.* Marb. *fugiendarumque rerum bene vivendi.* Gud. *in diceptatione — fugiendarumque rerum:* Rehd. *in expetenditione* (sic) *expetendarum fugiendarumve rerum bene vivendi.* Mon. 1. *rerum minime vivendi.* Mon. 2. *rerum vivendi.* Gud. 1. *discriptione — fugiendarumque vererum ne vivendi,* Gud. 2. *fugiendarumque ve rerum vivendi.* Duisb. *rerumve in munē vivendi.* Reg. *fugiendarumque rerum.* Unus Ox. ut Cod. Fabr. alius *rerum ratione vivendi,* duo ut Mon. 2. Marg. MS. Asc. nostrae sec. habet (ad v. *rerum*) Hic nonnulli adiiciunt *in communione vivendi.* Nimirum Ed. E. eademque HWolfius, sed uncinis inclusa, addidit. Ed. Ven. Alt. habet *rerum in munere vivendi,* ut Cod. Fabr.; Junt. omittit *rerum.* V. et Rob. Steph. *discretione,* sola Lamb. 1566. *fugiendarumque.* Pergit unus Ox. *t. in iudicanda,* alius *t. in indicando.* Tum Gud. *cuique rerum.* Reg. *ne quid.* Unus Ox. Mon. 2. Edd. A. B. S. E. C. [sed in marg. ut nos] Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1. 2. *sit conveniens.* Ad locutionem vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 5. p. 31. ubi laudatur Cic. Or. 32, 115: *quid cuique consequens sit, quidque contrarium.* Duo Oxx. habent *est* pro *inest,* alius *omnium* pro *omnis,* Mon. 1. habet *tum omnis,* inverso ordine, ut Edd. V. Rob. Steph. Herw. *Mr.*

omnis quum subtilitas disserendi, tum veritas iudicandi.] Ita necessario pro *tum — tum,* etiam sine libris, scribendum fuit post ea quae verissime praecepit Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. poët. p. 164 sqq. et de nostro loco p. 169. Iam vero accedit auctoritas Codd. Reg. Gud. 1. Rehd. Edd., ut videtur, omnes *tum subtilitas.* In uno Ox. est *deserendi* pro *disserendi. Mr.*

affici necesse est sapientis animum,] Pro *est* habent *esset* septem Oxx. Reg. Mon. 2. Gud. 1. Gud. Vind. 1. 2. Ed. P. (Ven. Alt.). Pro *his* est *is* (a 1. m.) in Cod. Marb. In Mon. 2. est *iis,* in Duisb. *huic.* Ad seqq. Gebh. in Pal. quart. esse ait *pernoctemque* addens: „con-

st sapientis animum, cum his habitantem pernoctantemque uris! ut, quum totius mundi motus conversionesque perpexerit, sideraque viderit innumerabilia caelo inhaerentia um eius ipsius motu congruere certis infixa sedibus: setem alia suos quaeque tenere cursus, multum inter se aut ltitudine aut humilitate distantia, quorum vagi motus rata p. 242. men et certa sui cursus spatia definiant. — horum nimi- a. um adspectus impulit illos veteres et admonuit, ut plura naererent. Inde est indagatio nata initiorum et tamquam minum, unde essent omnia orta, generata, concreta; quae-

---

ideretur." Ego vero quid, praeter lepidum Gebhardi ingenium, onsiderandum sit, non video. Gud. habet compendium, quod legenum videtur *provocantem*. — *Curas* intellige studia: h. l. naturae ontemplationem. Similiter Graeci utuntur voce *μελέτη*. Cod. Gud. 2. xhibet *est aut sapientis*, in antecedentibus. *Mr.*

ut, quum totius mundi motus] „Ita [pro vulgat. *et cum*] Gryph. t Victor. Neutrum [i. e. neque *ut*, neque *et*] Lamb. habet." *Brut.* Non dubitaverim abiicere *ut* cum Bentleio et Davisio." *Bouh.*

Cum totius mundi *motus*] Vulgo *ut cum totius*. Sed vocem prorus importunam iure resecuit Cl. Bentleius, eamque nescit Med. undus autem hoc in loco caelum denotat: terram enim immotam tare censebant plerique veterum. Virgilius in Ciri vs. 7.

Altius ad magni subtendit sidera mundi.

ic vs. 218.

Respicit ad culti nutantia sidera mundi.

ita persaepe Manilius et alii. Vide Corn. Severum in Aetna vss. 43, 9. et Plinium H. N. lib. II. capp. 1, 4. *D.*

ut, quum —] „Incogitate abiecerunt *ut* Bentl. et Dav. Est id, uod vulgo dicunt *exempli gratia*." *Kühn.* Orellio videtur esse *ἀναπόδοτον*: quod mihi quoque ita videtur, modo ne *ut* aliter explices, uam Kühnerus. Ceterum habent *et* Edd. A. B. S. E. Ald. Boul. amb. Goth. Car. Steph. Leod. Brut. Sturm. Sylb. et marg. MS. Asc. astr. 2. Unus Ox. omittit *quum*, alius habet *metus* pro *motus*. *Mr.*

perspexerit] „Palatin. quart. *prospexerit*. Apollonius libro 1. bi agit de Tiphy, *προδαῆναι*." *Gebh.* Cod. Mon. 1. habet *perspexit*: x neglecto compendio. Pergit Rehd. *sidera quidem*, omisso *videit*. Idem habet *herentia* pro *inhaerentia*. Cod. Gud. 2. exhibet *si emique* pro *sideraque*. Mox unus Ox. *certis nisi fixa*. *Mr.*

Septem alia suos quaeque tenere cursus,] Septem dicit h. l. plaetas: supra I. 28. 68. *quinque stellas* eosdem nominavit, exceptis videlicet sole et luna. „Pal. tert. *qua* [pro *quaeque*], Gembl. Fabr. eque." *Gebh.* — Unus Ox. *suosque quaeque*, Mon. 1. *suos que tee*, unus Ox. *suos quaeque*, Duisb. *suos aeque*, supra lin. *qmq.* st *suos quoque* in Edd. A. B. S. E. Asc. 1. Junt. Sola Ed. Asc. 2. abet *quodque*. Illud (*quoque*) est etiam in uno Ox. Mox duo *latiudine* pro *altitudine*, Ed. A. *valitudine*. In seqq. Cod. Mon. 1. *rara amen*, Rehd. *recta tamen*; unus Ox. *definiantur*, Mon. 1. *diffiniant*, uae erat frequentissima per totum, quod dicunt, medium aevum criptio. Tum ille Ox. *adspectum*. Marb. *horum nimium adspectus*; nus Ox. *impulit dolores veteres*; Duisb. *impulit heroes veteres*; on. 1. *et admovit*, quod ortum est ex scriptione *admōuit*. Mox Gud. 1. a 1. m. *inde est enim*. Sed altera manus postremam vocem punctis notavit. Unus Ox. habet *indagatio nata vitiorum*. Gud. 2. *unde essent semina orta*. Vocem *orta* bis scriptam habet Cod. Marb. Pro

que cuiusque generis vel inanimi vel animantis, vel muti vel loquentis origo: quae vita, qui interitus, quaeque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio; unde terra et quibus

---

quaeque duo Oxx. Mon. 2. habent *quae*, alius Ox. et Mon. 1. *quoque*. Pergit Mon. 1. *cuius*, omisso *que*. *Mr.*

vel inanimi vel animati] „Veneti *animantis*: sed illud certe non malum. Idem rectius quod sequitur: *vel muti vel loquentis*, non *eloquentis*." *Camerar.* „Libro primo annotavi pro *animatum* in MSto legi *animal*, quod Platoni est ἔμψυχον. Hic vero pro *animati* in eodem libro *animantis* est scriptum, quomodo Victorius quoque edidit. Vocem igitur *animatum* ἀντὶ τοῦ ἐμψύχου in Cicerone merito suspectam habemus." *Frc. Fabr.*

vel inanimi vel animantis] „Sic est in Ed. Victor. Vatican. tribus Palatin. prioribus. Fabr. duo Palatin. posteriores: *vel etiam animi vel animantis*." *Gebh.* Duo Oxx. *vel animi*, unus *inanimi illis animantibus*, alius omittit *vel muti* cum Cod. Mon. 1. in quo est *animantisve loquentis*. In Vind. 1. legitur *vel loquacis*. Post Gebhardum omnes ediderunt *animantis*, ante eum nonnisi Vict. et Rob. Steph. *Mr.*

quae vita, qui interitus] *Quis interitus* habent Edd. ante Gebh. itemque Dav. Reliqui post Gebhardum dederunt *qui interitus*: et sic est in Codd. Reg. Oxx. (ut videtur) Mon. 1. Marb. Rehd. Gud. In Gud. 1. 2. est *quae interitus*. Pergit Mon. 1. cum duobus Oxx. *quae ex*. Rehd. *quaeque in alio ex in aliud*. *Mr.*

vicissitudo atque mutatio] „Ex palingenesia dogmateque Pythagorae, qui apud Ovidium sic inquit:

Omnia verluntur: nihil interit: errat et illinc
Huc venit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus.

Aristoteles quoque in libris de Generatione et Corruptione aliud in aliud transmutari disserit, et corruptionem unius esse alterius generationem, Quin etiam a Seneca scriptum est lib. 3. Quaestionum: *Elementorum alterni recursus sunt: quicquid alteri perit in alterum transit*." *Beroald.* In Cod. Mon. 1. et uno Ox. est *atque numeratio*. Locus Ovidii est Metamorph. XV. 165 sq. Aristotelei libri de Gen. et Corrupt. significare videtur Beroaldus II. 10. p. 50. ed. Sylb. Locus denique Senecae est N. Qu. III. 10. p. 711. ed Gronov. Elzev. *Mr.*

Unde terra aequis *librata ponderibus*] Vulgo, *unde terra* et quibus *librata ponderibus*; incommode: nam qui rerum initia diligenter indagabant, unde tellus esset concreta, procul dubio quaerebant; adeoque ταυτολογίας reus fieret Cicero. Nos igitur eximiam Eliensis sec. lectionem damus, eaque prorsus est vera. *D.*

Unde terra et quibus librata ponderibus.] „Non assentior Davisio, *et quibus* mutanti in *aequis*. Satis significat Cicero verbis *unde terra* Philosophos operam dedisse, ut cognoscerent, quomodo terra fuerit formata, deinde quomodo fieri possit, ut se in media aëre quieta et immota sustineat. Vid. quae his de rebus dixit Plato apud Stobaeum Ecl. Phys. p. 70. et quos laudat Lipsius Physiol. Stoic. II. 16. Cavernae, quas in seqq. dicit, aqua repletae secundum Stoicorum sententiam aequalitatem ponderis terrae maerisque efficiebant." *Bouhier.* „Non erat quare Dav. omnium MSS. et Edd. scriptionem corrigeret." *Ern.* Merito neminem obsequentem habuit Dav. ex Cod. Eliens. sec. ubique interpolato Ciceroneque corrigens. Bill. ait nisi velis Davisii emendationem amplecti vel Ciceroni ταυτολογίαν obiicere, construendum esse: *unde et quibus pon-*

brata ponderibus: quibus cavernis maria sustineat: in qua mnia delata gravitate medium mundi locum semper expe- ant, qui est idem infimus in rotundo.

---

eribus librata sit terra, nec vero: *unde terra sit* sc. *concreta.* Orelus vero dicit, *terram* opponi iis, quae dicuntur supra *omnia,* τὸ ᾶν; neque sibi probari locutionem *unde librata,* neque apparere, *inam* illud sit, *unde* librari dicatur terra? *Mr.*

quibus cavernis maria sustineantur] „Vet. Cod. *sustineat:* et ita amb." *Goth.* „Dedi *sustineat.* Ita quoque cum Victorio Lambin. all. prim. quint. Fabr. [i. e. Colon.] Secundus vero, quart. Vatican. *ustineant.* Vulgo *sustineantur.*" *Gebh.*

Quibus cavernis maria sustineantur; *qua omnia delata gravitate*] ulgo *sustineat, in qua;* unde Lambinus facit *in quam.* Id autem inommodi continet haec coniectura, quod tum demum nihil de *gravitate* quaeratur, sed nuda sit eaque huc parum conveniens affirmatio. raeterea non est, ut *in quam* possis ad aliud, quam ad *terram* reerre; *medius* autem *mundi locus,* cuius postea meminit, est terra; roinde Tullius diceret, *in terram omnia delata gravitate, terram emper expetere.* Menti Ciceronis optime congruit ea, quam repraentamus, lectio. Et *sustineantur* quidem est a Petrens. et veteribus ditis: praepositionem vero, re ipsa duce, delevimus. Plures quidem odices *sustineant in qua;* quod ex *sustineantur qua* facile nasci poit. *D.*

quibus cavernis maria sustineantur:] „Ita Cod. Regius et nonulli alii, Ed. mea vetus et pleraeque aliae. Vera est haec lectio, uam amplexus est Dav." *Bouh.* „Pro *sustineantur* male Edd. reentiores *sustineat.*" *Ern.* „Alii *sustineat* sc. *terra,* quod praestare idetur, propter *in qua,* tum quia aptius est, *unde terra, et* — — *ustineat.* Non incommode terra maria sustineri dicuntur. Item *in uam* aptius puto." *Nissen.* Unus Ox. *cavis* pro *cavernis*: alius *et aria* cum Mon. 1. *Mr.*

maria sustineat: in qua] Ita dedi cum Or. et Tbn. *Sustineat* abent Edd. P. C. V. L. Junt. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Herw. Frc. abr. Verb. Alt. Leod. Codd. quos laudavit Gebh. itemque duo Oxx. ind. 1. 2. Rehd. Mon. 2. Duisb. (a 1. m.; supra lin. *ātur*:) Edd. rut. Gron. Verb. Alt.; *in qua* habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Gud. uisb. Mon. 1. 2. unus Ox. *Qua* dederunt Dav. et Olivet. ut referar ad v. *gravitate.* Bouh. coniiciebat *in quae,* Rehd. habet *in quo.* ire Schützius refert Lambinum dedisse *inquam.* Recte Orellius, ententia, inquit, mihi videtur: „quomodo fiat, ut tam profundis avernis terra maria ita sustineat, ut nunquam redundent seseque ffundant;" neutiquam vero: „quae illae sint cavernae quamque rofundae in quibus maria contineantur." Firmat hanc lectionem eg. cum aliis scribens: — *sustineant.* Imperiti scilicet librarii *maa* pro nominativo quum haberent, ita dederunt. Hoc absurdum uum esset, alii fallaciter emendarunt *sustineantur.* Idem ad v. *in ua:* sensus est: „quomodoque fiat, ut in ea (terra) omnia delata sua ravitate cet." Habent *sustineantur* Codd. Gud. 2. Marb. Gud. Mon. 1. t plerique, ut videtur, Oxx. Edd. reliquae praeter supra laudatas. egitur etiam *in quam* in Ed. Asc. 2. Pro *semper* Cod. Vind. 1. habet *super.* Rehd. *expetant semper*; duo Oxx. Gud. 2. Mon. 1. 2. Marb. *xpectant,* unus Ox. *aspectant.* Gud. omittit *idem.* Ad v. *infimus n rotundo* MS. in Asc. nostra 2. ad h. v. habet *i. e. centrum.* In Gud. 1. et Reg. scriptum est *rutundo.* Ad rem laudat Kühnerus Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 250 sq. [Ed. 3. p. 319.] *Mr.*

25 70. Haec tractanti animo, et noctes et dies cogitanti, exsistit illa a deo Delphis praecepta cognitio, ut ipsa se mens agnoscat, coniunctamque cum divina mente se sentiat: ex quo insatiabili gaudio completur. Ipsa enim cogitatio de vi

---

c. 25. *Haec tractanti animo*] Cod. Gud. 2. *Nec* pro *haec*. Gud. 1. cum Reg. *tractandi*. Tum Gud. *et dies et noctes*. Vind. 1. *et noctes diesque*. *Mr.*

exsistit illa a deo Delphis praecepta cognitio,] „Plutarchus contra Coloten ita: ὁ δὲ Ἡράκλειτος, ὡς μέγα τι καὶ σεμνόν τι διαπεπραγμένος, ἐδιζησάμεν, φησὶν, ἐμεωυτὸν, καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων θειότατον ἐδόκει τὸ γνῶθι σαυτόν· ὅ δὴ καὶ Σωκράτει ἀπορίας καὶ ζητήσεως ταύτης ἀρχὴν ἐνέδωκεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς εἴρηκεν.“ *Camerar.* Locus est in libro adv. Colot. c. 20. p. 172. T. XIV. ed. Hutten. „Palatin. tert. quart. et Fabr. *illa de Delphis praecepta*. mihi τὸ *a Deo* pro glossa liquet: vel omnino legendum: *illa praecepta cognitio.*“ *Gebh.* Codd. Marb. Gud. 1. *illa deo*, unus Ox. *illa a deo Delphis et*, cum Mon. 1. duo *illa de Adelphis* cum Duisb.: unus *illa de eo Delphis*, Gud. 2. *illa dea delphis*. *Mr.*

ut ipsa se mens vitiis exutam cognoscat] „Sane suspicio est hoc loco inculcatae explicationis, cum in Venetis ita scribatur *ut ipsa se mens agnoscat*: id enim videtur esse, ut se cognoscat exutam vitiis. Vitiis enim obruta non agnoscit illa sese, sed in profundissimis iacet tenebris ignorantiae.“ *Camerar.* „Duae voces *vitiis exutam* in MS. non leguntur quas Victorii quoque libri non habent.“ *Frc. Fabr.*

ut ipsa se mens agnoscat] „Duae voces *vitiis exutam* in v. c. non comparent, nec eas agnoscit Lambinus.“ *Goth.* „Debeatur haec quoque lectio P. Victorio: quam indubitatam reddiderunt Pall. quatuor priores, Fabr. Gembl. Martin. Vatican.“ *Gebh.* „Aliquot libri, in his unus Leid., habent *se mens vitiis exutam agnoscat:* et ita Ed. mea vetus et pleraeque aliae. Alius Cod. Leid. *mens vitiis exuta*, et ita, nisi fallor, legendum. Sermo est de mente sapientis.“ *Bouh.* Victorii lectionem, quam post Gebhardum receperunt omnes, habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Mon. 1. Rehd., sex Oxx. Marb. Vind. 2. In uno Ox. est *vitiis exutam cognoscat*, ut Edd. vet.. alius *vitiis exutam agnoscat*, unus *ipsa se mens cognoscat*. Vind. 1. *ipsam se vitiis exutam cognoscat*. Orta est scriptio *ipsam se* ex IPSAMSE i. e. *ipsa mente se*. Duish. habet *ut em ipas agnoscit*. Pergit Cod. Marb. *coniunctaque*. Gud. omittit *que*. Solus Lamb. et ex eo Frc. Fabr. *mente esse sentiat*. *Mr.*

Insatiabili gaudio completur] Sic Cl. Bentleius. Vulgo *compleatur*. *D.*

ex quo insatiabili gaudio compleatur.] „Cum modo dixerit Cicero *agnoscat* et *sentiat*, non erat causa, opinor, quare Bentleius et Davisius corrigerent *completur.*“ *Bouh.* „*Insatiabile gaudium* est, cuius nunquam satietas venit. Vid. Clav. — MSS. et Edd. fere habent *compleatur*: quod si verum est, referri debet totum hoc ad verbum praecipiendi. Sed melius est Davisii *completur*, ut solus effectus exprimatur illius cognitionis.“ *Ern.*

insatiabili gaudio compleatur] Duo Oxx. *insanabili*. Restitui autem *compleatur* ex Codd. et Edd. ante Dav. quem secuti sunt Ern. FAWolf. Schz. Or. Nobb. In Ed. Tbn. item restitutus est coniunctivus. *Ex quo* explico *ita ut inde*. Probarem Indicativum, si in libris esset: iis invitis mutari non debere contendo, quod ferri potest. Mecum facit Kühn. Pergit unus Ox. *Ipsa enim cognitio*. Rehd. omit-

et natura deorum studium incendit illius aeternitatis imitandi, neque se in brevitate vitae collocatam putat, quum rerum causas alias ex aliis aptas et necessitate nexas videt:

---

tit *de vi*. Unus Ox. *intendit* exhibet pro *incendit*, Gud. 1. Reg. *incedit*. *Mr*.

studium incendit illius aeternitatis imitandae] „Quinque Pall. Fabr. *imitandi*." *Gebh*. „Imo idem notari video ex libro romano, quem Vaticanum Gebhardus nominat: ex quo consensu nequimus dubitare id esse Ciceronis, quum adhibeat eam Syntaxin etiam V. Philipp. cap. 3: *facultas agrorum suis latronibus condonandi*. Ubi Ferrarius praeclare et fere primus hanc locutionem illustravit, et secuti sunt plures." *Gronov*.

Illius aeternitatis imitandae] Quinque Pall. Fabric. Reg. Pithoean. Med. et Bak. *illius aeternitatis* imitandi. Sic Codicis Iustinianei lib. V. Tit. XXXVII. leg. 22. *Ipsius* pecuniae (*in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt*) fenerandi *usus vix diuturnus, vix continuus et stabilis est*. Eadem constructione Terentius est usus Hecyr. Act. III. Sc. III, 12. Vide Sanctium et Perizonium Minerv. lib. III. cap. 459. *D*.

studium incendit illius aeternitatis imitandae] „Cod. Reg. et duo Leidd. *imitandi*. Itaque legendum iudice Davisio. *Illius* autem referendum est non ad sequentem vocem, sed ad *studium*." *Bouh*. Ego vero restitui *imitandi* ex Codd. Reg. Gud. 1. Marb. Mon. 1. 2. duobus Oxx. (quibus accedit tertius *mutandi* exhibens) Rehd. idemque factum esse video in Ed. Tbn. Solebant talia obliterare librarii et correctores, consuetae structurae rariorem, quam falsam putarent accommodantes. Praeter locum Philippicarum, quem laudavit Gronovius, habes apud Ciceronem de Inv. II. 2: *exemplorum eligendi potestas*, Tim. 9: *reliquorum siderum quae causa collocandi fuerit*; in Verr. IV. 47: *earum — rerum nullam sibi — defendendi facultatem reliquit*. Tales structurae cum reperiuntur in probis scriptoribus, iungendum est substantivum cum gerundio quasi in unum coaluerint, veluti in loco de Inv. *eligendi potestas* (die Wahlfreiheit) *exemplorum* (der Beispiele). Ea de re disputavi ante aliquot annos in Ephemerid. Litt. Heidelbergenss. (1826. IntBl. N. 8.), cuius disputationis mira quaedam et plane singularis fuit causa: ibidem et plures veterum locos et libros grammaticos laudatos reperies. His adde Garaton. ad Philipp. l. c. p. 98 sq. ed. Wernsdf. Jen. Lit. Ztg. 1826. 132. p. 95 sq. Jahn. Jahrbb. 1827. II. 1. p. 46. Kritz. ad Sall. Cat. 31, 5. p. 144 sq. Beneck. ad Cic. Catil. I. 3. 7. p. 37. Wüllner. üb. d. Cas. u. Mod. p. 106 sq. 114. Krit. Bibl. 1829. 107. p. 428. Krüger üb. d. Attract. p. 152. Lpz. Lit. Ztg. 1830. 155. p. 1237 sq. — Pro *aeternitatis* in Cod. Mon. 1. est *externitatis*, in uno Ox. est *mutandum*. *Mr*.

Neque se in brevitate vitae conlocatum *putat*] Vulgo *collocatam*. Sed ad hominem qui haec animo tractat, non ad cogitationem refertur. Quare Pithoean. et Erasmi editionem sequor. *D*.

neque se in brevitate vitae collocatam putat:] „Aliud egit Dav. *collocatum* scribens. *Collocatam* ad *mentem* referendum: ea enim iudice Cicerone ad immortalitatem tendit eamque desiderat." *Bouh*. „*Collocatum* dedit Davis. quasi id ad *hominem* referatur. Sed refertur ad verba *ut ipsa se mens agnoscat*." *Schütz*. Nemo obsecutus est Davisio. Neglecto *m*. Codd. Reg. Gud. 1. 2. habent *collocata*; unus Ox. *putant*. Alius *tum* pro *quum*. *Mr*.

alias ex aliis aptas] „Ita semper et ubique, *alia ex aliis*. Finn.

quibus ab aeterno tempore fluentibus in aeternum, ratio tamen
71. mensque moderatur. Haec ille intuens atque suspiciens, vel potius omnes partes orasque circumspiciens, quanta rursus animi tranquillitate humana et citeriora considerat! Hinc illa cognitio virtutis exsistit: efflorescunt genera partesque virtutum: invenitur, quid sit, quod natura spectet extremum in bonis, quid

---

III. 22, 74. de Legg. I, 4, 14. de N. D. I, 4, 9. Epist. IX, 19. ad Att. XVI, 14. in Verr. I. 26, 66. cf. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 19, 52. p. 82 sq." *Klein.* Add. F. G. Jentzen. Censura insigniorum locorum in I. lib. Cic. de N. D. p. 17 sq. Dav. in Ed. 1. scriptionem *aptas* contra nescio cuius *ortas* vel *natas* defendit locis Lucret. III. p. 376. V. p. 636. [est vers. 858. et 806.] Serv. ad Virg. Aen. IV. 483. G. J. Vossii Etymol. L. L. v. *apto*. Non. Marc. IV. p. 616. — Cod. Mon. 1. cum uno Ox. [D. cum quo saepissime conspirat] habet *actas*. Duo pergunt *necessitates*. *Mr.*

quibus ab aeterno tempore fluentibus in aeternum,] Cod. Gud. omittit *tempore*, quae est correctio correctoris Christiani, qui recordaretur ex codice sacro locutionis *ab aeterno in aeternum*. Ad v. *fluentibus* of. Frotscher. ad Quinctilian. Inst. Or. X. 1. p. 10. Codd. Vind. 1. 2. Gud. Duisb. habent *tamen ratio*, Mon. 1. omittit *tamen*, Gud. et Vind. 2. pergunt *et mens*. Tum unus Ox. *moratur*, alius omittit verba *vel potius — circumspiciens*. Marb. exhibet *conspiciens* pro *circumspiciens*. In Gud. 2. deest *partes* scribiturque *horasque*, et ita scriptum est (pro *orasque*) in Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Crat. Herw. 1. 2. Sturm. Rob. Steph. HWolf., qui tamen *orasque* in parenthesi additum habet. In uno Ox. deest *animi*. Mox Mon. 1. *et exteriora*. *Citeriora* esse i. q. terrestria apparet et ex adiuncto *humana* et ex opposito apud Cic. de Rep. I. 21. p. 92. ed. nostr. *deduc orationem tuam de caelo ad haec cituma:* ubi vid. Creuzeri et nostr. annot. In uno Ox. est *consideret*. Mox Marb. *illa cogitatio*, Mon. 1. eique fere geminus Ox. *virtutum existit;* unus Ox. *consistit*. In Mon. 1. desunt verba *efflorescunt genera partesque virtutum*. Vind. 1. habet *qua efflorescunt*, Marb. *eflorescunt*. *Mr.*

genera partesque virtutum] „Ut *iustitia, fortitudo, prudentia et temperantia:* quibus utpote *generibus* multae species *partesque* subiiciuntur, de quibus copiose disseritur in secundo rhetoricorum: copiosius apud philosophos." *Beroald.* Ad verba *quid sit, quod — spectet* conf. Doeleckii Deutsch-Lat. Gramm. p. 249. Habent *expectet* pro *spectet* Edd. Asc. 2. Junt. Crat. Herw. 1. 2. In marg. Goth. est: „q. v. c. *expectet*: non placet." Brutus refert esse in Cod. Gryph. *expectetur:* unde coniicit *expetatur*. Est etiam a 1. m. *expectet* in Gud. 1. sed prima syllaba, praemisso *s*, punctis notata. In uno Ox. est *expetet*. Ceterum recte monet Kühn. significari h. l. tres partes, in quas Stoici moralem philosophiam distribuerunt, doctrinam de bonis (de summo bono), de virtutibus et de officiis. *Mr.*

Quid *in malis ultumum*] Vulgo *quod*. Ut edidimus exhibent Reg. Pithoean. Med. et Balliol. *D.*

quod in malis ultimum:] „Corrigit Dav. *quid*, quia sic est in nonnullis MSS. cum quibus faciunt duo Leidenses et Ed. mea vetus. Nihil mutandum. Referuntur haec quoque ad verba *quid sit:* eaque scriptio est elegantior." *Bouh.* „Davisius *quid* correxit contra libros: sed id postulat *quid sit*, in membro superiori." *Ern.* Gud. 2. omittit *extremum* et habet *que* pro *quo*. *Mr.*

quid in malis ultimum:] Mireris sane Ernestum, qui recepit

in malis ultimum: quo referenda sint officia: quae degendae aetatis ratio deligenda. Quibus et talibus rebus exquisitis hoc b.
vel maxime efficitur, quod hac disputatione agimus, ut virtus
ad beatè vivendum sit se ipsa contenta. Sequitur tertia, 72.
quae per omnes partes sapientiae manat et funditur; quae
rem definit, genera dispertit, sequentia adiungit, perfecta
concludit, vera et falsa diiudicat, disserendi ratio et scientia. Ex qua quum summa utilitas exsistit ad res ponderandas, tum maxime ingenua delectatio et digna sapientia. Sed

---

quid, scripsisse correctum esse locum a Davisio contra libros, cum tres optimos ille nominaverit. Et est *quid* in Codd. Reg. Gud. Duisb. Marb. Bern. uno Ox. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Edd. Dav. Ern. Tbn. non improbante Orellio ad Wolfii scholas. Unus Ox. habet *quid sit ultimum*. Mox quatuor Oxx. cum Mon. 2. *sunt* pro *sint*. *Mr.*

quae degendae aetatis ratio diligenda.] „Palatin. secund. tert. quart. quint. Fabr. Gembl. Mart. Vulgo *diligenda* [est operarum error. Vulgo legebatur *deligenda*]." *Gebh.* „Legamus *deligenda*, ut est in Cod. Reg., ediderunt Manutii, Lambinus et aliquot alii." *Bouh.* Improbant *diligenda* Schz. et Kühn. Neque ego id servandum duxi, cum sit *deligenda* (si fides collationi) in Cod. Reg. Habent idem Codd. Mon. 1. 2. Edd. (praeter Grut. Dav. Ern. Verb. Gron. Alt.) omnes. Duo Oxx. et Vind. 1. *dirigenda*. Vid. quae monuimus ad Cic. de Rep. II. 12. p. 243. I. 34. p. 141. Add. Forcellin. v. *diligere*. Zumpt. ad Cic. Divin. in Caecil. 4, 15. p. 13 sq. Mox duo Oxx. *et* pro *ex*. Mon. 1. omittit *rebus* cum Ox. illo D. Cod. Gud. 2. omittit *vel*. *Mr.*

quod hac disputatione agitamus] „Rectius *agimus* nostri praeferunt libri, ut sacrorum formulam respiciat a pontifice olim pronuntiari solitam: *Hoc age*: teste Plutarcho in Poplicola." Schott. Nod. Cic. II. 20. p. 336.

quod — agimus] „Bene hanc lectionem asserit Schottus N. C. — refertque ad sacrorum formulam: *Hoc age*. Ea quoque exstat in Ed. Fict. Pall. sec. tert. quart. Fabr. vulgo *agitamus*." *Gebh.* „Mihi utrumque bonum videtur. Sed habent *agitamus* duo Leidd. Edd. Manutianae et Lamb." *Bouh.* Habent *agimus* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Duisb. Marb. Vind. 1. Edd. V. marg. Crat. Rob. Steph. Leod. Gebh. seqq. In seqq. Cod. Mon. 1. omittit *sit*. Quod dicit *tertia*, intelli- *dialecticam*. Sequitur in uno Ox. *quae perenni sapientia ma-* quod est correctoris non inepti: sed correctoris. Ad verba *et funditur* vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 1—4. Mon. 1. cum Ox. D. *quae res*. Codd. Reg. Gud. 1. et Edd. A. nostr. *definivit*. Pergunt Codd. Vind. 1. Duisb. Edd. S. E. C. Asc. 2. Ven. Alt. Boul. Sturm. Lambb. Goth. Oliv. *genera dis-* Cod. Rehd. *dispartitur*. De scriptione huius verbi vid. ad Cic. de Off. I. 26. p. 207. et II. 11. p. 78. Post *ex qua* Ox. *tum* perperam pro *quum*. Vind. 1. *existat* pro *existit*. Pro *derandas* in Gud. 2. est *respondendum*. *Mr.*

maxime ingenua delectatio et digna sapientiâ] „*Sapiente* est in antiquo, et ita videtur rectius." *Ursin.* Nihil mu- est abstractum pro concreto. Cod. Vind. 1. habet *dilectio delectatio*. In Ed. Rathii est *ex* pro *et*. *Mr.*

digna sapientia] Ursini Mstus *sapiente*, quod ei rectius videtur. mihi non displiceret, si plures accederent libri. Quod cum receptam lectionem non moveo: nam saepe fit, ut pro *con-* *abstractum*. Vide supra cap. 9. *D.*

haec otii. Transeat idem iste sapiens ad rempublicam tuer dam. Quid eo possit esse praestantius, quum contineri pr dentiâ utilitatem civium cernat, iustitiâ nihil in sua

---

Sed haec otii.] Cod. Mon. 1. et Ox. D. *Sed hoc.* Alius O *otiosa*, ex prava correctione. Ad sententiam Beroaldus: „Talia tr otantur in otio a sapiente, quod omni negotio pulchrius est. — s piens enim in otio maiora utilioraque conficit quam alii in negoti meritoque Scipionem laudant, qui dicere solitus erat, nunquam minus otiosum esse, quam cum otiosus esset.“ In Cod. Rehd. e *sed haec otia transferat idem.* Habes manum correctoris si placentis in Cicerone corrigendo. Duisb. item exhibet *ocia.* Mon. *transeat.* Pro *tuendam* Cod. Vind. 1. habet *tractandum*, quod glossatoris. Quam saepe autem Cicero utatur *tuendi* verbo ea, qu hic obtinet, sententia, non est, quod doceam. *Mr.*

quum prudentia utilitatem] „Vulgo legitur *quum contine prudentia utilitatem.* Lambinus auctoritatem unius Cod. MSti et se tentiam secutus verbum *contineri* sustulit. Hoc enim sentit Cicer sapientem etiam in rei publicae administratione utilitatem virtut declaraturum. Prudentia enim fretus cernet utilitatem civium: i stitia instructus nihil in suam domum ex publica utilitate derivabit *Frc. Fabric.* „Verbum *contineri*, quod foris hic irruerat, delendu curavi. Nam primum non reperitur in uno Codice MS., deinde se tentia ipsa respuit. Hoc enim sentit Cicero, sapientem etiam in r publicae administratione utilitatem virtutis declaraturum. Prudent enim fretus cernet utilitatem civium: iustitia instructus nihil suam domum ex publica utilitate derivabit, cet. Sic igitur hic loc emendandus verbi *contineri* adiectione corruptus. Quod unde man rit, excogitare non possum: nisi forte ex eo, quod, cum semidoct aliquis, putans quippiam deesse, hoc verbum e regione huius lo adscripsisset, aut etiam in contextum invexisset: hoc secuti su postea scriptores omnes. Sed nihil deest. Haec enim sententia est, dixi: Quid viro tali, qualem paullo ante descripsimus, si ad rem p blicam administrandam se contulerit, praestantius esse queat? q prudentia fretus, cernat civium utilitatem: iustitia, nihil alienum suam utilitatem convertat, nihilque in se transferat: temperanti nullius pudicitiam violet. et item de cet. Quis non videt, hunc in nitivum *contineri* hic esse supervacaneum atque inane, neque e Ciceronis?“ *Lambinus.*

Cum prudentia utilitatem civium cernat] Ut sic ederem, auct mihi fuit ipsa sententia. Vulgo *cum* contineri *prudentia utilitat civium cernat.* Sed secunda vox a quibusdam veteribus libris abe et ab omnibus abesse debere Lambinus et Fabricius recte statuunt.

quum prudentia utilitatem civium cernat] „Merito et senten flagitante deleverunt viri critici verbum *contineri*, quamquam est Cod. Regio, duobus Leidd. et ed. mea vet.“ *Bouh.* „*cum contin prudentia utilitatem civium* cernat, atque adeo omnia prudenter ag Sed praeplacet Davisius, qui *contineri* ex Edd. quibusdam et MSS. delevit, ut *prudentia* sit *propter prudentiam*, sicut *iustitia* est *prop iustitiam.* Sic maior orationi elegantia conciliatur.“ *Nissen.*

quum contineri prudentia utilitatem civium cernat] Malim q dem ego quoque abesse verbum *contineri*, quo concinnior fieret elegantior sententia: sed veritus sum cum Ern. Nobb. Tbn. ne Ci ronem corrigerem: neque etiam, ut dicam quod est, Codicibus il in quibus abesse dicitur *contineri*, multum tribuo. In nostris eq itemque Gebhardi, ut videtur, et Oxonn. legitur omnibus, neque

lomum inde derivet, reliquis utatur tot tam variisque virtutibus? Adiunge fructum amicitiarum: in quo doctis positum est quum consilium omnis vitae consentiens et paene conspirans, tum summa iucunditas e quotidiano cultu atque victu. Quid haec tandem vita desiderat, quo sit beatior? cui refertae tot tantisque gaudiis fortuna ipsa cedat necesse

---

cerunt, post Davisium, Verb. Ern. Nobb. Tbn. In Cod. Reg. totus locus sic scriptus est: *cum contineri prudentia utilitatem civium cernat iustitia.! Nihil in suam domum inde derivet. Reliquis utatur. Tot tam variisque virtutibus adiunge fructum amicitiarum in quo doctis.* — Unus Ox. habet *presentia* (sic) pro *prudentia*, Mon. 1. *prudentiam*; alius Ox. *iusta* pro *iustitia*; Marb. *ad suam domum*, Duisb. *in domum suam.* — *Derivandi* verbo translate non semel ita usus est Cicero, ut significet i. q. avertere: veluti Verr. II. 2. 20: *culpam derivare suam in aliquem*; pro Mil. 10. *crimen derivare. Mr.*

tot tam variisque] „Victorii editio, Palatin. secund. tert. quart. quint. prim. *tot tamquam variis virt.* Vulgo *tot tamque variis.*“ *Gebh.* Vult Gebh. Victorium et quatuor Palatinos habere *tot tam variisque*: Palat. primum *tot tamquam variis.* Habent Victorii lectionem Rob. Steph. et post Gebhardum Edd. omnes et Codd. plerique. Mon. 2. Duisb. et unus Ox. cum pridem vulgatis habent *tot tamque variis.* Gud. 2. *totam variisque.* Illud ortum est ex scriptione ToTĀ i. e. *tot tam.* Saepius Cicero *que* non primo, cui addendum erat, sed alteri verbo adiungit: veluti ad Famm. II. 16. *a meque*, de Off. I. 26. med. *ad plurimosque*; de Finn. I. 1. *in seque.* Vid. Gahbler. in Jahnii Annall. Philoll. 1829. II. 4. p. 393 sq. *Mr.*

adiunge fructum amicitiarum:] „De hoc longa est disputatio apud Aristot. lib. IX. Ethicorum.“ *A. Manut.* Cod. Vind. 1. *adiunget.* Ad seqq. *in quo doctis positum est* Nissenius: „i. e. amicitiae doctorum hominum cernuntur in consiliis consentientibus. Bipp. e Davis. 1. ediderunt *a doctis.*“ Est *a doctis* in Edd. vett. fere omnibus. *Doctis* habent, omisso *a*, Codd., excepto Rehd., omnes, Edd. P. Gebh. Dav. 2. Ern. sqq. Post *est* Cod. Mon. 1. addit *et.* Duisb. pro *quum* habet *in*, Rehd. Gud. unus Ox. Mon. 2. Bern. *tum*, quod receperunt Dav. Wolf. Schz. Or. Tbn. Male. Quod quamvis commendet Goer. ad Cic. de Legg. I. 11. 31. p. 47, tamen cedere debet scriptioni veriori, probatae etiam Kühnero; accuratius autem de ea re praecipientem non semel laudavimus Stuerenburgium ad Cic. pro Arch. p. 169. Mox unus Ox. *paene spirans*, neglecto compendio vocis *con*, quod est ɔ. Pergit unus *cum summa.* Habent *iocunditas* Codd. Mon. 1. 2. Marb. quod iis placet qui a *iocus* ducunt illam vocem, sed minus bene. Vid. Aldi Manutii Orthogr. p. 52. ed. Plautin. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. III. p. 254. Sequens *e* omittunt Mon. 2. et tres Oxx. Habent *ex* Mon. 1. et Ox. D.; *et* alius Ox. Solus Duisb. *in cotidiano.* Unus Ox. *vel victu*, Mon. 1. cum socio Ox. *atque vita.* Reg. Gud. 1. 2. *atque victurus.* Cod. Mon. 2. habet *tandem haec.* Vind. 1. omittit *tandem. Mr.*

Quid haec tandem vita desiderat,] „Videtur legendum *desideret.* Mox in *cui rei refertae* delendum *rei*. abestque a MSS. quibusdam. *cui* pertinet ad *vitae.*“ *Ern.* Nemo recepit Ernesti coniecturam plane supervacaneam *desideret.* Sola Ed. P. habet *considerat. Mr.* „Concinnius *cui refertae.*“ *P. Manut.*

cui rei refertae] „Manutius putat vocem *rei* tollendam. Gryph. habet et Victor. Sed res ipsa loquitur, invenustissime huc ab impe-

est. Quod si gaudere talibus bonis animi, id est virtutibus beatum est; omnesque sapientes his gaudiis perfruuntur omnes eos confiteri beatos esse necesse est.

26 73. A. Etiamne in cruciatu atque tormentis? M. An tu me in viola putabas, aut in rosa, dicere? An Epicuro, qui tan

---

rito inculcatam induci oportere." *Brut.* Probavit Manutii emendatio nem Frc. Fabric. *Mr.*

cui rei refertae] „Ita malui cum Victorio, quinque Pall. ipsoqu Lambin. Vaticanus tamen *cui rei referta et tot.* Pall. tert. quint iterum *referctae* [ut Mon. 2.] Vulgo *cui rei ref.*" *Gebh.* Quod vulg dicit scribi Gebh., ipse dedit. Sed voluit, opinor, scribere vulg legi *cur rei refertae*, ut est, propagato operarum errore, in repeti tionibus Lambb. Goth. Et sic solus Cod. Mon. 2. *Mr.*

Cui refertae] Vulgo *cui* rei *refertae.* At vero mediam vocem Petrensis noster a prima manu praetermittit, cui merito sum obsecutus. Olim quidem notavit Paullus Manucius, ea deleta, concinniorem fore orationem. Ego sane eam sine gravi sensus detrimento retineri non posse censeo. *D.*

Cui rei refertae] „*Rei* non est in uno Leid. et in Ed. mea vet. Non dubitaverim eam delere cum Davisio." *Bouh.* Abest *rei* a Codd. Bern. (2. man.) duobus Oxx. Edd. Dav. Lall. Wolf. Schz. Or. Tho. Ed. Nobb. cum Hier. Wolf. vocem *rei* uncinis inclusam habet. In Cod. Vind. 2. desunt omnia inde a *cui* usque ad *cedat necesse est.* Marb. habet *cui rei referente*, Rehd. *cui rei perfecte* (cum uno Ox.) et ita etiam Duisb. sed supra lin. *referte*; Gud. *cui rei*, omisso *refertae.* Unus Ox. *cui recte refertae*, alius *cui rei refecte.* Pergit Rehd. *et tot:* mox *ipsa fortuna. Mr.*

cui — fortuna ipsa cedat necesse est.] Commode confert Kühn. Paradox. V. 1. 34: *cui quidem* (sapienti) *etiam, quae vim habere maximam dicitur, fortuna ipsa cedit. Mr.*

sapientes his gaudiis perfruuntur] Edd. P. A. B. M. L. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Sturm. Ald. Brut. Car. Steph. Lambb. Goth. Sturm. Leod. Boul. *iis gaudiis*, Gud. Duisb. *hiis.* Pronomen plane omittunt Edd. C. V. Rob. Steph. Herw. 1. 2. In uno Ox. est *perfruantur*, in Marb. *perferuntur.* Ed. P. *eos omnes*, Cod. Marb. *omnes esse beatos eos confiteri necesse est.* Scribitur *beatos esse confiteri* in Codd. Gud. 1. 2. Vind. 2. Gud. Duisb. Mon. 2. Edd. V. Rob. Steph. Herw. 1540. Leod. ut eundem habere ordinem Codicem Reg. fere suspicer. Quod si certo scirem, eum praetulissem. Unus Ox. omittit *confiteri*, alius verbum *esse.* Rehd. habet *beatos confiteri esse*, elegantius scilicet. Cod. Reg. sine distinctione habet *necesse est etiam*, omisso *ne. Mr.*

c. 26. *An tu me in viola putas.*] „*Putabas* Victorius legi consentiente nostro MSto." *Frc. Fabr.* „*Putabas* Gryph. Victor. *putas* alii." *Brut.* „Legendum *putas*, ut habet Baliol. nec aliter Lambinus ex suis edidit Codicibus." *Dav.* Ed. 2. Nec vero dedit, quod volebat, neque in Ed. 2. neque in tertia. „Si ad praecedentem disputationem refertur hoc, bene habet *putabas dicere*, se. eum dicebam tuque me ista dicentem audiebas: sin minus, *putas* praetulerim, quod Lambino placebat, qui et sic edidit e MSS. ut et Davisius [non eum dedisse *putas*, modo dixi. *Mr.*] Sic est et in MS. Guelf. et in Edd. quibusdam vett. ut Juntae, Aldi." *Ern.* „*Putas* aliquot e nostris v. c. alii *putabas*, et ita Lamb." *Goth.* Idem ad v. *in rosa:* „sic *in rosa potare* dixit 2. de Finibus, et Horat. *in rosa perfundere liquidis odoribus.*" Loci sunt de Finn. II. 20. Horat. Od. I. 5. 1. ubi vid. in

tummodo induit personam philosophi et sibi ipse hoc nomen inscripsit, dicere licebit: (quod quidem, ut habet se res, me tamen plaudente dicit:) nullum sapienti esse tem-

---

terprr. Add. Paschalium de Coronis III. 6. p. 151. coll. p. 145. Supra III. 18. 43. est *sertis redimiri et rosa.* Senec. Ep. 36. *in rosa iacere.* In uno Ox. deest *me;* alius habet *mora* pro *viola;* tres cum Mon. 2. Rehd. Gud. habent *putas,* ut pleraeque Edd. ante Gebh. exceptis Vict. Rob. Steph. Leod. Brut. Post Gebh. omnes habent *putabas.* Marb. *putabis.* Pergit Ed. P. *an in rosa;* Rehd. *an rosa.* Mon. 1. *an in rosas. Mr.*

Cap. 26. Quia *tantummodo induit*] Vulgo *qui.* Nobiscum vero faciunt Reg. Pithoean. et Med. *D.*

An Epicuro, qui tantummodo induit personam philosophi,] „Verborum sensum non recte assecutus videtur V. D. cum legeret *quia tantummodo* cet. nihil enim ista *qui tantummodo — inscripsit,* ad rem faciunt, nisi ut Epicuri mentioni odii ac vituperationis notam apponant. Sic ex. gr. infra: *Huic ergo, ut dixi, non multum differenti a iudicio ferarum, oblivisci licebit sui?* quid? an illic legendum: *quia non multum a iudicio ferarum differt, oblivisci licebit sui?* Est haec sane propositio talis incidens, de qua lege cel. Clericum Logicae P. II. c. 6, 5." *Wopkens.* l. c. p. 150. ed. Hand. Facit cum Wopkensio Bouhierius: neque quisquam alius recepit *quia.* Habet id quidem etiam Gud. 1. (a 2. m.) cum Mon. 1. et tribus Oxx. sed nostra certe collatio Codicis Regii tacet: neque, si verum quaerimus, etiamsi habeat iste Codex *quia,* id ita placere posset, ut recipiendum videretur. Ad structuram vero loci haec est Madvigii egregia expositio (Emendd. in Cic. libros philos. I., p. 44 sq.] „Est ἀναχόλουθον: *An,* inquit, *Epicuro — dicere licebit* cet.; additurus erat: *Stoicis,* imo *Peripateticis etiam, non idem dicendum erit?* Sed pluribus ad Epicuri dogmata exagitanda interiectis sententiam non absolvit; ordiur de integro: *Huic ergo, ut dixi, non multum differenti a iudicio ferarum, oblivisci licebit sui* cet. Se ne nunc quidem (ut sunt negligentius, ut ita dicam, scripti illi libri, sed cum summa iucunditate) in Epicurum invehendi studio abreptus, id quod voluit, elocutus est. Rursus igitur mutata structura, sententiam alia ratione, quae idem significaret, conclusit: *sed cum is dicat — quidnam faciendum est his, qui — existimant?* Particula *sed* est *se revocantis et ad orationem interruptam redeuntis. Mr.*

Sibi ipse hoc nomen inscripsit] Sic Reg. et Pithoean. At Bak. Med. et Balliol. dant *inscribit.* Epicurum vero se sapientem professum esse testatur Cicero lib. II. de Fin. c. 3. *D.*

et sibi ipse hoc nomen inscripsit,] Male scribitur *ipsi* in uno Cod. Leid. tribus Oxx. Edd. P. C. V. Ven. Alt. Asc. 2. Rob. Steph. Herw. 1. 2. *Ipsi* plane otiosum esset: illud urget, quod *ipse* hoc nomen sibi arrogavit. Dicit hoc Cic. de Finn. II. 3. 7: *qui* (Epicurus) *se unus, quod sciam, sapientem profiteri sit ausus.* Legitur *inscribit* in uno Ox. Gud. Vind. 1. 2. Pro *licebit* est *liceat* in Cod. Gud. 2. Ceterum vid. etiam de loci structura Handium in Tursellino I. p. 352. *Mr.*

(*quod quidem, ut habet se res, me tamen plaudente dicit:*)] Cod. Duisb. habet *quod non quidem:* quod est correctoris, suum iudicium interponentis. Unus Ox. omittit *quidem.* Quod coniecit Bentleius *utut* pro *ut* recepit Lallemannus, tacite: nec vero hoc, ut recte monet Kühn. cum Orellio, Ciceronianum est. Nissen. *ut* dictum volebat pro *utut,* hac sententia: non cogito, quam convenienter dicat. Melius ita

pus, etiamsi uratur, torqueatur, secetur, quin possit exclamare, *Quam pro nihilo puto!* quum praesertim omne malum dolore definiat, bonum voluptate: haec nostra, honesta, turpia, irrideat, dicatque nos in vocibus occupatos inanes sonos fundere; neque quicquam ad nos pertinere, nisi quod aut leve aut asperum in corpore sentiatur: huic ergo, ut
p. 243. a. dixi, non multum differenti a iudicio ferarum, oblivisci

---

explices: *Ego, si verum quaeris, vere hoc dici censeo, nullum sapienti esse tempus — quin* cet. *quamquam Epicuro quidem hoc dicere non licet.* Unus Ox. habet *tum* pro *tamen*. Solus Lamb. dedit *applaudente*, quod esse in MS. nescio quo dicit Verb. Ad sequentia, quod ad sententiam, vid. quos laudat Beneck. ad Cic. Catil. IV. 2. p. 257. — Cod. Gud. habet *sapientis*. Rehd. *esse sapientis*. *Mr.*

etiamsi uratur,] Scripsi *etiamsi* pro *etsi* cum Dav., qui illam formam, ut saepe in talibus rebus fecit, tacite ex Cod. Reg. recepisse videtur. Est enim *etiamsi* in iis Codd. qui aliis quoque locis ad illius libri praestantissimi scriptionem proxime accedunt, Gud. 1. 2. Mon. 1. Marb. Gud. Rehd. duobus Oxx. Eius etiam Ox. qui habet *etiam sumitur*, ex nostra orta est lectio. Ad verba, quae sequuntur, Gothofredus: „Verba gladiatoria et auctoratorum, *uri, torqueri, secari*, vel *uri, caedi, occidi*. Seneca 5. epist. 37. et 13. epistol. 39. Dixi ad l. ult. ff. de muneribus.“ [Annotatio Goth. est Digest. L. 50. Tit. 4, 18. p. 1796. Ed. Frcf. 1663.] Vid. etiam Lips. et Gronov. ad Senec. Ep. 37. p. 133. Elzev. — Cod. Marb. *secceatur* pro *secetur*. Vind. 2. *qui* pro *quin*; unus Ox. *Quia* pro *Quam*. Mon. 1. *pro nilo*. Tum Rehd. *quum ipse praesertim*. Unus Ox. *dolere* pro *dolore*. Duisb. *at voluptate bonum*, unus Ox. *et bonum*. Codicis Duisb. verborum transpositionem habet etiam Ed. P. Tum unus Ox. *dicitque* pro *dicatque*. *Mr.*

nos in vocibus occupatos, inanes sonos fundere] Ipse Epicurus supra III. 18. 42: *Saepe*, inquit, *quaesivi ex iis, qui appellabantur sapientes, quid haberent, quod in bonis relinquerent, si illa detraxissent, nisi si vellent inanes voces fundere.* Sed totus locus conferendus. *Sonum fundere* dixit Cic. etiam Acadd. II. 23. 74. Similis est Epicuri sententia de Finn. II. 15. 48: *si — ad honestatem omnia referantur, neque in ea voluptatem dicant inesse, ait eos inani voce sonare.* — Pro *fundere* Cod. Rehd. habet *diffundere*; unus Ox. *sonos fundere*, alius *sonos effundere*. *Mr.*

nisi quod aut leve aut asperum in corpore sentiatur:] *Leve* voluptatis esse ait Beroaldus, *asperum* doloris: quamquam is scripsit *lene*, ut est in Codd. Gud. 2. Mon. 2. duobus Oxx. uno Leid. et (si fides Bouhierio, qui *lene* probat) Reg. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1534. Ven. Alt. Sed praestat *leve*, vel *laeve*, quod ut ab alio, τὸ λεῖον significante, distinguant, perperam multi scribunt *laeve*, quod fecit etiam Schz. cum Ern. et Lall. et habet unus Ox. Pro *corpore* Gud. habet *cord*'; pergunt duo Oxx. *sentiat*, neglecto nimirum compendio syllabae *ur*. *Mr.*

non multum differenti a iudicio ferarum] Cod. Gud. *nec multum*. Unus Ox. omittit *a*. Ad sententiam facit, quod est de Finn. II. 10. 32: *Epicurus semper hoc utitur, ut probet voluptatem naturae expetendam, quod ea — et parvos ad se alliciat et bestias. — — Bestiarum vero nullum iudicium puto.* Locutionem loci nostri explicat Wopkens. Lectt. Tulliann. p. 135. [p. 189. Hand.] *Mr.*

oblivisci licebit sui.] „*Sui* non est in Cod. Gryph.“ *Bruti*

licebit sui? et tum fortunam contemnere, quum sit omne et bonum eius et malum in potestate fortunae, tum dicere se beatum in summo cruciatu atque tormentis, quum constituerit non modo summum malum esse dolorem, sed etiam solum? Nec vero illa sibi remedia comparavit ad toleran- 74.
dum dolorem, firmitatem animi, turpitudinis verecundiam, exercitationem consuetudinemque patiendi, praecepta fortitudinis, duritiam virilem: sed una se dicit recordatione acquiescere praeteritarum voluptatum: ut si quis aestuans,

---

Omittit eandem vocem Cod. Gud. 2. Unus Ox. habet *licebat.* Quod vero in proximis habet Dav. *cum fortunam contemnere — tum dicere se beatum*: id et contra libros factum est omnes, qui priore quoque loco habent *tum*, neque cadit in eam regulam, quam de usu locutionis *cum — tum* posuit certissimam Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. p. 164 sq. Est enim nostro loco *tum — tum* temporis, neque ponitur pro *et — et*, quod falsum esset. Similis nostro est locus in Laelio 21, 76: *Erumpunt saepe vitia amicorum tum in ipsos amicos, tum in alienos*: cf. Stuerenb. p. 165. Solus Cod. Vind. 1. pro *tum* habet *tantum*. In Mon. 1. est *fortunam contendere*. *Mr.*

quum sit omne et bonum eius et malum] „Non fortunae, sed eius, de quo loquitur." *Ern.* *Et* post *omne* omittunt Codd. Rehd. Gud. Duisb. Mox in uno Ox. est *cum dicere*. Proximum *se* Gud. 1. nonnisi supra lin. habet; eius loco in duobus Oxx. est *esse*. Unus habet *cui constituerit*, alius *cum constitueret*. Duisb. *dolorem esse summum malum*. Gud. omittit *sed etiam solum*. *Mr.*

Nec vero illa sibi remedia comparavit] „Ita Victor. quinque Pall. Fabr. Vulgo *Haec vero illa*." *Gebh.* Quod vulgo legi ait Gebh. *Haec* non est nisi in repetitionibus Lambb. et Goth. Cod. Gud. habet *vera sibi illa*. Unus Ox. *comparabat*. Cod. in marg. Verb. *comparabit*, Lamb. solus cum Frc. Fabr. *comparavit*. Gud. 1. *ad tollendum*, sed supra lin. ab ead. m. *ran*. Cod. Gud. 2. habet *firmitatemque animi*. In seqq. unus Ox. *consuetudinemque peccandi*. Habent *duritiem* (quod sibi non placere ait is, qui conscripsit annot. in marg. Lambb.) Codd. Vind. 1. unus Ox. (hic addito *que*) MS. in marg. Asc. nostr. 2. Edd. S. E. Frc. Fabr. Est vero forma *duritiam* magis Ciceroniana. *Mr.*

Sed una se dicit recordatione] Plenius lib. III. cap. 15. *Levationem autem aegritudinis in duabus rebus ponit* (Epicurus,) *avocatione a cogitanda molestia, et revocatione ad contemplandas voluptates*. Infra cap. 31. Epicurus *maximis doloribus adfectus, eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat*. Eius verba sunt apud Laertium X, 22. Ἀντιπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις (morbis quibus laborabat) τὸ κατὰ ψυχὴν ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ. Interprete Tullio, *Compensabatur tamen cum his omnibus animi laetitia, quam capiebam memoria rationum inventorumque nostrorum*. Vide lib. II. de Fin. cap. 30. *D.*

sed una se dicit recordatione] Unus Ox. *uni — recordationi*. Solus Lambinus habet *dicat*. Duisb. *praeteritarum voluptatum acquiescere*. Gud. 1. et 2. *voluptatium*. Mon. 1. pergit *ut si quis aestuans rem cum vim*. Post *velit* Codd. Gud. 1. 2. Reg. Rehd. Marb. habent *esse*, quod ortum videtur ex *sese*, ut est in duobus Oxx. Mon. 1. Duisb. Quare hoc pro vulgato *se* recepimus. Solus Gud. habet *se aliquando esse*. Unus Ox. pronomen reflexivum plane omittit. Gud. 2. exhibet *velit aliquando esse*. *Mr.*

quum vim caloris non facile patiatur, recordari velit sese aliquando in Arpinati nostro gelidis fluminibus circumfusum fuisse: non enim video, quo modo sedare possint mala
75. praesentia praeteritae voluptates: — sed quum is dicat semper beatum esse sapientem, cui dicere hoc, si sibi constare vellet, non liceret; quidnam faciendum est iis, qui nihil expetendum, nihil in bonis ducendum, quod honestate careat, existimant? Me quidem auctore, etiam Peripatetici veteresque Academici balbutire aliquando desinant, aperte-

---

gelidis fluminibus circumfusum fuisse:] „Lib. 1. de Legibus duos fluvios prope Arpinatem fundum esse testatur, quorum alteri Fibreno nomen fuit, in quo erat insula: in altero marianam quercum celebrat: ubi de Legibus disputatio instituitur.“ *Beroald.* Loquitur Cicero de duobus illis fluviis libri II. de Legg. principio: quorum alter fuit Liris: ubi vide in Ed. nostr. et Creuzeri tabulam geographicam, quam ad p. 396. pertinere perperam typographus excudit, cum sit apponenda p. 154. — Mox in uno Ox. legitur *sedari*; in alio *possent.* Cod. Marb. *praeterire* pro *praeteritae. Mr.*

sed quum is dicat semper beatum esse sapientem,] Similes quod ad structuram locos congessit Madvig. Emendd. in Cic. Philos. I. p. 192. Pro *is dicat* est *his dicat* in Codd. Rehd. et Mon. 1. Sed prior supra lin. habet *is.* In Vind. 1. et Gud. est *esse beatum.* Pro *cui dicere hoc* in Duisb. legitur *quod*: ubi manus vel glossatoris vel correctoris Ciceronis manum extrusit. Pro *hoc* est *haec* in uno Ox. minus bene. Locutioni *constare sibi* de Univ. 2. addit *secum ipse consentire,* quasi explicandi causa; paullo immutata est pro Cluent. 38: *suis iudiciis constare.* Pluribus verbis de Epicuri inconstantia et quasi sui oblivione loquitur Cicero in libro de Finibus secundo. *Mr.*

quidnam faciendum est iis] *His* habent minus bene Codd. Reg. Gud. 1. 2. Mon. 2. Edd. Dav. Ern. [non *iis*, ut refert Or.] Woll. Schz. Nobb. Tbn. Reliqui veram servarunt scriptionem, nisi quod Vind. 1. omittit *est.* „*Iis* utrum Dativus sit an Ablativus, dubium est. Utramque structuram habent probi scriptores: vid. Heindorf. ad Horat. Sat. I. 1. 63.“ *Or.* ad W. scholas. Laudat Cic. pro Caecina 11: *Quid huic tu homini facias?* pro Sest. 13: *quid hoc homine facias?* Loquitur de utroque Ciceronis loco ad eundem Horatii locum Kirchnerus in Commentario (in Horatii Sat. T. I. p. 180 sq.) priorem que explicat: *quid huic tu homini tribuas?* (quia sequitur: *nonne concedas interdum, ut — deprecetur?*) posteriorem: *quo tandem modo hunc hominem tractes* s. *coerceas?* (ubi sequitur: *aut quo civem — tam sceleratum reserves?*) Add. O. M. Müller. in Curis Secund. ad Or. pro Sest. l. l. p. 48. sq. Mihi vero loco posteriore verba *hoc homine* videntur Ablativi absoluti, ita explicandi: *Quid facias, quum hic homo talis sit, qualis est?* Sic de Or. III. 1. 2: *illo senatu se rem publicam gerere non posse* i. e. *quam diu senatus talis est, qualis nunc est.* Vid. Wyttenbach. ad Cic. de Legg. III. 16. 37. p. 452. ed. nostr. et Cr. — In seqq. Cod. Gud. 2. habet *careant*, omisso *existimant*; unus Ox. habet *extimant*, alius *existimavit*, Marb. *aestimant.* Tum unus Ox. *et* pro *etiam*; Duisb. *veteres Academici Peripateticique*: quod est correctoris, qui, temporum ordini prospicere volens, Academiam praeponendam existimaret. Marb. habet *Achademici. Mr.*

balbutire aliquando desinant] Ita tacite ex Cod. Reg. dedit Dav. Secuti sunt Or. et Tbn. Reliqui omnes ediderunt *desinant aliquando.* Sed nostrum ordinem habent, praeter Reg., Codd. Gud. 1. 2.

que et clara voce audeant dicere, beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram.

Sint enim tria genera bonorum, (ut iam a laqueis Stoicorum, quibus usum me pluribus quam soleo, intelligo, recedamus:) sint sane illa genera bonorum, dum corporis et externa iaceant humi, et tantummodo, quia sumenda sint, appellentur bona: alia autem illa divina longe lateque se pandant, caelumque contingant: [ut] ea qui adeptus sit, cur 27 76.

Rehd. Duisb. Gud. Marb. Vind. 1. 2. Mon. 2. et sine dubio Oxx. quamquam in horum collatione verborum ordo plane est neglectus. Verum ordinem iam ex Nonio laudat Goth. in marg. Est enim apud Non. Marc. v. *balbutire* p. 80. Ed. Paris. 1614. et Lips. 1826. Scribitur *desinat* in uno Ox., in alio *designant*. Rehd. habet *balbutiri*. Verbum *balbutiendi* explicatur in nova Ed. Forcellini Germ. p. 307. b. ita, ut sensu improprio dicatur de iis, qui iis quae loquuntur obscuritatem afferunt. Ern. in Clave: de iis, qui satis clare, quae sentiunt, dicere nolunt. Pergit Cod. Vind. 1. *apertaque*, duo Oxx. Rehd. Gud. *aperta*, omisso *que*. Mox Gud. 2. *audiant* pro *audeant*. Mon. 1. et Marg. habent *thaurum*, prior *discensuram*. De Phalaridis tauro vid. supra ad II. 7. 17. *Mr.*

c. 27. *Sint enim tria genera bonorum,*] De loci structura, qua post parenthesin denuo incipit periodus verbis *sint sane illa genera bonorum*, vid. Otto ad Cic. de Finn. Excurs. III. p. 395. — Duo Oxx. Mon. 1. *Sunt*, omisso *enim*. Rehd. Vind. 1. Edd. S. E. *Sunt enim*, Marb. *Sint etiam*. Vind. 2. *bonorum genera*. *Mr.*

a laqueis Stoicorum] „Subtiles dicit conclusiones Stoicorum, quibus animi implicentur et capti haereant, quas alibi spinas.“ *Camerar.* — *Chrysippi* (Stoici) *laqueos* dicit etiam de Fato 4. Et de Or. I. 10. scribit: *Stoici disputationum suarum — laqueis te irretitum tenerent.* — *Spinas* Stoicorum dicit de Finn. IV. 28; Peripateticorum Tusc. IV. 5. Cod. Gud. *a Stoicorum laqueis*. Vind. 1. *a laqueis istorum Stoicorum*: unde haud inepte aliquis coniiciat a Cicerone profectum esse *a laqueis istorum*, nomen autem *Stoicorum* glossatori deberi, idque veram Ciceronis manum extrusisse. Sed in optimorum librorum consensu nihil muto. Mox idem Cod. *quibus me usum*, duo Oxx. *quibus usus*. Rehd. *in pluribus, quam solere*, unus Ox. *quamquam*, alius *quam soleam*. Mon. 1. omittit *intelligo*. *Mr.*

sint sane illa genera bonorum,] Tres Oxx. Ed. S. *sunt sane illa*, Vind. 1. *sint illa sane*; idem *cum* pro *dum*; unus Ox. *dummodo*. Quod sequitur *et* post *corporis*, absorptum syllaba proxima, excidit in Cod. Reg. Gud. I. 2. Marb. Rehd. Duisb. Mon. 1. In Vind. 1. est *humi iaceant*, in uno Ox. *tantum* pro *tantummodo*. Pro *quia* Ed. B. *qui*, Edd. A. Ven. nostr. *quae*, cum Cod. Mon. 2. *Mr.*

quia sumenda sint,] „*sumenda* i. q. §. 47. *producta, προηγμένα.*“ *Wolf.* in scholis. „*Sint* [non, quod vulgo legitur, *sunt*,] postulat forma orationis, et sic MS. Guelf. sic et edidit Davisius Ed. 2.“ *Ern.* Legitur *sint* in uno Ox. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Vind. 1. Rehd. marg. MS. Ed. nostr. Asc. 2. Edd. S. E. V. Rob. Steph. Herw. 1540. Leod. Dav. Ern. seqq. Sequitur *appellantur* in Codd. Gud. 2. Marb. Edd. A. S. Ven. nostr. Scripsi *illa divina* ex Edd. P. Gebh. et seqq. ex Codd. Reg. (ut videtur) Gud. 1. (in quo abest *illa* a pr. m.) Gud. 2. Marb. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. In reliquis Edd. est *divina illa*. Duo Oxx. omittunt *illa*. *Mr.*

caelumque contingant,] „id est, emineant et excellant ad eximium

eum beatum modo, et non beatissimum etiam dixerim? Do

quendam modum. ὑπερβολὴ proverbialis, qua et Horatius usus: *sublimi feriam sidera vertice* [Od. I. 1. extr.]: et Cicero Attico scribens: *Bibulus in caelo est, nec, quare, scio. Sed ita laudatur, quasi unus homo nobis cunctando restituat rem.* lib. II. Et idem: *Hortensius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit.*" *Camerar.* Locus prior est Epp. ad Att. II. 19. eademque locutio de eodem Bibulo est in ep. 20; *digito caelum attingere* legitur, propius ad nostram formulam, ad Att. II. 1. post med. *Mr.* „*Caelum — contingant* i. e. maxima sint. Vid. Clav. in *caelum.*" *Ern.*

ea qui adeptus sit, cur eum —] „Particulam *ut*, positam ante *ea qui adeptus sit*, delevi, ut inanem et sententiae obstantem, natam scilicet ex ultima syllaba verbi proxime antecedentis, *contingant*, cum scriptor librarius ita scripsisset *contingant nt*, unde factum postea *ut.*" *Lambinus.*

Ea qui adeptus sit] Vulgo *ut ea* etc. Sed primam vocem recte delevit Lambinus. *D.*

Ut, ea qui —] „*Ut* habent libri omnes; tamen delevit Lambinus, Bentleius etiam et Davisius. Buherius corrigit *at:* [ita nimirum ut eam vocem antecedat plena distinctio,] frustra. Simpliciter poterat Cicero dicere: *ut, ea qui adeptus sit, non modo beatus, sed etiam beatissimus dici debeat.* Sed figuram orationis mutavit, ut efficacior esset, et dixit *cur — dixerim.* potest etiam intelligi *nesciam:* nisi id excidit." *Ern.* „Voculam *ut* de coniectura eiicit hinc Cl. Davisius, postque contingant τελείαν στιγμὴν ponit. Duriusculum re vera nescio quid orationi subest, quodque constructionis filum abrumpat, dum absolute inchoatur, ac desinit interrogatorie. Quamquam quid hoc durius, quam quod Virgil. Aen. I. 91:

— — cum tu supplex in rebus egenis
Quas gentes Italum, aut quas non oraveris orbeis?

Noster de Fin. II. 21. *Nunc vero ... suppeditabit nobis Atticus noster ex thesauris suis quos et quantos viros!* Sic quoque ἵνα absolute venit apud D. Paul. I. Corinth. I. 31: ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω." *Wopkens.* l. c. p. 109 (152 Hand.) Probant abiectum *ut* Wolf. et Schz. Posterior cum Dav. Tbn. et Lamb. plane abiecit, Wolf. uncinis inclusit itemque Or. Et hic quidem „Tametsi, ait, ἀναχολούθοις referti sunt in primis hi Tusculanarum libri ac negligentius scripti κατὰ τὸν λογικὸν τόπον (idque haud scio an consulto) tamen intra tam brevem verborum ambitum vix eiusmodi invenies aberrationes a recta verborum consecutione. H. l. *ut* debetur stupido interpolatori, qui id a coniunct. *sit* requiri putaret." Kühnerus particula *ut* deleta id videtur durissimum, quod haec ultima enuntiatio nullo vinculo cum antecedentibus sententiis copulata sit, Legit itaque *et, ea qui adeptus sit.* Handius contra ad Wopk. p. 152. ea Ciceronis verba ut sunt in Codd. sibi non negligenter, sed pereleganter ait dicta videri: in ipsa interrogationis forma se causam videre mutatae orationis. Dicere voluisse Ciceronem: *ut, ea qui adeptus sit, beatus sit dicendus:* sed subito mutasse sententiam et amplius addidisse: *cur eum beatum modo, et non beatissimum dixerim*? neminem certe fuisse haesurum, si scriptum esset, *ut ea qui adeptus sit haud scio* [recte monet Or. requiri *sciam*] *beatum an beatissimum eum dixerim.* — Ad quae Or. ad Wolfii scholas, speciosam quidem esse ait defensionem coniunctionis *ut:* sed exemplo carere eiusmodi orationis mutationem, cum, quod interponatur (*ea qui adeptus sit,*) tam paucis contineatur vocibus. Confert consimilem Sestianae locum §. 17: *ut*

orem vero sapiens extimescet. (is enim huic maxime sen- b.
entiae repugnat: nam contra mortem nostram atque nostro-
um, contraque aegritudinem et reliquas animi perturba-
iones sati sesse videmur superiorum dierum disputationibus
rmati et parati:) dolor esse videtur acerrimus virtuti ad-

---

*'le caecus atque amens tribunus pl. nanciscerétur — quid dicam con-
ules? hoccine ut ego appellem nomine eversores huius imperii?* „Ex
ambini (pergit) Wolfiique sententia verba *ea qui — dixerim* quasi
αρενθέτως posita sunt inter *contingant* et *dolorem vero*, ad explicanda
erba *caelumque contingant:* quasi dicatur: *caelumque contingant: nam,
a qui adeptus sit* cet. Omittitur *nam* ut sermo sit paullo alacrior.
od. Duisb. habet *ut ea qui* superscripto *que:* unde Rehd. *ut ea que
ui.* Illud quoque attendendum, abesse in tribus recens collatis et
ind. 1. *etiam.*" Ego vero restitui *ut*, ita tamen, ut uncinis inclu-
erem voculam, quae, quamvis admodum arrideat Handii defensio,
abet tamen nescio quid offensionis in enuntiatione tam brevi. T.
aden. in Jahnii Annall. Philoll. Suppl. T. II. 3. p. 357. coniicit:
t, ea qui adèptus sit, quaeram cur eum beatum modo — dixerim?
ddens: *quaeram* absorptum est a *cur eam.* Refert Verb. in marg.
it omitti a Lambino. Sed eius omissionis in collationibus Oliveti et
r. nullum est vestigium. Ex collationibus Oxx. coniicias abesse *ut*
n duobus Oxx. Sed res admodum incerta est. Unus pro *qui* habet
uae, alius *cum* pro *cur*. Vind. 1. habet: *cur eum beatum modo sed
eatissimum dixerim.* Abest *etiam* ab hoc, itemque a Gud. Rehd.
Duisb. Mon. 2. et duobus Oxx. *Mr.*

Dolorem vero sapiens extimescet.] Dav. nihil monens edidit *Dolo-
emne sapiens extimescet?* In Ed. 2. simpliciter dicit vulgo legi *dolo-
em vero.* Corrigendi nulla fuit iusta causa. Unus Ox. omittit *vero.*
Vopkensius quoque p. 107 [147. Hand.] improbat Davisianam s. Bent-
eianam correctionem. Habent *extimescit* Rehd. Ox. D. et Mon. 1.
Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1. 2.
xtimescat duo Oxx., *extimesceret* unus. *Mr.*

Huic maxume *sententiae*] Vulgo *maximae*, quod quidem mendum
ideretur typographicum, nisi Manucius et Lambinus illo vitio suas
ditiones temerassent. *D.* [Non habet *maximae* sed *maxime* Lambi-
iana 1566.]

Is enim huic maxime sententiae repugnat:] „*Maxime* edidi cum
avisio pro *maximae.* Sic et MS. Guelf. et alii apud Buherium, ed.
ntae." *Ern.* Bouhierius videlicet, postquam reiecit Davisianum
oloremne itemque interrogandi signum post *extimescet*, quod perpe-
m etiam positum est in Ed. Ern. Lall. et aliis multis post *virtus
cedet*, et peius etiam post *turpe*, ille igitur in Codd. suis omnibus
sua Ed. vet. refert esse *màxime.* Legitur autem *maxime* in Codd.
stris omnibus, (nisi quod ea vox in uno Ox. plane omissa est,) Edd.
nt. Asc. 2. Rob. et Car. Steph. P. Herw. 1. 2. Brut. Sylb. Dav.
ll. Oliv. Mox Rehd. *nam cum contra — nostram nostrorumque*,
nd. 1. *nostram et nostrorum*, Mon. 1. *aegritudinem contra.* Unus
am Ox. et Gud. 2. *contra* pro *contraque.* Mon. 2. *aegritudines. Mr.*

Dolor esse videtur acerrimus virtuti adversarius:] Unus Ox. *do-
e* pro *dolor esse.* Cod. Duisb. *dolor videtur esse.* Ad seqq. conf.
c. de Off. II. 10. 37: *dolorum quum admoventur faces*: ubi vid.
ier. p. 73. Iungi *adversarius* cum Dativo et Genitivo monet Wolf.
scholis, ut *amicus* et *inimicus.* De eo vero nemo dubitat. Sed
issimi exempli est iunctum hoc substantivum cum Dativo, addito

versarius: is ardentes faces intentat, is fortitudinem, magni-
77. tudinem animi, patientiam se debilitaturum minatur: huic igitur succumbet virtus? huic beata sapientis et constantis viri vita cedet? Quam turpe? ô dii boni: Pueri Spartiatae

---

adiectivo: nec tamen aliquid hic suspecti est. In Cod. Mon. 1. est *intendit* pro *intentat*. Gud. habet *magnitudinemque animi*, Duisb. *animi et patientiam*. Vind. 1. utrumque iungit exhibens: *magnitudinemque animi et patientiam*. In uno Ox. deest *magnitudinem*, in alio *animi*. Mon. 1. habet *patientia*. *Mr.*

se debilitaturum minatur:] „Maffaei liber *debellaturum*. Utrumque recte. magis tamen probo *debilitaturum*, propter verbum *succumbet*, quod sequitur." *P. Manut.* „Manutius quum vulgatam sibi magis probari dixisset, quam quod est in Maffaei libro, nunc tamen idem *debellaturum*, altero illo *eiecto* reposuit." *Frc. Fabr.* In marg. Lambb. et Goth. de lectione libri Maff. adscriptum iudicium est: *non placet*. Bouhierio neutra videtur lectio praestare alteri. *Mr.*

Patientiam se debilitaturum *minatur*] Eliens. sec. *debellaturum*: eandemque lectionem in Maffaei libro repertam probavit Manucius. Ipse non item: cum Tullius alteram loquendi rationem passim adhibeat. *D.*

se debilitaturum,] MSS. quidam *debellaturum*, quod edidit Davisius. [Non ita edidit Dav., certe in Edd. 2. 3. et Ox. 1805. quae ad manum sunt: idque si in prima esset factum, Verburgius sine dubio annotasset. Sed est error Ernesti, qui Davisii nomen pro Manutii nomine posuit: *debellaturum* certe habet Aldina nostra, quamquam sola. *Mr.*] Sed et vulgatum bonum est, ut recte Buherius. Vid. Clav. in h. v. et in debilitatus." *Ern.* Est etiam *debellaturum* in duobus Oxx. et uno Bouhierii. Habet Ed. S. *deliberaturum*. Mon. 2. *ergo* pro *igitur*. Pro *minatur* solus Vind. 1. *confirmat:* nescio qua correctoris alicuius sagacitate. Unus Ox. *miratur*; alius *sub tamen* pro *succumbet*. Rehd. *beata et sapientis*, Mon. 1. *beata et sapiens*. Gud. et Vind. 1. omittunt *viri*. Mon. 1. habet *vita beata cedet;* Reg. *caedet*. *Mr.*

Pueri Spartiatae non ingemiscunt verberum dolore laniati] Ad aram Orthiae vel Orthosiae Dianae; nam Lacedaemonii solent ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ὀρθίας ὁμοίως μὲν δούλους, ὁμοίως δὲ ἐλευθέρους ἀνάγειν — μαστίγων γὰρ τὸ ἀγώνισμα καὶ ὁ στέφανος. Verba sunt Themistii Orat. XXI. pag. 250. Musonius apud Stobaeum Serm. XIX. pag. 169. Ὡς δὲ οὔτε αἰσχρὸν οὔτε ὑβριστικὸν ἔχουσι (πληγαὶ) μηδέν, δηλοῦν Λακεδαιμονίων παῖδας δημοσίᾳ μαστιγουμένους, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ἀγαλλομένους. Alciphron lib. III. Epist. 54. Ἤμην οἷά τις Σπαρτιάτης ἀνὴρ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας (sic recte Cl. Berglerus) τυπτόμενος. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypot. lib. III. cap. 24. Λάκωνες δὲ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθωσίας Ἀρτέμιδος μαστίζονται πικρῶς, ὑπὲρ τοῦ πολλὴν αἵματος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς θεοῦ γενέσθαι ῥύσιν. Plures hanc in rem veterum locos indicavimus ad lib. II. cap. 13. Vide sis et eiusdem libri cap. 19. Huius autem saevissimae consuetudinis originem dicet Lactantius Placidus ad Statii Thebaid. lib. VIII. pag. 376. ed. Cruceanae. Obiter emendetur idem ad lib. I, 118. *Quibus* (Lacedaemoniis) *virtuti est in sacris caedi verberibus, sine corporis motu.* Lego *in usu est* etc. [Improbat Bouh. hanc emendationem dicens non meminisse Davisium verborum, quae duobus iungantur Dativis.] Adi sis Plutarchum Inst. Lacon. Tom. II. pag. 239. *D.*

Pueri Spartiatae non ingemiscunt] Ad h. l. vid. Gonsalum de Salas ad Petron. p. 250. sq. ibiq. laudd. Plaut. Capt. III. 1. Meursii

non ingemiscunt verberum dolore laniati. Adolescentium greges Lacedaemone vidimus ipsi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, quum exanimarentur, prius, quam victos se faterentur. Quae barbaria Indiâ vastior aut agrestior? In ea tamen gente primum ei, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt, et

---

Graec. Feriat. II. et quae posuimus supra ad II. 14. 34. — Pro *verberum* est *verborum* in uno Ox., *verbum* in alio. Mon. 1. *laniti*. *Adolescentes*. Gud. *Adolescentum*. Vind. 1. *Lacedaemoniae*, Mon. 1. *Lacedaemonie*. Gud. 2. *videmus*. Gud. 1. *conditione*, sed syllaba *di* punctis notata; Reg. *contione*, Gud. 2. *concione*. — De his puerorum certaminibus Bouhierius laudat Pausaniam III. 14. Cragium de Rep. Laced. Lib. III. 9. 5. et Fabri Agonist. I. 12. Fuit hoc institutum Lycurgi. Add. Herodot. VII. 225. *Mr.*

morsu denique ut exanimarentur,] „Sic Victorii editio cum vulg. plene conspirans. Sed in omnibus MSS. est *cum exanimarentur.*“ *Gebh.* Non habent Codd. omnes *cum*. Ego in Reg. reperi *ut*, quod praestat, poniturque pro *ita ut.*“ *Bouh.* „MS. Guelf. *cum*, ut et alii. *Ut* melius videtur.“ *Ern.*

Morsu denique; cum exanimarentur] Vulgo *morsu; denique* ut *exanimarentur*. Nos autem sententia ducti, distinctionem mutavimus, penultimamque vocem, ut edidimus, exhibent omnes Mssti. *D.*

morsu denique, quum exanimarentur prius,] Cur *ut* praeferret Ern. cum Gebh. et Bouhierio, quod manifesto debetur glossatori vel correctori, nulla plane est iusta causa. Ego vero errare Bouhierium existimo dicentem *ut* esse in Regio: non quod collatio nostra tacet (tacet enim iusto saepius), sed quia *quum* est in Gud. 1. Bern. (a 1. m., a 2. est *tum*, ut in duobus Oxx.) Marb. Gud. 2. Mon. 1. Gud. Duisb. tribus Oxx. et vet. Cod. Schotti. Et dicit esse *quum* in suis Davisius, in quibus fuit etiam Reg. Et receptum est *quum* a Lall. Wolf. Schz. Or. Pro *prius, quam* (Dav. *priusquam*) legitur *post quam* in Mon. 1. et Ox. D. Nihil monens dedit Or. cum reliquis omnibus *se victos*. Ego vero scripsi cum Dav. (qui in eo sine dubio auctoritatem Codicis Reg. tacite secutus est) *victos se* ex Codd. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Marb. *Mr.*

Quae barbaria Indiâ vastior aut agrestior?] Regionem a barbaris cultam saepissime voce *barbariae* significat Cicero: est tamen ubi de sermonis vitio ponatur, veluti Brut. 74; itemque de morum feritate; sic Or. pro Balb. 19. — Scribitur *barbarica* in Cod. Mon. 1. Ox. D. Rehd., in uno Ox. *barbara*, in alio est *vastacior* (sic) pro *vastior*. Unus habet *et* pro *aut*. De sententia vocis *agrestis* vid. Cort. ad Sall. VI. 1. p. 40. — Ad locutionem *in ea — gente* conf. Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. 10, 23. p. 131, ubi plura habes ex ipso Cicerone [illegible] exempla, in his de Div. I, 41, 90. de Rep. III. 9. 14. Post *prius* scripsi *ei* cum Edd. P. Dav. Or. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Mon. 1. Gud. Duisb.; *hi* habent Cod. Reg. Edd. A. B. C. V. Ven. nostr. Mon. 1. 2. (marg. MS. *ii*) Junt. Herw. Rob. Steph. Reliqui *ii*. Duo [illegible] *haberentur*. Pergit unus Ox. *nuditatem agunt* cum Gud. et Rehd. *Mr.*

Ei, qui sapientes habentur — sine gemitu aduruntur] Brachmanas [illegible] Gymnosophistas dicit, qui *nudi per opacas Indiae solitudines perhibentur philosophari*, prout ait Isidorus Orig. lib. VIII. cap. 6. Valerius Maximus lib. III. cap. III, 6. ext. *Apud Indos vero patientiae [illegible] tam obstinate usurpari creditur, ut sint qui omne vitae tem-*

Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore: quumque ad flammam se applicaverunt, sine gemitu adu-
78. runtur. Mulieres vero in India, quum est cuius earum vir

---

pus nudi exigant, modo Caucasi montis glaciali rigore corpora sua durantes, modo flammis sine ullo gemitu obiicientes. Sane Βραχμᾶνες, — ἐπειδὰν νήσωσι, πλησίον παρασιάντες ἀκίνητοι, ἀνέχονται παροπτώμενοι· εἶτ' ἐπιβάντες κατὰ σχῆμα καίονται, οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐκτρέψαντες τῆς καταχλίσεως. Verba sunt Luciani de Mort. Peregr. Tom. II. pag. 579. Idem in Fugit. pag. 594. Ἐπὶ πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες, ἀνέχονται καιόμενοι, οὐδὲν τοῦ σχήματος ἢ τῆς καθέδρας ἐκτρέποντες. Inter alios eandem Brachmanum consuetudinem memorant Plutarchus Tom. II. pag. 499. C. Philo, quod omnis probus liber, pag. 680. G. et Porphyrius περὶ ἀποχῆς lib. IV. §. 18. Ob hanc eorum patientiam dixit Zenon, ἕνα Ἰνδὸν παροπτώμενον ἐθέλειν ἰδεῖν, ἢ πάσας τὰς περὶ πόνου ἀποδείξεις μαθεῖν, quemadmodum refert Clemens Alexandrinus Strom. II. pag. 494. *D.*

ei Caucasi nives — perferunt] „Hic non est ille Caucasus in Scythico exsurgens solo mons, sed in Indico confinio se attollens, Macedonum armis, (ut scribit Strabo) Orientem subigentibus prioris Caucasi nomen adeptus. Huius etiam mentio est in Tyanei vita apud Philostratum.“ *Turneb.* Adv. VII. 16. p. 226. Cf. supra II. 22. 52: *Calanus Indus — in radicibus Caucasi natus.* — Pro *perferunt* est *peragunt. Mr.*

quumque ad flammam se applicaverint] „Victorii lectionem ut Palatin. secundi, quarti, quinti expressim et Gryphii liber, aliusque vetus Cod. et Vatican. *applicaverunt.* Vulgo, ad normam diobolarium grammaticulorum, *applicuerint.*“ *Gebh.*

Se adplicaverunt] Sic Reg. Pithoean. et Vatic. Vulgo *applicaverint. D.*

se applicaverint] „Est in Cod. Reg. *applicaverunt:* in uno Leid. *applicuerint.* Priorem secutus est Dav.“ *Bouh.* „*Se applicaverunt:* Sic MS. Reg. Paris. et sic edidit recte Davis. Sic et Ed. Junt. pro vulgato *se applicaverint.*“ *Ern.* Habent *applicaverunt* Codd. Reg. (quamvis collatio nostra taceat) Gud. 1. 2. Marb. marg. Edd. Lambb. et Goth. Edd. Dáv. Ern. seqq.; *applicuerunt* Cod. Vind. 2. Edd. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Leod. Herw. 1534. HWolf.; *applicuerint* Mon. 2. Gud. Edd. P. M. L. Brut. Boul. Ald. Goth. Car. Steph. Sylb.; *applicaverint* Codd. Rehd. Duisb. Mon. 1. Vind. 1. Edd. V. Rob. Steph. Herw. 1540. Gebh. Verb. Alt. *Mr.*

Mulieres vero] Unus Ox. *mulieres enim.* Duisb. omittit *vero.* Inservit *vero* continuandae orationi, quae, cum praecesserit: *In ea tamen gente primum ei* — pergere debebat: *tum mulieres* cet. cuius anantapodoti haud rara sunt exempla apud Ciceronem. Nostro plane similis est locus ad Famm. VII. 23. 2: *Primum ipsas ego Musas nunquam tanti putassem* —: *Bacchis vero ubi est apud me locus? Mr.*

Mulieres vero in India] Duae voces ultimae, supervacaneae sunt et a Librariis adiectae; non enim erat, cur *Indiam* rursus memoraret, cum de ea tantum gente superiora verba sint intelligenda. Nos igitur eas uncinis cinximus. Similes glossae multos veterum locos foedant. Sic pro P. Sextio cap. 4. *Venit cum exercitu* Capuam; *quam urbem — ab illa inpia et scelerata manu attentari suspicabamur, et* inde *M. Aulanum, tribunum militum Antonii* Capua *praecipitem eiecit.* Leg. *et inde M. Aulanum trib. mil. Antonii, praecipitem eiecit;* abundat enim *Capua.* Iterum cap. 6. *Sed ut* quam moderate *huic potius tempori serviam quam dolori meo, si qui occulte a salute nostra dis-*

mortuus, in certamen iudiciumque veniunt, quam plurimum

sentiunt, lateant. Importunae sunt istae voces *quam moderate*, furcillisque prorsus eiiciendae. Parentes earum sunt Librarii, qui morem, quo se gessit Tullius, adnotandum putarunt. *Ἀλλ' ὡς ἐν παρόδῳ ταῦτα.* Porro hunc Indarum feminarum morem eleganter describit Propertius lib. III. Eleg. XI. 15.

Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos Aurora suis rubra colorat equis.
Namque ubi mortifero iacta est fax ultima lecto,
Uxorum positis stat pia turba comis;
Et certamen habent leti, quae viva sequatur
Coniugium; pudor est non licuisse mori.
Gaudent victrices, et flammae pectora praebent,
Imponuntque suis ora perusta viris.

Nicolaus Damascenus apud Stobaeum Serm. CXXII. pag. 614. *Ἰνδοὶ συγχαταικαίουσιν, ὅταν τελευτήσωσι, τῶν γυναικῶν τὴν προσφιλεστάτην· αὐτῶν δὲ ἐκείνων ἀγὼν μέγιστος γίνεται σπουδαζόντων νικῆσαι ἑκάστην τῶν φίλων.* Si plura testimonia sint cordi, vide Plutarchum Tom. II. pag. 499. C. Valerium Maximum lib. II. cap. VI, 14. ext. Hieronymum advs. Iovin. lib. I. pag. 345. Servium ad Aen. V, 95. et Solinum cap. LII. Non disparem Thressarum quarundam consuetudinem referunt Herodotus lib. V. cap. 5. et Mela lib. II. cap. 2. *D.*

Mulieres vero in India] „*In India* sine dubio est a Glossatore. Uncis inclusi." *Ern.* „Uncos recte sustulit Wolfius. Nam illud in India addendum erat, ne quis *mulieres* de uxoribus Gymnosophistarum acciperet." *Schz.* Recte cum Wolfio Orellius nullam esse ait causam idoneam, quam ob rem verba *in India* abiiciantur. *Mr.* „Ad rem cf. Scheffer. et Perizon. ad Aelian. V. H. VII. 18. p. 503 — 505. Valckenaer. ad Herodot. V. 5. T. VI. P. I. p. 6.

cum est cuiusvis earum vir mortuus,] „Reperi istud in Palatin. secund. quart. Item Victor. edit. Inclinant Palatin. tert. quint. Vatican. *cum est cuius earum.*" *Gebh.* „Ut potuit sic Cicero scripsisse, ita hoc postremum certe magis Romanum est, utpote toties frequentatum in formulis, inque inscriptionibus et decretis occurrens. Livius XXXIV, 56: *dimittendique ei, quos eorum quandoque vellet, ius esset.*" *Gronov.* „Est *cuiusque* in Cod. Reg. et *cuius* in Ed. mea vet." *Bouh.* „Vulgo *cuiusvis*. Vaticanum et regios Codd. sequimur (edentes *cuius*)" *Lallem.* „MS. Guelf. et alii *cujusque*. mihi delendum videtur, nam non est unius earum vir plurium: intelliguntur mulieres, quarum vir communis mortuus est." *Ern.*

Cum est cuius *earum*] Ita Reg. et Pithoean. Vulgo *cuiusvis*. *D. quum est cuius earum vir mortuus,*] Plane deleto pronomine nimis dura et ambigua esset locutio, ut recte monet Ochsn. ad h. l. Bol. p. 279. Dedi autem *cuius* cum Dav. Lall. FAWolf. Schz. Or. Zeun. ex Codd. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Gud. Neque aliunde ortum est, quod habet Rehd. cum Marb. *unus*, lineolis literarum perperam junctis et separatis. Glossam habes in uno Ox. *alicuius*, corrigendi particula in lectionibus *cuiuslibet*, quod est in duobus Oxx. Duisb. Mon. 1; *cuiusque*, quod habent duo Oxx. Mon. 2. Guelf. Edd. P. A. S. E. M. L. Asc. 1. 2. Junt. Ven. nostr. Herw. 1. 2. Car. Steph. Brat. Boul. Ald. Sylb. Goth.; *cuiusvis* quatuor Oxx. marg. Crat. Vict. Mod. Steph. Leod. Ern. Nobb. [sed hi duo uncinis inclusam habent vocem]; denique *cuius quam*, quod est in Vind. 1. Idem cum Rehd. habet *vir earum*. Kühnerus defendit vulgatam *cuiusvis;* ut accipienda sit ea vox de communi omnium cuiusque aetatis et ordinis mulierum

ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptae: quae est victrix, ea laeta, prosequentibus suis, una cum viro in rogum imponitur: illa victa maesta discedit. Nunquam naturam mos vinceret: est enim ea semper invicta; sed nos umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus: opinionibus maloque more delenitum mollivimus. Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutae mentes pravitatis erro-

---

more. Sed ubi alia suadet et meliora optimorum librorum lectio, non audimus defensionem vulgatae, quamquam per se non improbandam. Nostram etiam lectionem Zumptius (Gramm. Lat. §. 710. Ed. 6.) probat, eiusque rationem grammaticam explicat. In seqq. unus Ox. *dilexerint* pro *dilexerit*. Deinde Gud. 1. (a 1. m.) Mon. 1. duo Oxx. *in rogum ponitur*, absorpto *im* praecedente *m*. *Mr.*

Illae victae moestae discedunt] Vulgo, *illa victa moesta discedit*. Sed recte Cl. Bentleius: nam cum plures singulis soleant esse nuptae, plus una vincatur necesse est. *Dav.*

illa victa] „Lubens obsequerer uni Cod. Leid. in quo est *illa alia victa*. Nimis audacter Dav. cum Bentleio correxit *illae victae moestae discedunt*. Sed dicere potuit *plures*, etiamsi duae erant nuptae singulis." *Bouh.* „*Illa victa* intelligendum: si duas tantum habuit. Sed mihi placet correctio Bentleii et Davisii: *illae victae*, vel *aliae victae moestae discedunt*." *Ern.* „Nihil opus correctione. Voces *illa victa* idem significant quod: quaecunque ex illis est victa, sive illae sint duae sive plures. Vox *illa* in huiusmodi locutionibus vim habet pluralis numeri, ut in II. 15: *videmus rudem illum et inexercitatum, quamvis leviter ictum, ploratus turpissimos edere*. Sic etiam in Quintil. Inst. Or. I. 3: *probus quoque in primis erit ille ingeniosus:* et ib. *probus ab illo segni et iacente multum aberit*." *Pearcius.* „*Illa victa* i. e. ceterae omnes, s. quaecunque victa est." *Hottinger.* ad Cic. Ecl. p. 280. „*Illa* collective, ut aiunt, sumendum videtur, ut ceterae mulieres victae, tanquam una, opponantur uni mulieri victrici." *Kühn.* Orellio satisfacit Hottingeri explicatio: ipse de hoc usu pronominis *ille* laudat Cic. de Or. I. 1. 4. Plaut. Trinumm. II. 3. 92. Tac. Germ. c. 14. — Pro *maesta* unus Ox. *maiestas;* unus omittit *mos;* alius habet *vincit* pro *vinceret:* idque est correctoris, qui sententiose loqui vellet Ciceronem. Aliam habes, egregiam scilicet, emendationem *mors* pro *mos* in Gud. 2. Cod. Mon. I. exhibet *est ea enim*. Mox unus Ox. *otiis* pro *otio:* nimirum quia praecedit *umbris, deliciis*. Inversa ratione est in Vind. 1: *umba, otio, deliciis*. Wolfius in scholis *umbris* explicat: *intra privatos parietes*. Cod. Duisb. habet *languore, otio*. Vind. 2. *opinione* pro *opinionibus*. *Mr.*

maloque more delinitum mollivimus.] „*Maloque more demotum* Gryph., qui idem e regione in marg. *devictum* lectionem variam vetustissimis aeque litteris habet." *Brut.* „Al. *delenitum*." *Marg. Lambb. et Goth.* „Nihil novandum existimo, sed tantum diversitatem animadvertendam. Palatin. secundus *delentum molivimus*. tert. *devictum:* quam in ora habet quoque Gryph. sed interius *demotum*." *Gebh.* Scripsi *delenitum* cum Dav. [qui hanc formam sine dubio habet ex Reg.] Or. ex Codd. Gud. 1. Rehd. Scribitur in Vind. 1. *deliniti*, in uno Ox. eius loco *idem otii*. Discrimen esse vult inter *delenire* et *delinire* Drakenb. ad Liv. 7, 38. quem refutat Ern. in Clav. Liv. Unus Ox. habet *mollimus*, Rehd. *mollitum*. *Mr.*

Aegyptiorum morem quis ignorat?] Codd. Marb. Mon. 1. Rehd. *Egiptiorum;* unus Ox. *Aeg. vero morem*; pergit Mon. I. *qui igno-*

ribus quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut aspidem aut felem, aut canem, aut crocodilum violent: quorum p. 244. a.

rat; alius Ox. *quis ignoret*. Ad rem vid. Bocharti Hierozoic. II. p. 560. *Mr.*

pravitatis erroribus] Marg. Lambb. et Goth.: fort. *pravis erroribus*. Assentiebat Dav. huic coniecturae in Ed. 2. Sed in Addendis ad eam Ed. p. 395. ea posuit, quae sunt in ann. Ed. 3. *Mr.*

Pravitatis erroribus] Loquendi modus Lambino non placuit; quapropter reponendum censuit *pravis erroribus*. Non opus est. Plautus Mil. Glor. Act. IV. Sc. IV, 36. *Formam* amoenitatis *illius, faciem, pulchritudinem conlaudato*, id est, formam amoenam. Sic *perennitatis cibum* pro cibo perenni dixit idem Persae Act. III. Sc. I, 2. Lucretius IV, 339.

— *Quia cum propior* caliginis aër
Ater init oculos prior —

pro aere caliginoso. Vide et vs. 350. ac Gatakerum de Stilo N. T. cap. 15. *D.*

pravitatis erroribus] „*Pravitatis errores* omnino recte Ciceroneque digne dicuntur illi errores, quos secum coniunctos habet pravitas et corruptio, quae mentes hominum pervasit. Minuc. Felix 26: *non desinunt — errorem pravitatis infundere. — Calamitatis errorem* dixit Jul. Firmicus de Err. Prof. Rel. p. 10; *errorem falsae religionis* Lact. Inst. II, 3, 15. — — Cic. de Finn. II. 23. *libidinum voluptates*, Tusc. III. 2. *voluptatum libido.*“ *Wopkens.* Tull. Lectt. p. 110. (152 sq. Hand.) Assentit ei Bouh. Ernestus Laconico suo more: „Davisius *pravis.*“ Vides eum neque tertiam Davisii editionem insperisse, neque secundae additamenta: imo ne huius quidem lectionem accurate retulit. Ex eius enim annotatione coniicias editum esse *pravis* a Davisio, cum tamen nonnisi probaverit eam scriptionem. „Si vitiosum sit, ait Schz., *pravitatis*, malim *fanaticis erroribus.*“ Hoc vero est hariolari. Habent tamen *pravis* duo Oxx., quod correctori tribuo. Egregiam, scilicet, lectionem exhibet Marb. *privatis erroribus*. Voce *carnificina* tralate supra usus est Cicero III. 13. — Codd. Vind. 2. Duisb. *subirent*, quod videtur interpretis non optimi. Pergit Mon. 1. *quam abim. Mr.*

quam ibim, aut aspidem, aut felem] „Legendum fortasse est *quam ibim, aut apim*. Erat autem *Apis* bos, Aegyptiorum deus. Quamquam nihil mutandum censeo. Nam etiam *aspidem* colebant Aegyptii.“ *Lambin.* Pro *aut felem* Marb. exhibet *aut felum*, unus Ox. *aut fenicem. Mr.*

Ibim aut aspidem — violent] Sic lib. I. N. D. cap. 29. *Ne fando quidem auditum est crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Aegyptio.* Herodotus lib. II. cap. 65. Αἴγυπτος — οὐ μάλα θηριώδης ἐστί· τὰ δὲ ἐόντά σφι, ἅπαντα ἱρὰ νενόμισται — Τὸ δ' ἄν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ, ἢν μὲν ἑκών, θάνατος ἡ ζημίη· ἢν δὲ ἀέκων, οἵην ἂν οἱ ἱρέες τάξωνται· ὃς δ' ἂν Ἶβιν ἢ Ἴρηκα ἀποκτείνῃ, ἢν τε ἑκών, ἢν τε ἀέκων, τεθνάναι ἀνάγκη. Ita et Diodorus Siculus Bibl. lib. I. pag. 74. nisi quod ἀντὶ τοῦ ἱέρακος ponat αἴλουρον. Vide et Origenem in Celsum lib. I. pag. 40. De iis iure dicas quod Timocles apud Athenaeum lib. VII. pag. 380.

Πῶς ἄν μὲν οὖν σώσειεν Ἶβις ἢ κύων;
Ὅπου γὰρ εἰς θεοὺς τοὺς ὁμολογουμένως
Θεοὺς ἀσεβοῦντες, οὐ διδόασιν εὐθέως
Δίκην, τίν' αἴλούρου γ' ἐπιτρίψειεν ἄν
Βωμός —

etiam si imprudentes quidpiam fecerint, poenam nullam
79. recusent. De hominibus loquor. Quid bestiae? non frigus, non famem, non montivagos atque silvestres cursus lustra-

---

Sic enim corrigendi sunt hi versus, quos Is. Casaubonus successu parum felice tentavit. *D.*

Corcodilum] Ita Mssti: de qua scribendi ratione vide Marq. Gudium ad Phaedri I, 25. Vulgo *crocodilum*. *D.*

aut crocodilum] Restitui cum Edd. post Dav. vulgatam scriptionem *crocodilum*: quod enim ait Dav. MSStos habere *corcodilum*, id nobis ex nullo plane enotatum est. Marb. Vind. 1. et unus Ox. habent *cocodrillum*, Mon. 1. *crocodillum*, unus Ox. *crochodilon*. Ceterum conf. ad rem F. S. Zickleri Diatr. de Aegyptiis Bestiarum Cultoribus (8. Jen. 1756.) §. 4 sq. p. 10—19. Meiners: Ueb. d. Thierdienst d. Aeg. in ej. Philos. Schrr. I. p. 192—250. Meiners. Hist. de vero Deo I. 23. sqq. Creuzeri Commentatt. Herodott. I. p. 110—164. Creuzer: Symbol. u. Mythol. T. I. p. 475—493. ed. alt. Epitom. nostr. ej. operis p. 156—163. Baehr. ad Herodot. II. 65. p. 631. — Mutatam a Davisio nominis *crocodili* scriptionem improbat etiam Bouh., quamquam concedit nonnunquam a Latinis, poëtis praesertim, *corcodilum* fuisse scriptum. Unus Ox. habet *iugulent* pro *violent*. *Mr.*

quorum etiam si imprudentes quidpiam fecerint] *Quorum — quidpiam* Wolfius in scholis ad *animalia* refert: quare in hoc commate ἀναχόλουθον videre sibi visus est pro *quorum si quis aliquod violaverit*, cum *fecerit* ad *quorum* non possit accommodari. Sed recte Or. *quorum*, ait, est pro *cuius generis*, sc. violandi aut interficiendi eiusmodi animalia. Cod. Rehd. habet: *quispiam si imprudentes*. Duo Oxx. *si prudentes*: qui error ortus videtur ex scriptione sIPRVDETES. Cod. Vind. 1. *quipiam* (ex qvIPIA), idem *recusant* pro *recusent*. Gud. *nullam poenam*. *Mr.*

De hominibus loquor.] Cod. Gud. *de omnibus loquor*: quae est confusio frequentissima. Ad seqq. in marg. Lambb. Goth. ut Lambini lectio enotatum est: *Quid? bestiae nonne frigus —*. *Mr.*

non frigus, non famem, non montivagos atque silvestres cursus] „Ita MSS. plerique et Ed. Victorii; qui tamen lib. I. c. 16. Variarum Lectt. notat in suo libro legi: *non montivagos atque silvestricursus*. Vulgo: *nonne frigus*. Palatin. sec. quint. *num frigus, num famem* etc. Paullo post quoque legitur: *non pro suo partu*. vulgo: *nonne pro suo partu*: ubi tamen illi bini iterum: *num pro suo*." *Gebh.* „Victorius V. L. I. 6. testatur in antiquo fidelique exemplari legi *silvestricursus*, iunctis duobus nominibus: ut videatur totus locus ex aliquo vetere poëta sumptus esse." *Frc. Fabr.* Addit Victorius: Non enim mihi persuadeo Ciceronem *montivagos* usurpaturum fuisse: redolet enim hoc verbum orationem poëticam: facitque, ut non sine causa suspicer consequentem quoque vocem eodem pacto conformatam fuisse. Ut Catullus quoque in libello de Atti [Aty] huiuscemodi nonnulla verba composuit: ceu cum inquit: *ubi cerva silvicultrix, ubi aper nemorivagus*. Ita autem loqui consuesse priscos illos Latinos homines testatur Cicero in Oratore his verbis: [45, 153.] *Sed quid ego vocales? sine vocalibus saepe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicerent multimodis, vasargenteis, palmetcrinibus, tectifractis*. Editur nunc: *multi' modis, vas' argenteis, palm' et crinibus, tecti' fractis*. Ego cum Or. isti vocabulo inaudito, (*silvestricursus*,) quod sine dubio errori scribae originem debet, non multum tribuerim. Ceterum h. l. valde variant libri. Unus Ox. habet *quid bestiae, num famem*; Vind. 1. 2. *num frigus, num famem, num montivagos,*

tionesque patiuntur? non pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant, nullos impetus, nullos ictus reformident? Omitto, quae perferant quaeque patiantur ambitiosi, honoris causa: laudis studiosi, gloriae gratia: amore incensi, cupiditatis. Plena vita exemplorum est.

---

prior etiam *num pro suo partu ita pugnant.* Est *nonne frigus* in Edd. P. A. B. S. E. C. M. et omnibus nostris ante Gebh. exceptis Rob. Steph. et Leod. Eaedemque in seqq. *nonne pro suo partu.* Rehd. habet *non frigus, nonne famem, nonne montivagos;* unus Ox. *num frigus, num famem, non mont.,* unus *unum mont.* Gud. *montifugos.* Ut h. l. vox *lustratio* explicatur apposito *cursus,* ita Philipp. II. 23. addita voce *peragratio. Mr.*

pro suo partu ita propugnant] „Dav. [in Ed. 2.] edidit *pugnant.* Sed et alibi Cicero, ut alii, dixit *propugnare pro.*“ *Ern.* Laudat Wolf. in scholis de Inv. I. 1. 1: [*sed pro his propugnare possit*]: ubi item peioris notae libri habent *pugnare.* Add. ad Famm. XI. 16. 2: *quum — pro — mea salute — propugnaret*; or. pro Rabir. 10. 30: *pro — fanis atque delubris propugnandum*; de Off. I. 19. 62: *virtutem — propugnantem pro aequitate*: nec hoc loco desunt, qui exhibeant *pugnantem.* Vid. etiam Oudendorp. ad Cic. de Inv. l. l. ed. Burmann. p. 615, quamquam ibi Graevius edidit *pugnare.* Sed v. ej. annot. p. 304. Ceterum praeter Vind. 1. habet etiam *pugnant* Cod. Marb. Mox Rehd. Mon. 1. et Ox. D. *vulnera accipiant.* Alius Ox. *ictus reformidant,* cum Vind. 2. *Mr.*

Omitto, quae perferant cet.] „Veri est simile, quae hic dicuntur ambitiosis, de amore incensis, loco suo esse mota, reponendaque post ea, quae de Aegyptiis dicta sunt. Neque enim crediderim Ciceronem consulto interposuisse ea, quae de bestiis dicenda viderentur.“ *Bouh.* „Est haec quoque correctio ex earum numero, quae, ut lectionis diligentiam ostendunt, sic nullam necessitatem afferunt. Eiusmodi vero plurimae correctiones huius viri esse videntur.“ *Nissen.* Unus Ox. habet *quae perferunt*; Gud. 2. *quae patiuntur*; alius Ox. haec duo vocabula omittit; Vind. 2. vocem *causa* post *honoris. Mr.*

Honoris causa, laudis studiosi gloriae causa] „Ita est in vulgatis. Ego secundo loco delerem *causa*: quam lectionem confirmant ea, quae sequuntur.“ *Ursinus.*

Laudis studiosi, gloriae gratia] „Cum praecesserit *causa,* non videbatur hic quoque iterari debere: ergo recte Lambin. quinque Palatin. Fabr. Vatican. *gratia.*“ *Gebhard.* „Hoc iudicium discrepat mori, quo in his Ciceronianis notis frequenter usi vel Gruterus vel Gebhardus, ut ex varietate ista colligerent, aliquid esse insititium. Id miror hic non fieri, ubi nulla prorsus gratia est vocis *gratia.* Sed videlicet exspectandum, ut, quum primo positum sit *causa,* dein *gratia,* veniat denique, qui post *cupiditatis* apponat *ergo,*“ *Gronov.* „*Gloriae gratia:* in vulgatis legitur *gloriae causa:* sed *causa* suppositicium esse, recte Manutius censuit: nam in MSStis est *gloriae gratia.*“ *Frc. Fabr.*

Gloriae gratia] Alii *gloriae causa.* Utrumque insiticium; quod recte monuerunt Ursinus et Gronovius. Cum enim prius *honoris causa* dixerat, in reliquis eadem vox subaudiatur; ut vel *gratia,* vel *causa* prorsus hic sit supervacanea. Id ut ostenderetur, uncinos ei circumdedimus. Vide lib. II. de Invent. cap. 6. *D.*

laudis studiosi, gloriae gratia:] „Quidam, etiam Davisius, *gratia* delent. placet. nam et post *cupiditatis* nude ponitur.“ *Ern.* „Mihi quidem consulto addidisse videtur Cicero *gratia,* ut ambiguitas vita-

28 Sed adhibeat oratio modum, et redeat illuc, unde deflexit.
80. Dabit, dabit, inquam, se in tormenta vita beata; nec iustitiam, temperantiam, in primisque fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam prosecuta, cum tortoris os viderit, consi-

retur, quae esset in verbis *laudis studiosi, gloriae.*" *Bouh.* Uncinis liberavi *gratia* cum Or. Nobb. Tbn. Neque sepsit vocem Ern. quamquam eam sublatam voluit. Sepserat etiam in Ed. 1. Wolfius, unde abiecit Billerb., qui neque secundam, neque tertiam Wolfii editionem videtur vidisse. Errat Kühnerus, dicens fuisse qui *causa* post *honoris* delendum censerent. Est autem *gratia* in optimis libris, Reg. Bern. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Vind. 1. Edd. S. E. marg. Crat. Lamb. HWolf. Brut. sqq. In marg. Verb. ex MS. nescio quo enotatum est *pro pecunia cupiditatis.* Pergit Cod. Reg. *plana vita;* Gud. 1. a 1. m. *exemplum* pro *exemplorum.* Ed. E. *exploratum.* In Rehd. et uno Ox. deest verbum *est. Mr.*

c. 28. *Sed adhibeat oratio modum,*] Pro *adhibeat* unus Ox. *habeat;* tres, cum Vind. 2. et Mon. 2. omittunt sequens *et.* In uno Ox. est *recedat* pro *redeat.* „*Defluxit* dedi ex MS. Guelf. et Ed. Junt., quod est elegantius vulgato *deflexit.* Sic et alibi Cicero, ut Tusc. I. 25." *Ern.* Est ibi *a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus:* ubi vid. annot. nostr. „*Deflexit,* ob antecedens *redeat,* mihi videtur melius. Quem laudat Ern. locus I. 25., diversus est." *Scheller.* Ego *deflexit* recipiendum duxi ex Reg. Bern. (a 1. m.) Gud. 1. 2. Gud. Rehd. Mon. 1. Marb. Duisb. Vind. 1. sex Oxx. Edd. C. V. M. L. Herw. 1. 2. Rob. et Car. Steph. HWolf. Boul. Ald. Sylb. Brut. Lambb. Goth. Leod. Gebh. Dav. FAWolf. Schz. Or. Post *unde* in Cod. Mon. 1. sequitur *s* puncto subscripto notatum. Omittunt alterum *dabit* Codd. fere omnes, exceptō uno Ox. Sed talia verba repetita saepissime excidunt: habent autem Edd. omnes praeter S. et E. Satis autem tuētur additum *inquam* verbum illud repetitum. Solus Cod. Gud. habet *unquam,* idem: *vita beata in tormentis,* Vind. 2. *se beata vita in tormenta.* In uno Ox. deest *se;* Mon. 1. habet *inprimis quam. Mr.*

magnitudinem animi patientia prosecuta] „Ita Gryph. pro *patientiam prosecuta.* Fortasse rectius." *Brut.* „Melius sic quinque Palatin. (nam tantulum demutat quart. *persecuta* rescribillans) Gryphii liber, Vatican. Vulgo *patientiam prosecuta.*" *Gebh.*

Magnitudinem animi, patientiam *prosecuta*] Vulgo *patientia prosecuta.* At vero Gebhardus ex Pall. suis (quibus accedit Gryph. probante Bruto) sententiam corrupit: non enim de *patientia,* sed de vita beata, patientiam reliquasque virtutes prosequente, fit sermo. Nos igitur lectionem reduximus, quam praestant Eliens. sec. Bak. editique veteres. *D.*

patientia prosecuta] „Recte Dav. *patientiam*: ita Cod. Reg. et unus Leid." *Bouh.* Dedi quidem, sententia, ut videtur, flagitante, *patientiam:* nec vero assentiunt Codd. optimi. Neque enim credendum Bouhierio, ita legi in Cod. Reg. Nostra collatio, quacum consentiunt Gud. 1. 2. duo Oxx. Marb. Vind. 1. 2., habet totidem literis *patientia.* At reliqui nobiscum faciunt, itemque Edd. ante Gebh. et post eum, nisi quae fere semper cum eo consentiunt, Verb. Alt. In uno Ox. est *magnitudinemque;* alius habet *persecuta,* et sic Ed. P. (Ven. Alt.) Pergit Gud. 2. cum *tortoribus os.* Vocem *virtutibusque* dictam esse ait Bill. pro *nec virtutibus.* Cod. Gud. 2. habet *profestis* pro *profectis.* Cod. Rehd. omittit *resistet.* Vind. 1. pergit *ante fores;* in duobus Oxx. exciderunt verba *ut ante dixi,* in uno vox *enim. Mr.*

sola relicta, comitatu pulcherrimo segregata?] Vind. 1. *derelicta.*

stet, virtutibusque omnibus sine ullo animi terrore ad cruciatum profectis, resistet extra fores (ut ante dixi) limenque carceris. Quid enim ea foedius, quid deformius, sola relicta, comitatu pulcherrimo segregata? Quod tamen fieri nullo pacto potest. Nec enim virtutes sine beata vita cohaerere possunt, nec illa sine virtutibus. Itaque eam tergiversari non sinent, secumque rapient, ad quemcunque ipsae dolorem cruciatumque ducentur. Sapientis est enim proprium, nihil, quod poenitere possit, facere, nihil invitum: splendi- 81.

In seqq. FAWolfius primus in pr. Ed. dedit *a comitatu*, in Edd. sec. et tert. [*a*] *comitatu*: recepit primae Ed. lectionem Bill., recepit item, sed cum asterisco, Nobbius: nec vero primus fuit W. qui ita legendum coniiceret, sed est iam in marg. Lambb. et Goth. fort. *a comitatu*." Fieri quidem potest, ut *a* absorptum sit ultimâ praecedentis vocis litera: sed fieri etiam potest, ut evitaverit Cicero hiatum et *χακοφωνίαν* consulto; quod si plane necessarium duxisset addere *a*, poterat scribere *et a*. Libri certe ad unum omnes nullum habent praepositionis vestigium. Et potuit etiam ita scribere Cicero per *σύνεσιν*, ut in mente haberet sive *orbata* sive *relicto*, illud autem ei minus convenire videretur, alterum propter antecedens *relicta* minus placeret. Scripsit igitur *segregata comitatu*, ut dici potest *comitatu destituta*. Sic est ad Qu. Fratr. I. 3. 8: *quorum ego consiliis — destitutus in hanc calamitatem incidi*. Cod. Gud. *relicto pulcherrimo comitatu*. Duo postrema verba transposita sunt etiam in Vind. 2. In Gud. 2. alio modo *segregata pulcherrimo*. Proximum *Quod* abest ab Edd. B. S. E. Junt. Asc. 2. Quae omissio, a Codd. MSS. non firmata, ansam dedit Camerario excusandae particulae *tamen*, *ἀναχολούθως* positae, et simul commendandae emendationis *tametsi*. Ab uno Ox. abest integra linea *potest — illa*; unus non habet *vita*; alius omittit verba *cohaerere — virtutibus*; duo habent *ne* pro *nec*. *Mr.*

Itaque eam tergiversari non sinent,] Tres Oxx. Mon. 2. *Ita eam*; duo Oxx. *ita ea*, unus cum Rehd. omittit *eam*, Marb. habet *itaque etiam*. Ed. P. *virtutibus eamque tergiversari*; Mon. 1. et Ox. D. *sinant*, Gud. 2. *sinerent*. Vind. 1. *ipse dolorem*, Gud. *ipsum dolorem*; tum Vind. 1. *ducer etur*, Duisb. *rapientur*, sed supra lin. *duc.*, Cod. Gud. 1. a pr. m. *docentur*, supra lin. *v*. Pergit Duisb. cum Vind. 1. *sapientis enim est*. Mon. 1. *Sapiens est enim*, Marb. *sapientis enim*, omisso *est*, ut Ed. B. In Edd. S. E. legitur *sapientis enim proprium est*. Cod. Gud. pro *nihil* habet *nil*. *Mr.*

cuius poenitere possit] „Ita dedi ex coniectura Lambini. MStus liber cum vulgatis consentiens habet *nihil quod poenitere possit*. Sic lib. 2. Rhetoricorum: *Deinde, utrum id facinus sit, quod poenitere fuerit necesse*." *Frc. Fabr.*

Quod *poenitere possit*] A vulgo Grammaticorum deceptus est Lambinus, cum rescribendum coniicit, *cuius poenitere possit*. Altero enim modo loquuntur boni scriptores. Plautus Sticho Act. I. Sc. I, 50. *Et me quidem haec* conditio *nunc non* poenitet. Noster de Invent. lib. II. cap. 13. *Utrum id facinus sit*, quod poenitere *fuerit necesse*. Vide nos ad Minucii Felicis cap. XXVIII. pag. 141. ubi similis occurrit loquendi ratio. D.

quod poenitere possit,] „V. Clav. in *poenitere*. non erat, quare Lamb. corrigeret *cuius*." *Ern.* Kühnerus *quod*, non Nominativum, sed Accusativum esse, contra Davisium contendit, confertque locutiones, quales sunt *id operam do, id succenseo*. Addit, vetustos Roma-

de, constanter, graviter, honeste omnia: nihil ita exspectare, quasi certo futurum: nihil, quum acciderit, admirari, ut inopinatum ac novum accidisse videatur: omnia ad suum

---

norum scriptores, ut Plautum, Terentium, verba impersonalia passim personaliter posuisse, ut *non te haec pudent?* [Locus est Terent. Adelph. IV. 7. 36.] Eadem est sententia Ramshornii Gr. Lat. §. 113. not. 2. p. 193. Ed. pr. Zumptii Gr. Lat. §. 442. Nominativum habes apud Plautum Stich. I. 1. 50: *et me quidem haec conditio non poenitet:* eundemque casum etiam nostro loco esse contendit Or. ad Wolfii scholas. Conf. Ol. Borrichii Cogitatt. de L. L. aetatib. p. 195 sq. Cod. Gud. 1. *possit* habet nonnisi a secunda manu. *Mr.*

nihil invitum:] Habent tres Oxx. Vind. 2. Gud. Mon. 2. Ed. A. *nihil iniuste:* quod est correctoris, qui *invitum* non intelligeret, et ad antecedentia respiceret: (*nihil, quod poenitere possit.*) In Vind. 1. utraque lectio iuncta est: *nihil iniuste, invitum*; Mon. 1. cum Ox. D. *nihil invite*; duo Oxx. *nihil invitus;* alius pergit *cum splendide.* Ortum est *cum* ex perperam repetita ultima praecedentis vocis syllaba. Duisb. habet *graviter, constanter*; idem mox *nihil exspectare ita;* unus Ox. *nihil itaque, itaque expetere.* Pergit Mon. 1. cum Duisb. *quasi in certo,* unus Ox. *quasi in incerto,* alius *quasi certe,* unus *quasi incerto,* alius *quasi in;* Verb. in marg. ex MS. nescio quo, *quasi ex certo.* De differentia inter *certe* et *certo* vid. loquentem R. Klotz. ad Cic. Cat. maj. p. 78. qui nostro loco ait *certe* stare non posse, quia sententia esset: *ac si non exspectetur solum, verum sit re vera futurum,* quae esset mira oppositio: cum esse debeat: *ac si eventus ab exspectatione discrepare non posset,* idque esse *quasi certo futurum.* In seqq. Cod. Vind. 1. exhibet *mirari* pro *admirari:* quod est vel interpretis vel correctoris. Et mireris sane non plures exhibere *mirari.* Bene ita distinguitur utrumque verbum in nova Forcellini Ed. Germ. p. 66. a: *mirari* ut plurimum dicitur de rebus novis, insolentibus, inexspectatis, nimiis: *admirari* de rebus magnificis et praeclaris, et de hominibus, qui virtutibus et rebus gestis stuporem cum reverentia nobis incutiunt. Quamquam non semper hoc discrimen a veteribus observatum est. Quare Burmann. ad Phaedr. I. 12. 5. et Drakenb. ad Liv. 26, 22, 14. nullum eorum esse discrimen statuerunt. Ad sententiam nemo, opinor, non recordabitur loci Horatiani Ep. I. 6. 1:

Nil admirari prope res est una, Numici,
Solaque, quae possit facere et servare beatum.

Ad quem locum vid. interprr. *Mr.*

ut inopinatum ac novum accidisse videatur] Codd. Mon. 1. et Ox. D. *ut opinatum.* Quinque Oxx. et Duisb. *aut* pro *ac.* Ad seqq. commode conferas Paradox. V. 1. Verbum *referre* deest in uno Ox. In Cod. Rehd. legitur *ad suum arbitrium suis referre iudiciis,* omisso *stare;* in Mon. 1. *suisque stare.* Ad locutionem conf. supr. II. 26. 63: *te — multitudinis iudicio stare nolim.* — In seqq. unus Ox. *mihi certe in mentem mihi venire,* Gud. 2. et Marb. *venire in mentem.* Tum alius Ox. *facilis cognitio est.* Cod. Rehd. *senserunt congruum naturae:* supra lin. *congruere.* Ad sententiam loci convenit de Finn. III. 9. 31: *relinquitur, ut summum bonum sit, vivere scientiam adhibentem earum rerum, quae secundum naturam — sint — id est, convenienter congruenterque naturae vivere.* Conf. Senec. de Vita Beata c. VIII. Est Graecum ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. Vid. Henr. Steph. Ciceron. Lexic. p. 185. Formulae *cumque ea,* et universe praepositionum monosyllabarum, quibus particula *que* vel

arbitrium referre: suis stare iudiciis. Quo quid sit beatius, mihi certe in mentem venire non potest. Stoicorum quidem 82.
facilis conclusio est: qui quum finem bonorum esse senserint, congruere naturae cumque ea convenienter vivere: quum id sit in sapiente situm, non officio solum, verum etiam potestate; sequatur necesse est, ut, cuius in potestate summum b.
bonum, in eiusdem vita beata sit. Ita fit semper vita beata sapientis. Habes, quae fortissime de beata vita dici putem; et, quomodo nunc est, nisi quid tu melius attuleris, etiam verissime.

A. Melius equidem afferre nihil possum; sed a te im- 29

---

additur vel non additur, habes magnam ex Ciceronis libris copiam collectam a Gahblero, viro doctissimo, in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1829. II. 4. p. 393 sq. *Mr.*

In sapientis *situm non officio solum, verum etiam potestate*] Vulgo *in sapiente*, nec aliter Codices. At nos, iis invitis, Lambini coniecturam sumus amplexi, quam postulat oratio. *D.*

in sapiente situm,] „Ingeniosa est Lambini emendatio a Davisio recepta: nec vero satis magna fuit causa spernendae omnium librorum auctoritatis, qui in lectione *sapiente* consentiunt." *Bouh.* „Sic [*sapiente*] libri omnes. Placet tamen, quod recepit Dav. in Ed. 2. *sapientis*, ut pendeat ab *officio* et *potestate*." *Ern.* Receperunt *sapientis* FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Ego vero restitui *sapiente* ex Codd. et cum R. Klotzio, V. C. (in Jahnii, Seeb. et Kl. Annall. Philoll. 1833. 5. p. 62 sq.) locum ita intelligo: Da dies dem Weisen zusteht, nicht nur nach seiner Pflicht, sondern auch nach seiner Macht; so folgt nothwendig — Confert Cic. de Sen. 16, 26, ubi est *neque solum officio — sed et delectatione — et — copia rerum*. Cod. Duisb. omittit *sit* cum quatuor Oxx. Cod. Vind. 1. habet *sit id*. Bern. *cum id sit insit in sapiente situm*. Secunda manus *insit* linea transversa delevit et punctis notavit. *Mr.*

ut, cuius in potestate summum bonum,] Cod. Vind. 1. *cuius sit in*. Verba *sequatur — in potestate* desunt in Cod. Gud. 2. In Duisb. Mon. 1. legitur *summum bonum sit*, posterior omittit sequens *in*, ut Cod. Rehd. In hoc vero legitur *summum bonum est, eius vita beata sit*: in quo agnoscis manum correctoris saepissime Ciceronem corrigentis. Habet *eius* omisso *in* et *dem* etiam unus Ox. Post *beata* excidit *sit* in Vind. 1. *Mr.*

Ita fit semper vita beata sapientis] „Accepit et edidit sic Lambinus a Victorio, et melius omnino est in Pall. primo, tertio, quinto ac Fabr. Vulgo *ita sit — vita beata*." *Gebh.* Quod ait Gebh. vulgo legi *sit* est in Ed. Goth. cuius tria ad manum sunt exempla variis locis variisque annis excusa. Legitur *sit*, operarum errore, etiam in Edd. Verb. Davisiana Rathii et Nobbii minore. Legitur *beata vita* in Codd. Duisb. Marb. et Mon. 2. In seqq. unus Ox. habet *quomodo vere est*. Vind. 1. omittit *tu*. Rehd. habet *attuleris melius*. Mon. 1. et Ox. D. pergunt: *Atti. Etiam verissime. Melius equidem:* quibus accedit alius etiam Ox. In uno Ox. est *et verissime*. *Mr.*

Cap. 29. *Melius* equidem] Sic Reg. Pithoean. Med. et Bak. Vulgo *quidem*. *D.*

Melius equidem] Ita legendum pro vulgato *quidem*, ex Codd. Reg. uno Leid. et Davisianis." *Bouh.* Receperunt *equidem* Ern. et seqq. idque prius receperant Vict. C. Herw. 1. 2. Rob. Steph. Leod.

petrarim libenter, ut, nisi molestum sit, (quoniam te nulla

Habent idem ex nostris Gud. 1. 2. Rehd. Gud. Marb. Pro *nihil* est *non* in duobus Oxx. et Mon. 2; *nil* in Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1. 2. Rob. Steph. *Mr.*

Sed a te impetrare libenter velim,] „Veneti: *sed a te impetrarim libenter.* Hanc volui et ipsam diversam a nostra lectionem annotare, quamvis neutram damnare possim.“ *Camerar.* „Sed *a te impetrari lubenter:* Gryph. et Victor. quae mihi lectio aliquanto, quam vulgata, elegantior videtur.“ *Brut.* Vides eum voluisse *impetrarim*, nam ita est in Vict. Ed. et *impetrari* sibi placere dicere non potuisset. — „Habet etiam noster MS. ut edidit Vict.“ *Frc. Fabr.*

sed a te impetrarim libenter, ut] „Quod longe melius, asserui ex ed. Vict. alio vet. cod. Palatin. quart. Vatican. in Palatin. tert. Fabr. est: *a te impetrarem libenter.* in Gryphiano [sed. v. ann. praeced.] et Palatin. sec. *sed a te impetrari* lubenter. Vulgo: *sed a te impetrare libenter velim, nisi.*“ *Gebh.* „Duo Leidd. cum vett. Edd. *impetrare — velim, nisi*: a qua ego lectione non discesserim.“ *Bouh.* „Locus intricatus: nam oratio non bene cohaeret. Primum delevi cum Davisio *ut*, quia ei in seqq. nihil respondet. Tum MSS. quidam et Edd. vett. habent *impetrare — velim*, quod et secutus est Buherius. Sed ne sic quidem oratio cohaeret. Mihi videntur esse in parenthesi verba ab *impetrarim — — beatissimos*, ut cohaereant haec: *a te id velim audire.* malim etiam *id* deleri, aut alterum ante *dicere.*“ *Ern.*

Nisi molestum sit] Vulgo *ut nisi molestum sit.* Primam vocem, quae manifeste *παρέλκει*, recte praetermittunt Bak. aliique quidam Codices. *D.*

sed a te impetrarim libenter, ut, nisi — — id velim audire,] „Miror, *ἀνακόλουθον* orationis non servatum ab interpretibus, sed alios eorum correctione nihil effecisse, alios, ut ipsum Ernestum, difficultatem auxisse potius quam sustulisse. Equidem nullus dubito, quin ex ipsius Ciceronis errore hic ordo verborum natus sit. Quod nisi ita esset, quibus, quaeso, librariorum somniis *ut* irrepsit? Nec illud quisquam alienum dixerit, interiecta quinque linearum parenthesi, a *nisi molestum sit* usque ad *sapientes esse semper beatissimos*, memoriam antecedentium adeo oblivisci, ut novus sermonis instituatur ordo, isque bene congruus proxime antecedentibus. Ergo *a te* iungendum est cum *impetrarim*, cuius interpretamentum est, quod quidam exhibent, *impetrare velim*: verbum autem illud quod ab *ut* pendeat, excidisse putandum est. Certe, qui haec sine partium studio legerit, puto esse neminem, qui *impetrarim* ab *a te* seiungat.“ *Nissen.*

sed a te impetrarim libenter, ut, nisi molestum sit,] Recte quidem rem explicat Nissenius, dicens *ἀνακόλουθον* esse orationem; sed dupliciter tamen errat: primum, quod verba *nisi molestum sit* parenthesi addi vult, deinde quod excidisse ait verbum, quod ab *ut* pendeat. Non excidit verbum, sed, mutata orationis structura, omissum est, et omitti debuit: *ut* autem in sermone consulto negligentiore servatum. Nolo esse longior in re nunc quidem satis manifesta: laudabo modo A. Matthiae de Anacoluthis ap. Cic. p. 20. [p. 68. in Verm. Schr. Altenbg. 1833. 8.) qui rem optime expedivit; Beier. ad Cic. de Off. III, 26. 97. p. 365. Zumpt. ad Verrin. A. II. L. II. 73. 180. p. 412. Otto ad Cic. de Finn. I. 6. 19. Excurs. p. 395. Gernhard. ad Cic. Cat. maj. III. 7. p. 16. Beier. in Jahnii Annall. 1826. I. 2. p. 432. Iam videamus de lectione. Unus Ox. et Duisb. Ed. P.

vincula impediunt ullius certae disciplinae, libasque ex omnibus, quodcunque te maxime specie veritatis movet,) quod paullo ante Peripateticos veteremque Academiam hortari videbare, ut sine retractatione libere dicere auderent, sapientes esse semper beatissimos: id velim audire, quemadmodum his putes consentaneum esse id dicere. Multa enim a te contra istam sententiam dicta sunt, et Stoicorum ratione conclusa. M. Utamur igitur libertate, qua nobis solis in 83. philosophia licet uti: quorum oratio nihil ipsa iudicat, sed habetur in omnes partes; ut ab aliis possit ipsa per sese, nullius auctoritate adiuncta, iudicari. Et quoniam

---

impetrarem, duo cum Mon. 2. habent glossam *impetrare — velim*, quae occupat Edd. fere omnes, exceptis marg. Crat. Vict. Rob. Steph.; nemo post Gebh. ad illam rediit: sed *ut* omittunt quatuor Oxx. Rehd. Gud. Edd. quae habent *impetrare — velim*, itemque Dav. Ern. Schz. Tbn. Nobb. et hic quidem pravam recepit Ernesti parenthesin, qua nihil minus est Ciceronianum. Cod. Rehd. cum Gud. habet *sit molestum*, prior pergit *et quoniam*, tum posterior *nulla te*. Quod dicit *nulla te vincula impediunt*, ad Academiae libertatem respicit, cuius hoc, quod dicit, proprium erat. *Mr.*

ullius certae disciplinae] „Palatin. secundus, quartus *illius certae disciplinae*." *Gebh.* Pravum illud *illius certae* occupat etiam egregium Cod. Gud. 1. et unum Ox.; in Marb. est *illius certe disciplinae*, in Gud. 2. *illius certe disciplina libet quae ex omnibus*. Rehd. Mon. 1. et Ox. D. *ex hominibus*. Confert ad h. l. Leodeg. a Qu. Lucretii locum [III, 11 sq.]:

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

In uno Ox. est *liberasque* pro *libasque;* in Duisb. *maxime te*, in Rehd. *spem veritatis*, in Gud. *spes veritatis*: orto errore ex compendio *spẽe*. Unus Ox. omittit *ante*. *Mr.*

ut sine retractatione libere dicere auderent] Unus Ox. *rectione*, Mon. 2. *retractione*, et sic etiam ex Gryph. enotavit Brutus. Eam vocem scriptam esse in aliis libris *retrectatione* enotavit is, qui annotationem marg. Lambb. conscripsit. Explicat Camerarius: sine dubitatione et quasi tergiversatione; Beroaldus: sine recusatione. Camerarii explicationem posteriorem adoptavit FAWolf. coll. L. I. 31. 76: *veniet tempus — sive retractabis, sive properabis*. In seqq. Rehd. et Duisb. habent *semper esse*. Scribitur *semper et beatissimos* in Edd. B. S. E. Junt. Quod sequitur *id velim audire — id dicere*, ubi Ern. alterutrum *id* deletum volebat, gratam in ea scriptione negligentiam esse ait FAWolf. in Scholis; veram et genuinam Latinitatem agnoscit Or. *Mr.*

Multa enim — dicta sunt] Cod. Mon. 1. omittit *sunt;* in antecedentibus Gud. 2. non habet *quemadmodum*, et unus Ox. *his* cum Vind. 1. Mon. 2. habet *iis*, Duisb. *hiis*. In seqq. Mon. 1. *inclusa* pro *conclusa*; tum *Mutamur* pro *M. Utamur*. Duo Oxx. *Utamini;* unus cum Vind. 2. *nobis solum;* alius Ox. *antiquorum* pro *uti: quorum*. Duisb. *uti antiquorum*. Vides errorum originem et progressum. Duo Oxx. omittunt *ipsa;* Rehd. *his* pro *aliis*, Mon. 2. eius loco *illis*. Marb. *per se* pro *per sese*. *Mr.*

Nullius auctoritate adiuncta] Cl. Bentleio placet *adiuta*. *D.*

nullius auctoritate adiuncta] „Quod vir celeb. *adiuta* pro *ad-*

petrarim libenter, ut, nisi molest… …tientium philoso- … virtus satis habeat … Carneadem disputare … Stoicos, quos studiosis- … quorum disciplinam inge- … quidem cum pace agemus.

Habent idem ex nostris Gud. … *non* in duobus Oxx. et … nostr. Asc. 1. 2. Junt. … *Sed a te impetrare… rim libenter.* Hanc … notare, quamvis ne… *impetrari libent…* quam vulgata, el… *trarim,* nam ita potuisset. — … *sed a te* … rui ex ed. tert. Fabr … praeced.] *impetr…* Edd. … *Bouh.* dele… qui … Br… … videtur. Sic plane de Divin. II. … *debemus nec fidem commentitiis rebus* … *tolle mihi e causa nomen Catonis;* … *quae in iudiciis* cet. Sic *addere* … semel dixit Quinctilianus [Inst. Or. 8. … Tull. p. 111 sq. [155. Hand.] Duo Oxx. … habet *haec velle;* duo illi *disserentium* … Gebhard. in Crepund. III. 13. p. 137. … coniecit *dissidentium.* Conf. supra ad V. 15.

… „Ita Gryph. Victor.; *de finibus sit* alii.“ *Brut.* … bonorum et malorum, sive quid in bonis et in malis … summum. Legitur *de finibus sit* in Edd. ante Gebh., … 1. 2. Rob. Steph. Leod. Pro *virtus* et *virtutis* … Vind. 1. 2. Gud. est *habeat satis;* unus Ox. omit- … vocem *praesidii. Mr.*

Carneadem] „Videtur legendum *hoc quidem,* et … *autem illud cum pace agemus.*“ *Lamb.* „Sic e vet. … in marg. Laemarianae a. 1596. sed v. a Dav. notata.“ … Noster MStus cum vulgatis consentit; itaque in eo quoque … *sed is, ut contra Stoicos.* Carneades autem libenter in Stoi- … invehebatur, Lib. 2. de Nat. Deor. De eodem Lib. 2. de Finib.: … *possunt eadem,* inquit, *contra Carneadem illud summum bonum* … *quod is non tam, ut probaret, protulit, quam, ut Stoicis, quibus-* … *bellum gerebat, opponeret.*“ *Frc. Fabr.*

Quod quidem Carneaden — nos illud quidem *cum pace agemus*] In hac lectione nihil est, quod me male habeat; nec equidem video, quid Lambinum impulerit, ut rescribendum censeret, *hoc quidem Carneadem disputare solitum accepimus — nos* autem *illud cum pace agemus.* Receptam sane scripturam maximo consensu tuentur Codices, nec mutationem quampiam res ipsa flagitat. Aliter tamen Ursino visum: quapropter reponit, *nos illius,* vel *illorum cum pace agemus.* Quod cum facit, se loci mentem non percepisse declarat: vult enim noster, se placide et absque nimio acturum fervore; cum Carneades violentius et iracundius se gesserit. Cl. autem Bentleius reponit, *nos illud quidem* omnium *pace agemus. D.*

disputare solitum] Unus Ox. *disputari,* alius *solum* pro *solitum.* Pro *sed is,* ut Or. annotavit, est *sed iis* in Col. A. V. et ita in nostris: Ven. et Rob. Steph. Vocem *ut* non habent tres Oxx. Marb. Duisb. Gud. 2: nimirum quia eam non intelligerent librarii, eiecerunt. *Ut* est i. q. *utpote.* Solus Lamb. dedit *sed id ut.* post *Stoicos* Marb. pergit *quod.* Vind. 2. omittit verba *quos stud. semper ref. et contra.* Cod. Mon. 2. habet *refellebat semper,* Mon. 1. *semper referebat.* unus Ox. *semper infellebat*; Gud. 2. *quod — referebat:* sed supra lin. *lle.* Ed. P. habet *ingenio* pro *ingenium.* Gud. omittit *eius,* Gud. 1. habet *exasserat. Mr.*

nos illud quidem] „Vel *illius* vel *illorum* videtur legendum.“ *Ursin.* Lambinum voluisse: *hoc quidem Carneadem — nos autem*

Stoici fines bonorum recte posuerunt, confecta res esse est semper beatum esse sapientem. Sed quae- 84.
amquamque reliquorum sententiam; si fieri potest, raeclarum quasi decretum beatae vitae possit om-
sententiis et disciplinis convenire.

Sunt autem hae de finibus, ut opinor, retentae 30
defensaeque sententiae. Primum simplices quattuor: Ni- p.245 a.

---

illud cum pace agemus, supra vidimus. Bouh. coniecit *nos illud idem cum p. a.* Bentleii *nos illud quidem omnium cum pace agemus* ideo placere non posse, quia mox sequitur *omnium sententiis*, (unde Bentl. istud *omnium* hausit,) monet Or. vultque intelligi verba *cum pace* de pace animi. Habent illud *illius*, quod commendabat Ursinus, quatuor Oxx. Marb. Duisb. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Herw. 1. 2. Post *Stoici* Cod. Gud. 2. habet *finibus bonorum* cum Marb.; unus Ox. *fontem bonorum*. Cod. Reg. *possiverunt* pro *posuerunt*; unus Ox. *posuerint*. Exciderunt verba *necesse est* in Edd. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. Pergit Vind. 2. cum Gud. *beatum semper*; posterior etiam habet *sententiam reliquorum*. *Mr.*

si fieri potest,] Brachylogiam esse ait Wolf. in scholis, ita explicandam: *ut videamus an. fieri possit: id quod tamen non prorsus despero*. Addidit, ait idem, *quasi* ad *decretum*, quia hoc vocabulum proprie ponitur de iis, quae publice decernuntur. Recte. Tenendum vero, Ciceronem, ubi primum eo utitur, Graecam vocem, cui illud accommodatum esse volebat, addidisse: Acad. II. 9: *quoniam id haberent Academici decretum*, (*sentitis enim iam, me hoc δόγμα dicere*,) *nihil posse percipi*. *Δόγματα* Latinis etiam dici *placita* (*τὰ ἀρέσκοντα*), *scita*, notum est. Verba *si fieri potest* exciderunt in Cod. Rehd.; Verb. in marg. ex MS. nescio quo enotavit lectionem *possit etiam omnium*. Rehd. in fine capitis: *omnium sententiis convenire et disciplinis*; ita scilicet numerosior cadit oratio. *Mr.*

c. 30. *Sunt autem hae de finibus — retentae defensaeque sententiae.*] „Palatin. secund. quint. *sunt autem haec de finibus:* et sic semper, ut et in Vatican. puto *haece*, quia Palatin. quint. Fabr. *hec*. sic infra cap. 31. *haec sunt sententiae* ita Palatin. quint. Vatican.“ *Gebh.*

Haec *de finibus — sententiae*] Sic Reg. Pithoean. Med. Pall. sec. quint. ac Vatic. *Ἀρχαϊκῶς*. Vulgo *hae*. *D.*

Sunt autem hae] Verum quidem est, esse in haud paucis Codd. *haec*, (quamquam de Reg. collatio nostra tacet, neque Gud. 1. 2. id habent:) ex nostris in Marb. et uno Ox. Sed fuerit haec antiqua forma, ut est non semel apud Plautum et Terentium (Pl. Aul. III. 5. 59. Ter. Eun. III. 5. 34.): non tamen videtur Ciceroni obtrudenda. In Cod. Duisb. est *hee*, in Edd. S. E. *eae*. Cod. Vind. 1. *hae, ut opinor de finibus retentae*. Ad sententiam laudant Cic. de Finn. II. 11. 34 — 36. V. 6 — 8. Augustin. de Civ. Dei, L. XIX. praesertim c. 1—3. Quod vero dicit Cicero *ut opinor*, id non ita intelligendum est, quasi id opinetur tantum, nec vero sciat: sed h. l. ut saepius, urbane loquitur, ne docentis quasi magistri speciem prae se ferat. — Scribitur *defensae retentaeque sententiae* in Cod. Duisb. in quo saepissime contra omnes libros vocabula traiecta reperies a scriba sibi in corrigendo Cicerone admodum placente. *Mr.*

Primum simplices quatuor:] „Cf. Meiners: Gesch. d. Ethik. T. I. p. 229.“ *Schuch.* In Cod. Rehd. est *simplices quatuor primum*. Pergit Duisb. rursus inversa orationis serie: *nihil bonum, nisi volu-*

hil bonum, nisi honestum, ut Stoici: Nihil bonum, nisi voluptatem, ut Epicurus: Nihil bonum, nisi vacuitatem doloris, ut Hieronymus: Nihil bonum, nisi naturae pri-

---

ptatem, ut Epicurus: nihil bonum, nisi honestum, ut Stoici. Monet Wolf. in scholis, ad *nihil bonum* intelligi debere *esse*: quod certe nemo docendus fuisset, nisi Ern. in seqq. ex Cod. Guelf. (quocum facit unus Ox.) edidisset *voluptas — vacuitas*, quem secutus est Nobb. Ita enim Ernestus: „Nominativum ego verum puto, nam sententiae pronuntur absolute [certe, si lectionem contra libros optimos mutaveris:] et ita convenit melius ultimo *bonis frui*. In primo *nihil bonum, nisi honestum* sine dubio intelligendum *est*. Tum cum Bentleio et Davisio addidi *doloris*, probante Buherio." In Cod. Mon. 1. est *voluptatum*. Pergit Vind. 1. *ut Epychurei*, Gud. 2. *ut ait Epycurus*. Ed. P. *ut Epicuri*. *Mr.*

nisi vacuitatem doloris,] „Victorius Lib. I. Variarr. Lectt. cap. 118. [leg. 18.] testatur a plurimis libris scriptis abesse vocem *doloris*, ut sit praecisa lectio." *Frc. Fabr.* Ita nimirum Victorius: „In Asulana Ed. additum est *doloris*, quod abest a scriptis pluribus libris et ab iis qui superioribus temporibus excusi fuere. Qui enim illi curae praefuerunt, ut suspicor, locum mancum putantes, ita correxerunt, legentes *nisi vacuitatem doloris*. Nec tamen veterem illam lectionem arbitror damnandam, ac non necessaria parte augendam, ut sit ἔλλειψις, frequens figura in consuetudine loquendi: non multo enim quoque post inquit: *cumque ea descendet in taurum*, non addens *Phalaridis*, illum tamen intelligi volens. Est igitur praecise id dictum, quomodo nonnulla usurpari solita ostendit Cicero in III Libro de N. D. his verbis: *ut, si quis dicat Atheniensium rem publicam consilio regi, desit illud: Ariopagi: sic cum dicimus providentia mundum administrari, deesse arbitrator: deorum. Mr.*

nihil bonum, nisi vacuitatem,] „Abest ab omnibus mss. Palatin. Fabr. *doloris*, quod primo adiecit Asulana editio." *Gebh.* In Ed. 1. hanc posuerat annotationem Davisius (non recepta voce *doloris*): *Doloris* nimirum. Lactantius Div. Inst. lib. III. cap. 7: *summum bonum posuit Hieronymus in non dolendo.* Clemens Alex. Strom. II. p. 303: ὅ τε Ἱερώνυμος ὁ Περιπατητικὸς τέλος μὲν εἶναι τὸ ἀοχλήτως ζῆν. Vide et Cic. de Finn. II. 11. ac Tusc. II. 6. Editt. quidem vett. hic plene repraesentant vacuitatem doloris; sed adversantur omnes omnino MSSti, ideoque dubium non videtur, quin illa vox a correctoribus manarit. Vid. P. Victorii Varr. Lectt. I. 18." *Mr.*

nisi vacuitatem doloris] Ultima vox in vulgatis non comparet, nec eam Codices agnoscunt. Nos illam ex editionibus Ascensii, Erasmi, aliisque veteribus cum Cl. Bentleio censuimus addendam. *D.*

nisi vacuitatem, ut Hieronymus] „Laudo Bentleium et Davisium, quod addiderunt *doloris:* idque est etiam in Cod. Reg." *Bouh.*

nisi vacuitatem doloris, ut Hieronymus] Omisso *doloris* non praecise modo loquitur Cicero, ut volebat Victorius, sed mutila plane et decurtata est eius oratio, atque ita hians, ut Ciceronem non agnoscas. Ipse ita loquitur de Finn. II. 5: *si enim idem dicit* [Epicurus], *quod Hieronymus, qui censet summum bonum esse sine ulla molestia vivere: cur mavult dicere voluptatem, quam vacuitatem doloris?* et c. 11: — *ut Aristippo voluptas: Hieronymo, doloris vacuitas: Carneadi, frui principiis naturalibus, esset extremum.* Quod vero ait Bouh. esse *doloris* in Cod. Reg., id falsum est. Tam saepe autem eum virum in auctoritate Codicis Regii interponenda falli videmus, ut, consulto eum nonnunquam a vero recessisse, ad-

mis bonis aut omnibus aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos disserebat. Haec igitur simplicia; illa mixta: tria genera bonorum, maxima animi, secunda corpo- 85.

---

modum sit verisimile. Sed non plane destituitur lectio nostra codicum auctoritate. Est enim in tribus Oxx. Vind. 1. Gud. 1. (certe in collatione nostra nullam omissi illius nominis significationem reperio:) Marb. Abest *doloris* a nulla Ed. quantum scimus, nisi ab Ed. P. In Cod. Gud. 2. scribitur: *nisi voluptatem, ut Hieronymus*, in Rehd. *nisi uti vacuitate*: ubi agnoscis manum correctoris. In Mon. 1. scriptum est *Hieronimus: nil bonum;* unus Ox. omittit *ut. Mr.*

naturae primis bonis]. „M. Varro *primigenia* vocat, quae M. Tullius *prima naturae*, quae Graeci τὰ πρῶτα φύσεως appellant: in his numerant incolumitatem conservationemque omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem ceteraque generis eiusdem. Carneadi frui principiis his naturalibus esse extremum bonorum videbatur. Augustinus, *Inter prima naturae sunt*, inquit, *haec: vel in corpore, ut membrorum integritas, et salus atque incolumitas eius: vel in animo, ut sunt ea, quae parva vel magna in hominum reperiuntur ingeniis.* Quatuor autem sunt, quae homines, sine magistro, sine ullo doctrinae adminiculo, sine virtute naturaliter appetunt: Voluptatem, qua delectabiliter movetur corporis sensus: quietem, qua fit, ut nullam molestiam corporis quisquam patiatur: aut utrumque simul, aut prima naturae. Haec quatuor, id est voluptas, quies, utrumque, prima naturae, ita sunt in nobis, ut vel virtus, quam postea doctrina inserit, propter haec appetenda sit, aut ista propter virtutem, aut utraque propter se ipsa.“ *Beroaldus.*

Nisi naturae primis *bonis*] Janus Gulielmius ex coniectura legebat, *nisi naturae* plurimis *bonis.* Sed a scopo prorsus aberravit vir eruditus. *Prima naturae* sunt sana mens, valetudo prospera, et si qua similia. Noster de fin. lib. II. cap. XI. *Carneadi* frui principiis naturalibus *esset extremum.* Ea paullo ante nominarat *prima naturalia.* Idem lib. V. cap. 7. *Ab his alia, quae* prima secundum naturam *nominant, proficiscuntur: in quibus numerant incolumitatem, conservationemque omnium partium, valetudinem, sensus integros* etc. Agellius N. A. lib. XII. cap. 5. *A veteribus philosophis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν appellata sunt, ut omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab incommodis omnibus abhorreret.* Lucianus *Βίων πράσει* Tom. I. p. 384. *Περὶ τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν καταγενήσομαι· λέγω δὲ πλοῦτον, ὑγείαν, καὶ τὰ τοιαῦτα.* Vide et Senecam Epist. LXVI. *D.*

nisi naturae primis bonis aut omnibus] Acadd. II. 42. 131: *Introducebat etiam Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret Stoicis, summum bonum esse, frui iis rebus, quas primas natura conciliavisset.* Conf. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 6. 22. p. 37. et ad de Finn. IV. 6. 15. p. 439. et ad posteriorem quidem locum Goerenzius nostro loco vocem *bonis* ut glossam deletam vult: quod, ut mihi quidem videtur, merito fieri vetat Handius in Tursellino I. p. 582. Quod vero est in Cod. Duisb. mutato ordine *naturae bonis primus*, id alium quempiam fortasse commoverit, ut illi viro assentiret: nos non item. Verba *aut omnibus* desunt in Ed. A. De significatione repetiti *aut*, quae est i. q. *vel certe*. vid. Gernhard. ad Cic. Lael. 11, 38. p. 86. Unus Ox. pro *disserebat* exhibet *disputabat.* Pergit Gud. *haec igitur sunt simplicia*, Vind. 1. *haec igitur disciplina. Mr.*

tria genera bonorum,] „Cf. supra IV. 29. 62. Aristot. Eth. Nic. I. 8. prc. [ibiq. Zell. p. 41.] Cic. de Finn. II. 11. Seneca Epist. 88. Diog. V. 30. Alciphron. III. 55. cum notis p. 169. Ruhnken. ad Rutil.

ris, externa tertia, ut Peripatetici, nec multo veteres Academici secus: Voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho copulavit: indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adiunxit. Hae sunt sententiae, quae stabilitatis

---

Lup. p. 24." *Schuch.* Cod. Marb. habet *aeterna* pro *externa:* egregia emendatione. Vind. 1. *tertia externa:* qua vocabulorum inversione tollitur χιαστόν. *Mr.*

ut Peripatetici,] „*Ut* putem esse delendum, intelligendumque e seqq. *copulavere.*" *Ern.* Merito neminem obsequentem habuit Ern. In Duisb. scribitur *multo secus veteres Academici;* in Gud. 2. *Academicis extis. Mr.*

voluptatem cum honestate] „Cf. de Finib. V. 8. 21. de Offic. III. 32. 16. *Dinomachus* tamen a Luciano in Philopseud. c. 6. T. III. p. 34. ed. Reisk. diserte vocatur Stoicus." *Schuch.* Pro *Dinomachus* Edd. A. B. S. E. M. L. (quamquam Lambinum dedisse *Dinomachus* scriptum est in marg. Lambb. et Goth.) Ven. nostr. Asc. 1. Brut. Boul. Lambb. Goth. Sylb. Ald. Car. Steph. habent *Clitomachus;* et sic etiam Vind. 1. In Marb. scribitur *Dynomachus,* in Mon. 1. *Denomacus,* in uno Ox. (D.) *Denomachus.* De lectione Frc. Fabr. ita: „*Clitomachus* hic cum *Calliphone* in libris impressis copulatur: quem ego in hac sententia non agnosco: *Dinomachum* vero ex MS. probo. Sic lib. V. de Finib.: *Nam aut voluptas adiungi potest ad honestatem, ut Calliphoni Dinomachoque placuit.* Quod testimonium si cui parum certum videtur, quod illius quoque loci possessionem nonnulli viri docti *Clitomacho, Dinomacho* eiecto, dederint; eorundem tabulis extremo libro tertio de Officiis *Dinomachum* tuebimur. Sic enim illic omnes: *Quo magis reprehendendos Calliphonem et Dinomachum iudico: qui se dirempturos controversiam putaverunt, si cum honestate voluptatem, tanquam cum homine pecudem, copulassent.* Similiter Lactantius lib. 3. cap. 7: *Calliphon, inquit, et Dinomachus Cyrenaici honestatem cum voluptate iunxerunt.* Quid verbis opus, quum Dinomachum cum Calliphone iungendum esse ex lib. 2. Stromatum Clementis sit perspicuum?" *Mr.*

et Callipho] Scripserunt *Calliphon,* sed sine libris, FAWolf. in Edd. 2. et 3. Or. Tbn. Schz. quia Genitivus legitimus huius nominis est *Calliphontis*: quamquam inde non sequitur necessario scribendum esse contra optimorum librorum auctoritatem *Calliphon, Antiphon, Ctesiphon,* ut semper scribitur *Xenophon.* Vid. K. L. Schneider Lat. Formenl. I. p. 146. Beier. ad Cic. de Off. III. 33. p. 413. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 11. 35. p. 175 sq. Scribitur in Ed. Ven. nostr. uno Ox. Marb. Mon. 1. *Calipho,* in Rehd. *Callipo.* Pergunt Mon. 1. et Ox. D. *copulant.* Tum Ed. A. *indolescentiam;* unus Ox. *vero* pro *autem.* Mox Marb. *Dyodorus.* De hoc *Diodoro* Peripatetico, Critolai discipulo, saepius loquitur Cicero, de Or. I. 11. de Finn. V. 5. Acad. II. 24. alibi. Pro eo Ed. A. habet *Eliodorus.* Tum Marb. *Haec sunt sententiae,* ut cap. nostr. prc. Pro *habeant* est *habent* in Cod. Duisb. Idem mox *Aristonis, et Herilli, Pyrrhonis.* Rehd. omittit *Herilli,* Mon. 1. habet *Pirronis, Perilli,* Mon. 2. item *Pirronis,* duo Oxx. *Pironis,* unus *Pirionis,* Reg. Gud. 1. 2. *pyrroni ferilli*; habent etiam *ferilli* duo Oxx., unus *Perilli,* ut Mon. 1. unus *Erilli,* alius *Herili,* unus *Hereli.* Marb. *pirrhoni ferili nonnullorum aliorum.* Ad sententiam cf. Cic. de Finn. II. 11. In fine periodi Cod. Rehd. habet *sententiae evanuerunt,* Vind. 1. *evanuerunt sententiae:* vides glossam diversis locis insertam. *Mr.*

Aristonis, Pyrrhonis, Herilli] Horum sententiis explicandis va-

aliquid habeant: nam Aristonis, Pyrrhonis, Herilli nonnullorumque aliorum evanuerunt. Hi quid possint obtinere, videamus, omissis Stoicis, quorum satis videor defendisse sententiam. Et Peripateticorum quidem explicata causa est: praeter Theophrastum, et si qui illum secuti imbecillius hor-

---

ria Ciceronis loca congessit Aldus nepos ad Offic. lib. I. cap. 2. Nos ex aliis auctoribus nonnulla proferemus. Nemo sane non novit, Pyrrhonem boni malique, veri falsique discrimen sustulisse. Aristonis mentem sic exponit Laertius lib. VII. §. 160. *Ἀρίστων ὁ Χῖος — τέλος ἔφησεν εἶναι τὸ ἀδιαφόρως ἔχοντα ζῆν πρὸς τὰ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας, μηδὲ ἠντινοῦν ἐν αὐτοῖς παραλλαγὴν ἀπολείποντα, ἀλλ' ἐπίσης ἐπὶ πάντων ἔχοντα.* Clemens Alexandrinus Strom. II. pag. 497. *Τί δή σοι Ἀρίστωνα καταλέγοιμι; Τέλος οὗτος· εἶναι τὴν ἀδιαφορίαν ἔφη· τὸ δὲ ἀδιάφορον ἁπλῶς ἀδιάφορον ἀπολείπει.* Haec tamen clarius explicantem fas sit audire Tullium nostrum lib. II. Acad. cap. 42. Aristo, *cum Zenonis fuisset auditor, re probavit ea, quae ille verbis, nihil esse bonum, nisi virtutem, neque malum, nisi quod virtuti esset contrarium: in mediis ea momenta, quae Zeno voluit, nulla esse censuit. Huic summum bonum est, in his rebus neutram in partem moveri, quae ἀδιαφορία ab ipso dicitur. Pyrrho autem ea ne sentire quidem sapientem; quae ἀπαθῆ* nominantur. Sic absurde Gruterus. Lege, *quae ἀπάθεια nominatur*; ut habet Ms. Cantab. simul ac veteres editi. Herilli bonum sic effert idem Clemens verbis sequentibus. *Ἢ τὸ Ἡρίλλου εἰς μέσον παράγοιμι; Τὸ κατ' ἐπιστήμην ζῆν, τέλος εἶναι τιθέντος Ἡρίλλου.* Lactantius Div. Inst. lib. III. cap. 7. *Herilli summum bonum est scientia.* Vide et Epit. cap. XXXIII. pag. 76. Laertium VII, 165. et Ambrosium Offic. lib. II. cap. II. n. 4. *D.*

Hi quid possint obtinere, videamus.] Unus Ox. *He quid*, alius cum Mon. 2. *Ii quid*, Mon. 1. *In quid*, Duisb. *Hii quid possunt.* Mon. 1. *optinere.* Utitur Cicero *obtinendi* verbo ea, quae hic obtinet, sententia, fere semper cum verbo *posse* coniuncto, etiam alibi, veluti in Verr. II. 3. 71. extr. de Finn. II. 22. IV. 28. Imitatur Arnob. IV. 133. extr. *possumus obtinere, falsum esse, quod dicitur.* In Vind. 1. est *omissis igitur Stoicis*; in Gud. 2. *vidiamus.* Cod. Mon. habet *quod satis*; Duisb. omittit *quorum*, pergitque *sententiam satis videor defendisse.* Pergunt Edd. Vict. Rob. Steph. et Herw. 1540: *et Peripateticis, quorum quidem* — quae videtur coniectura tacita Victorii, ceterum a nemine post illas Edd. recepta, neque libris collatis confirmata. Pro *explicata* duo Oxx. habent *satis explicata*; Vind. 1. *explanata:* ex glossa hominis, qui non recte intelligeret sententiam; est enim i. q. non abstrusa, facilis intellectu, expedita. Ita Cic. pro Plancio 2: *facilis et explicata causa.* Epp. ad Att. 9, 7: *literae tuae, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius.* Pergit Cod. Rehd. *adhuc praeter Theophr.*, duo Oxx. Gud. 2. *per Theophr.* ex perperam lecto compendio PTR. Unus Ox. omittit *si*, quod poterat supervacaneum videri alicui, qui urbanitatem et elegantiam usus formulae *si qui* non intelligeret. In duobus Oxx. est *imbecilius.* De Theophrasto Beroaldus: „Fuit hic nobilissimus Peripateticorum, qui in libro de beata vita scripsit, beatum esse non posse, qui crucietur, quique in dolore sit. Dolores enim corporis in malis numerat et fortunae naufragia." Vid. Tusc. V. 8. 24. Acadd. I. 10. 35. *Mr.*

horrent dolorem et reformidant] Cod. Vind. 1. *horrent et reformidant dolorem.* Marb. *et formidant.* Rarius verbo simplici usus

rent dolorem et reformidant, reliquis quidem licet facere id, quod fere faciunt, ut gravitatem dignitatemque virtutis exaggerent. Quam quum ad caelum extulerint, quod facere eloquentes homines copiose solent; reliqua ex collatione facile est conterere atque contemnere. Nec enim licet iis, qui laudem cum dolore petendam esse dicant, negare eos esse beatos, qui illam adepti sunt. Quamquam enim sint in quibusdam malis, tamen hoc nomen beati longe et late patet.

---

est Cicero. Est tamen de Finn. II. 16: *ipse se cruciat omniaque formidat. Mr.*

reliquis quidem licet facere id, quod fere faciunt, ut —] „Auctiores provocabulo *id* sunt omnes Codd. nostri, Vatican. Victoriique editio.“ *Gebh.* — Abest videlicet *id* ab Edd. M. L. Ald. Lambb. Goth. Car. Steph. Boul. Sylb. Brut. nec vero a Codd. MSS. Iunxerunt vero plerique *id quod* praecedente distinctione post *facere:* qualis distinctio suo loco probari potest: nostro loco non item. Dicit enim licere reliquis, secundum scholae cuiusque suae principia, id facere, quod fere faciunt, nimirum ut gravitatem dignitatemque virtutis exaggerent i. e. praedicent, laudent (nec vero: ultra modum debitumque extollant). *Vere* pro *fere* est in Edd. Crat. et Herw. 1. *Mr.*

reliqua ex conlatione facile est conterere] „Duo Palatin. secund. quart. *reliqua ex consolatione.* Nescio quam bene.“ *Gebh.* „*Ex collatione:* puto esse analogiam. Vid. Clav. in h. v.“ *Ern.* „E notionum coniunctione.“ *Neidius,* probante Kühnero. Nissenius explicat: „reliquarum rerum cum virtute facta comparatione, quam sint eae contemnendae, facile patet.“ *Conterere* explicatur in nova Ed. Forcellini *refutare.* Recte, si *refutandi* verbum non intelligas widerlegen, refellere, redarguere, sed, aliquam rem futilem esse ac nullius pretii, demonstrare. Ceterum legitur in Codd. Mon. 1. et Marb. *conterrere. Mr.*

Nec enim licet iis, qui —] Codd. Mon. 1. Rehd. *Neque enim;* unus Ox. non habet *enim.* Pro *iis* est *his* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Mon. 1. Rehd. Gud. Ed. Dav. et ex vett. S. E. quod hoc quidem loco non improbat Kühn. Mihi vero melior sententia videtur, si universe magis enuntiatur, quam si ad certos quosdam sive refertur sive restringitur. Cod. Duisb., in quo, ut fere semper, est *hiis,* in seqq. habet *laudem cum honore:* egregia scilicet librarii emendatione. Duo Oxx. habent *ponendam* pro *petendam. Mr.*

Petendam esse dicant] Sic Reg. Pithoean. et Med. Vulgo *dicunt. D.*

petendam esse dicant] „Vulgo *dicunt.* male: ut post *adepti sunt* pro quo edidimus *adepti sint.* — *Dicant* et Ed. vetus ap. Buherium habet, qui sic et cum Davisio edidit.“ *Ern.* Non ita edidit Bouh. sed probavit *dicant.* Est *dicant* in Codd. Reg. Gud. 1. Vind. 1. Gud. Rehd. Duisb. sex Oxx. Edd. Dav. Ern. Schz. Wolf. Or. Nobb. Tbn. Non improbandum esset *dicunt:* sed nec optimorum librorum auctoritas spernenda: in talibus enim rebus, ubi a cogitatione scribentis pendet, sive indicativum ille, sive coniunctivum velit ponere, libris parendum videtur optimis. — Scribitur *illos esse* in Codd. Duisb. et Vind. 1., *esse eos* in Gud. 2. Pergit Vind. 1. *qui illam.* Quod modo dixi de *dicant* idem dicendum est de scriptione *sint* vel *sunt.* Illud si esset in optimis libris, praeferrem: nunc cum *sunt* habeant Codd. omnes, nolui Ernestum sequi, qui, *sint* scribens, neminem habuit obsequentem. *Mr.*

Nam ut quaestuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur, 31
non si altera semper omni damno, altera omni tempestatis 86.

Quamquam enim sint] „*Quamquam* scribens Cicero cogitavit *quamvis*: post illud enim ponere solet indicativum.“ *Wolf.* in scholis: ad quas Or. ita coniunctivum explicandum videre ait: „*quamquam enim sunt, id quod nos facile videmus, neque possumus negare.*“ Laudat Kühn. similes locos de Legg. III. 8. 18. ibiq. Goerenz. p. 238; de Or. III. 8. 27; de Off. I. 2. 6: ibiq. Gernhard.; Müller. ad Cic. de Or. I. 6. 21. p. 18. Ramshorn. Gr. Lat. §. 191. p. 596. Spalding. ad Quintilian. Inst. Or. prooem. 18. p. 15. Addit, ubi *quamquam* apud Ciceronem ponatur cum coniunctivo, ibi idem valere quod *quamvis*, quod semper poni soleat de re cogitata, *quamquam* vero, cum indicativo, de re quae simpliciter ponitur. Nostro vero loco *quamquam* cum indicativo non potuisse iungi. Mihi videtur his locis, qui ad criticam rationem sunt certi, a Cicerone *quamquam* positum non pro *quamvis* i. e. quantum vis, sed, ut *etiamsi*, de re incerta. Sic de Off. I. 2. 6. (nec vero I. 3. 7.) Vid. nos ad Cic. de Legg. III. 8. p. 413. Ellendt. ad Cic. Brut. 30, 115. p. 86: qui distinguit inter exempla, quibus Coniunctivus post *quamquam* pendet ab oratione obliqua vel a coniunctivo, et ea, quibus *quamquam* est aut eleganter concedentis pro *sane quidem*, aut modeste contradicentis pro *tamen*, laudatque Wyttenbach. Bibl. Crit. P. III. p. 25. qui tamen huc non facit. Add. Orell. ad Cic. pro Planc. 2. p. 14. Beneck. ad Cic. Catil. I. 5. p. 51 sq. Herzog. ad Quinctilian. X. p. 122 — 125. Cens. Lips. (Lpz. A. L. Z.) 1827. 232. p. 1851. Beier. ad Cic. de Off. T. II. p. 3 sq. O. M. Müller. ad Cic. de Or. I. 6. 21. p. 18. Olshausen in Seebod. Kr. Bibl. 1829. 79. p. 316. Nostri loci similis est Epp. ad Famm. XIII. 68: *Quae quamquam ex multis pro tua claritate audiam*, tamen libentissime ex tuis *literis cognoscam*; de Or. III. 7. 27: *quamquam omnibus par paene laus tribuatur*. Ex tribus autem, quos laudat Zumptius Gr. Lat. §. 574, in medio duplex error est: nam et perperam laudatur Famm. IV. 4. cum sit IV. 14: et ipsa structura *quamquam videam* pendet ab oratione obliqua: *me — saluti tuae praesto futurum*. Add. denique Goerenzium in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1826. I. 2. p. 321 — 323. qui recte monet coniunctivum in locutionibus eiusmodi non pendere a particula *quamquam*, sed a contextu, quem dicunt, et tota orationis structura scribentisque cogitatione. — Ceterum nostro quoque loco in marg. Lambb. et Goth. ex vet. cod. enotatum est: *quamquam — sunt*, idque habent Gud. 2. et Gud. In Cod. Vind. 1. scribitur *in quibusdam malis sint*. Nunc vid. etiam Kritz. ad Sall. Jug. 3. 2. p. 16. *Mr.*

tamen hoc nomen beati longe et late patet.] „Palatin. secund. quart. *longe lateque patet*. Vatican. *longe late patet.*“ *Gebh.* Cod. Rehd. omittit *beati*. *Mr.*

Cap. 31. *Nam ut quaestuosa mercatura,*] De mercatura Cicero iudicat de Off. I. 42. Cod. Marb. habet *ut quaestus a mercatura*, quae lectio prodit manum correctoris. Unus Ox. habet *mercatum*. Pergunt quatuor Oxx. Rehd. Gud. Duisb. Marb. *fructuosa ratio*, cuius erroris causa est manifesta, unus Ox. Edd. Asc. 1. 2. *fructuosa oratio*. Cod. Mon. 1. *fructuosa tum dicitur*. Ed. S. habet *fructuosa aratio non dicitur, non si*. — Contra Vind. 1. omittit *non*. Mon. 1. cum Ox. D. omittit *altera*. Alius Ox. pro *si* habet *nisi*. Duo illi omittunt etiam *omni*. *Mr.*

omnis tempestatis calamitate] „Longe melius legitur in MS. *omni* pro *omnis*, et *vacat* pro *vacet*.“ *Ursin.*

calamitate semper vacat, sed si multo maiore ex parte ex-
b. stat in utraque felicitas: sic vita, non solum si undique re-
ferta bonis est, sed si multo maiore et graviore ex parte
87. bona propendent, beata recte dici potest. Sequetur igitur

---

Omni *tempestatis calamitate*] Vulgo *omnis*. At omnino sequendus est Ursini Mstus, quod etiam Cl. Bentleio videbatur. *D.*

omnis tempestatis calamitate semper vacet] „Probabiliter correxerunt *omni* Bentleius et Davisius. Posterior etiam merito praetulit *vacat*, quam correctionem firmant duo Codd. Leid. et Ed. mea vetus." *Bouh.*

omni — vacat] *Omni* dedi cum Dav. Ern. seqq. ex Cod. Urs. et uno Ox. In Cod. Marb. legitur *omnis potestatis calamitate*, cum uno Ox.; alius Ox. habet *omnis pestis calamitate*, Ox. D. et Mon. 1. *et tempestate et calamitate*. Cod. Duisb. omittit *Semper*. Edidi *vacat* cum Edd. P. Dav. Ern. (ex Guelf.) seqq. ex sex Oxx. Vind. 2. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. *Mr.*

Semper vacat] Vulgo *vacet*. Sed alterum volunt Reg. Pithoean. Med. Ursin. et Petrens. Recte quidem: hic enim, ut in ceteris, postulatur indicandi modus. *Dav.*

Sed si multo maiore ex parte exstat] „Sic malui partim cum Lambino, partim cum Victorio et Palat. prim. secund. tert. quart. Vatican. Vulgo *maiori ex parte exstet*." *Gebh.* Est *maiore* in Codd. et in Edd. E. L. Frc. Fabr. Gebh. Dav. seqq.; *exstat* item in Codd., nisi quod Marb. et unus Ox. habent *existat*, itemque in Edd. vett. plerisque, exceptis M. et L. et quae eas sequuntur, Car. Steph. Ald. Boul. Sylb. Leod. Lambb. Goth. HWolf. In Cod. Gud. exciderunt verba *sed si multo* usque ad *bonis est*, aberrante librarii oculo a priore *sed si* ad posterius. Rehd. omittit *ex*, Mon. 1. cum uno Ox. omittit *si*. Cod. Mon. 2. habet *refercta*. Quod sequitur *si* ante *multo* abest ab uno Ox. Cod. Rehd. habet *graviore et maiore*. In antecedentibus Gud. 2. habet *utroque* pro *utraque*; idem non habet verba *non solum*. *Mr.*

bona propendent,] i. e. praeponderant. Sic et est supra c. 17. MS. Guelf. habet *perpenderit*, unde coniicias legendum *propenderint*." *Ern.* Duo Oxx. *propendeant*, Mon. 2. *propenderent:* quod favet Ernesti coniecturae. In Vind. 1. est glossa *praeponderant*, in Gud. 2. *perpendent*. Ed. P. facit cum illis Oxx., Edd. A. B. S. E. Junt. Asc. 1. Ven. nostr. habent *propendunt*. Cod. Duisb. exhibet *recte beata*. *Mr.*

Sequitur igitur horum ratione] „Hic legendum esse *bonorum ratione* et librorum auctoritas et locus ipse evincit." *Schott.* Nod. Cic. II. 20. Ut indicavit [iudicavit?] Schottus, legendum. Habent quoque Palat. pr. quint. Fabr. Pall. sec. tert. quart. *honorum*, tenuissimo discrimine: vulgo *horum*." *Gebh.* „Etiamsi omnes Codd. consentiant in *bonorum*, adeoque Ed. mea vet. et Ald., sine dubio tamen corrigendum *horum ratione*. Hoc cum sit in Edd. Lamb. et Pauli Manutii, mirum accidit, quod, cur a priorum lectione discesserint, omnino tacuerunt." *Bouh. Sequetur* dedi cum Codd. et Edd. optimis plurimisque. Est tamen *sequitur* in tribus Oxx. Vind. 2. Rehd. Mon. 2. Duisb. Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. *Mr.*

Horum *ratione*] Peripateticorum. Vulgo *bonorum ratione*. Sed alteram lectionem ex veteribus editis revocandam esse Cl. Bentleius recte statuit. *D.*

Horum ratione] „Sic correxit Bentleius probatque Buh., etsi omnes, ut ait, libri habeant *bonorum* vel *honorum*. At MS. Guelf. plane habet *horum*, unde factum, velut e compendio, *honorum*, deinde

horum ratione vel ad supplicium beata vita virtutem, cumque ea descendet in taurum, Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone auctoribus, nec eam minis aut blandimentis corrupta deseret. Eadem Calliphontis erit Diodorique sententia: quorum uterque honestatem sic complectitur, ut omnia,

---

bonorum." *Ern.* „*Horum* est ab ingenio Bentleii, cum in libris plurimis *bonorum* sit, aut *honorum*: ineptae sane voces. Verum nec *horum* placet, quod redundat, quia Aristoteles, Xenocrates, Speusippus, Polemo sequuntur. Equidem scripserim *bona cum ratione.*" *Nissen.* Et hoc quidem „nulla cum ratione" commentus est Nissenius. Habent *horum*, quod recte de Peripateticis intelligit Bentl., sex Codd. Oxx. Codd. Gud. 1. (sine dubio Reg.) Rehd. Gud. Duisb. Edd. V. M. L. Rob. Steph. Herw. 1540. Car. Steph. Ald. Boul. Lambb. Goth. Brut. Sylb. idque probant Kühn. Hand. ad Wopk. Lectt. Tull. p. 360. receperuntque inde ab Ern. omnes. In seqq. sola Ed. E. *descendit* pro *descendet*, unus Ox. *defendet*, alius *descendunt*; Mon. 2. *in thaurum*, Rehd. *in tauro*. Marb. et Mon. 1. *Pseusippo*. In seqq. recepit Dav. in Ed. 2. Bentleii emendationem *minis aut blandimentis*: in tertia ad pridem vulgatam rediit. *Mr.*

Minimis blandimentis] Sic omnes Codices. Mihi tamen verisimillima videtur praestantissimi Bentleii coniectura, cui placet *minis aut blandimentis*. *D.*

minis aut blandimentis] „Adeo arrisit Bentleii correctio, adeoque necessaria visa est, ut eam in conversione mea exprimere non dubitaverim." *Bouh.* „Sic edidi ex correctione Bentleii evidente et necessaria, pro vulgato *minimis blandimentis*. Eam et Dav. [Ed. 2.] et Buh. [in conversione Gallica] secuti sunt. In MS. Guelf. est *minimis corrupta blandimentis*: unde colligam fuisse *minis corruptam aut blandimentis*." *Ern.* „Emendavit vulgatam coniectura certissima Bentleius." *Lallem.* „Scil. vita beata (non deseret eam). Ea vero quomodo *minis aut blandimentis* corrumpi potest? Scilicet *vitam beatam* dixit pro *homine beato, qui*, si virtutem sequetur, nec minis aut blandimentis corrumpetur, quamvis minarum contemptu blandimenta exsuscitet aut voluptatibus, quarum blandimenta spernat, carendum sit, *beatus esse poterit*. Sed nolo tacere, in MSS. esse *minimis blandimentis*: nec id ineptum videtur. *Minima blandimenta* voluptatis sunt, perque contemptum dictum." *Nissen.* Non felicius cessit viro docto vulgatae defensio, quam modo librorum optimorum correctio. Ceterum non omnes plane Codd. in vulgata conspirant. Nam egregius noster Gud. 1. habet *minis blandimentis*, Rehd. pro *aut* habet *a*. Ubi habes certe verae lectionis haud contemnenda vestigia. Duo Oxx. habent *corruptam*, cum Mon. 1; unus Ox. *corrumpi*. *Mr.*

Eadem Calliphontis erit Diodorique sententia] „*Calliphonis* alii; Gryph. Victor. Manutius, Aldus *Calliphontis*." *Brut.* Est *Calliphonis* in Edd. L. et Frc. Fabr., *Callphonii* in Cod. Gud., *Calliphuntis* in Cod. Rehd., *Calliphoni* in Vind. 2. *Callifontis* in Mon. 1, *Caliphontis* in Marb. Volebat Goerenzius ad Cic. de Finn. II. 11. 35. p. 175. *Calliphonti*, ex scriptorum, ut ait, vestigiis, ut sit Genitivus Ciceroni in Graecis nominibus solennis. Sed vid. de hoc nomine Schneideri Gr. Lat. T. II. Formenl. I. p. 146. coll. p. 163 — 167 (ubi improbatur illa Genitivi forma) et p. 279. Neque eam scriptionem probavit Kühn. Scribitur *Diodorisque* in Codd. Reg. Gud. 1. 2; *Dyoderisque* in Marb. Pro *sint* est *sunt* in Cod. Rehd. et duobus Oxx. Iidem cum Mon. 1. habent *longe retro*, omisso *et*. *Mr.*

quae sine ea sint, longe et retro ponenda censeat. Reliqui habere se videntur angustius, enatant tamen; Epicurus, Hieronymus, et si qui sunt, qui desertum illum Carneadem curent defendere. Nemo est enim eorum, quin bonorum ani-

---

Reliqui habere se videntur angustius,] „In maiori difficultate esse, quomodo se suamque sententiam defendant. *Enatant tamen,* sed tamen utcunque se ex illa difficultate expediunt.“ *Ern.* Verb. ex Cod. nescio quo enotavit *reliqui enim habere*; Vind. 2. habet *reliqui se habere,* Marb. Mon. 2. Duisb. unus Ox. *reliqui qui habere se,* Gud. 2. *reliqui a qui hab. se.* Volebat fortasse *reliqui autem, qui.* Cf. novam Forcellini Ed. Germ. p. 174. b. *Mr.*

habere se videntur angustius,] Unus Ox. *qui hereremini se,* alius *qui herere se.* Gud. 2. Marb. Mon. I. Ed. P. *angustiis.* Duo Oxx. omittunt *tamen.* In Mon. 1. est *Hieronimus.* Idem omittit *si,* Marb. habet *et hi qui sunt. Mr.*

qui disertum illum Carneadem curent defendere] „Paene recepi in textum lectionem Pall. tert. quart. quint. Fabr. *desertum* constanter et liquide repraesentantium: nec putat Cl. Gruterus noster aliter scripsisse Tullium.“ *Gebh.* „*Desertum* habet Cod. Reg. et aliquot alii, quorum lectio merito praelata est a Bentleio et Davisio.“ *Bouh.*

Desertum *illum Carneaden*] Vulgo *disertum.* Nos, Grutero Bentleioque probantibus, Reg. Pithoean. Med. Pall. tres, aliosque bonae notae Msstos sequimur. *D.*

desertum illum Carneadem] „Vulgo est *disertum.* Et fuit sane disertus. Sed quid id ad causam? MSS. plures bene habent *desertum,* quod cum Bentl. Dav. Bouh. reducere non dubitavi. Vocat autem *desertum,* quia eius sententiam de summo bono nemo Academicorum post eum defendit.“ *Ern.* Post Davisium nemo rediit ad *disertum,* quod praeter Edd. vett. habent etiam quatuor Oxx. Codd. Reg. et Gud. habent *Carnea deum. Mr.*

Nemo est enim, qui eorum *bonorum animum putet esse iudicem*] Haec ita laudat Nonius in *condocefacere,* et ita dant vulgati. Sed illius et Codicum auctoritas non facit, ut mendosa non esse credam, cum rei, quam vult Cicero, plane repugnent: si enim bonorum animum non putant esse iudicem; cur eum, quaeso, ea, quae bona malave videantur, docent contemnere? Id vidit Lambinus, adeoque legit, *quin eorum bonorum.* Cl. autem Bentleius reponit *quin verorum bonorum.* Ego sane totum locum sic restituendum puto, *nemo est enim* eorum, qui *bonorum animum* non *putet esse iudicem.* Particulam negantem suppeditavit Eliens. sec. levem vero illam transpositionem fecimus coniectura freti, ea tamen, quam, nisi fallor, Tullii mens efflagitat. *D.*

Nemo est enim, quin eorum bonorum] „Sic legendum est [cum Lambino], quamquam Nonius quoque, (in verbo *condocefacere*), *qui eorum bonorum,* habet.“ *Frc. Fabr.* Vetus liber *qui eorum bonorum animum,* melius quam quod Lambinus mutat *quin eorum.*“ *Schott.* Nod. Cic. II. 20. *Mr.*

nemo est enim, qui eorum —] „Locus sine dubio corruptus: quem variis modis tentarunt viri critici. Maxime mihi probabilis videtur Davisii coniectura [qui tamen in Ed. 2. non suam, sed Bentleii emendationem recepit: in Ed. 3. neutram:]. Est eadem sententia infra ad Epicurum pertinens, c. 33: *omnia iucunda, quamquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen.*“ *Bouh.* „Hoc esse vitiosum consentiunt viri docti: sed variant in corrigendo. Bentleius: *quin verorum bonorum;* Davisius: *nemo est enim eorum, qui bonorum*

mum putet esse iudicem, eumque condocefaciat, ut ea, quae bona malave videantur, possit contemnere. Nam quae tibi 88.
Epicuri videtur, eadem erit Hieronymi et Carneadis causa,

---

omnium non putet cet. quam maxime probat Buh. et ipse puto esse meliorem. Malim tamen: *quin bonorum animi putet esse.* Mox in *eumque condocefaciat* addiderim *ita*, sic *ut* nihil offensionis habebit.“ *Ern.* „In *eorum* intellige: quae ipsi bona dicunt; in *nemo* intellige *eorum*, quod non ubique additur: v. c. Fin. I. 8. 59: *nemo igitur est non miser*, ubi *eorum* Ernestus sine causa addidit. Tusc. I. 13. 30: *nemo enim* (eorum) *maeret suo incommodo.* Pro *qui* legendum est *quin*, ut Bipp. ediderunt.“ *Nissen.*

Nemo est enim eorum, quin bonorum animum putet esse iudicem] Ita dedi cum Ern. FAWolf. seqq. non quod ita scripsisse Ciceronem certus sim, sed quia et simplicissima est mutatio et vulgata (q. v. in lemmate annot. Dav.) sententiam habet rei non accommodatam. Erravit autem Ern. dicens Davisium voluisse *omnium* pro *animum.* Ceterum variant libri MSS. Lectionem *quin* habent, ut videtur, duo Codd. Oxx. Verba *nemo est enim* usque ad *contemnere* exciderunt in Cod. Gud. In Vind. 2. omittitur *est.* Rehd. exhibet proxime ad veram lectionem *nemo est enim qui non eorum.* Verb. solus ex MS. ut ait, dedit: nemo est enim, qui eorum bonorum animum *non putat iudicem.* Cod. Gud. 2. omittit *putet esse.* *Mr.*

putet esse iudicem eumque condocefaciat,] Merito miram appellat Or. Ernesti coniecturam *eumque ita condocefaciat:* scilicet ne, quod sequitur, *ut* aliquid habeat offensionis. Cod. Vind. 1. habet glossam *eumque doceat*, Duisb. supra lin. *condoceat*, Rehd. *conducem faciat*, unus Ox. *condocem faciat*, duo *condescendere faciat.* Solent librarii haerere et errare in ἅπαξ λεγομένοις, quale hoc verbum est, quod hoc uno Ciceronis loco reperitur, et a posterioribus quoque raro usurpatum est. Paullo saepius legitur vox item Ciceroniana, huic consimilis, *commonefacio.* *Mr.*

Nam quae tibi Epicuri videtur] „Pall. secund. tert. quart. Fabr. Vatic. *nam quod tibi Epicurus videtur.*“ *Gebh.*

Quod *tibi* Epicurus *videtur*] Sic Reg. Pithoean. Pall. tres, Fabric. et Vatic. Vulgo *quae tibi Epicuri videtur.* *D.*

Nam quae tibi Epicuri videtur] „Nescio cur Davisius correxerit *quod — Epicurus.* Verum quidem est ita habere aliquot Codd., in his regium. Sed est hoc vitium manifestum, quod alii complures non habent, neque Edd. vett.“ *Bouh.* Habet Cod. Vind. *quod — Epycurhus videtur dicere.* Cod. Rehd. *quidem tibi Epicurus.* Duisb. *quod tibi Epicurus videatur.* Gud. 1. 2. Mon. 1. Marb. cum Regio et quinque Oxx. *quod — videtur.* Neque tamen a me impetrare potui, ut cum Davisio reciperem eorum librorum lectionem, vetustam quidem, sed manifesto falsam. Neque etiam recipiendum visum est, quod verum videbatur Orellio nostro: *quod tibi Epicuri videtur*, scil. δόγμα. Redii igitur ad veterum Edd. lectionem ex quibus nulla, praeter P., cum Dav. facit. Nobiscum faciunt quatuor Oxx. Mon. 2. Vind. 2. Edd. ad unam fere omnes. Cod. Mon. 1. habet *Hieronimi*, Gud. 2. *heroni*, supra lin. *mi.* Gud. *Carnead'.* Vind. 1. pro *causa* habet *opinio*, Mon. 1. utramque iungit lectionem exhibens *Carneadis opinio causa*, Gud. 2. utrumque omittit, nil nisi *Carneadis* praebens. Sequitur vulgo *et hercle.* Scripsi *et hercule* cum Edd. S. E. HWolf. Dav. Or. Tbn. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. In uno Ox. deest *et* post *causa.* Gud. 2. habet *omnium que.* *Mr.*

et hercule omnium reliquorum. Quis enim parum est contra mortem aut dolorem paratus? Ordiamur ab eo, si placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus. Quid? is tibi mortemne videtur, an dolorem timere? qui eum diem, quo moritur, beatum appellat; maximisque doloribus affectus, eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione con-

---

Quis enim parum est contra mortem aut dolorem paratus?] Ed. P. *quivis* pro *quis*. Mon. 1. omittit *parum*. Vind. 1. habet *est parum*. Pergit unus Ox. *contra aut mortem aut dolorem*, duo Oxx. Duisb. Gud. 2. *contra mortem et dolorem*. Sed Gud. 2. supra lin. *aut*. Ern. in Cod. Guelf. esse ait *an dolorem*, additque: „ut paullo post est:" videlicet: *is tibi mortemne videtur an dolorem timere?* Ex annotatione eius, nimis brevi, facile aliquis suspicetur, eum utramque, aliquantum diversam, structuram eandem esse existimavisse, neque nostro loco *an dolorem* improbasse. Neque ego certe mirarer, si hodie exstaret, qui hasce delicias defenderet, quum tam graves defensores nacta sit lectio falsa, de Rep. I. 12: *quum essent inter se uno an altero spatio collocuti*, quae, ex perperam lecto compendio vocis *aut* orta, ita se insinuavit in quorundam hominum sive capita sive animos, ut ad eam defendendam ne iniuria quidem et calumnia abstinerent. Vid nos ad illum de Rep. locum, et add. Symbolas nostras Criticas ad Cic. Spec. II. cap. XII. et Spec. III. cap. VIII. *Mr.*

Ordiamur ab eo, si placet,] Unus Ox. *ordimur*, Reg. *ordinamur*. Epicurum intelligi nemo non sentit. Pro *voluptarium* in uno Ox. et Duisb. est *voluptuarium*: idem Ox. habet *elicimus* pro *dicimus*. *Mr.*

Quid? is tibi mortemne videtur an dolorem timere?] Cod. Duisb. omittit *mortemne*. Habet Vind. 1. *isne tibi mortem — aut dolorem*. Gud. 2. *videturne videtur an dolorem*. Quae sequuntur, pertinent ad eam Epicuri ad Hermarchum epistolam, quam scripsit extremo vitae die, quamque latine conversam legimus de Finn. II. 30. Legimus eandem Graece apud Diogenem Laërt. X. 22. qui eam ad Idomeneum scriptam fuisse memorat, qua de re vid. interprr. inprimis Menagium p. 454 sq. In Cod. Gud. legitur *qui eam diem, qua moritur*, quod sine dubio debetur correctori. In seqq. duo Oxx. *affectos* pro *affectus*. *Mr.*

eos ipsos — recordatione confutat] „*Compensat* habet manu scriptus pro *confutat*." *Ursinus*. Quod si verum est, addendum fuit, esse hanc emendationem correctoris. Unus Ox. habet *confutatur*. *Mr.*

Eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat] *Compensat* habet Mstus, Ursino teste. Quod si ita se res haberet, dubium non esset, quin Epicuri verbo τῷ ἀντιπαραπάττειν probe responderet: cum ita verterit noster Fin. II, 30. Sed in multis laborat hominis fides, nec alius quisquam librum manu exaratum vidit qui talem dederit lectionem. Eo fit ut verear, ne coniecturae, non Codici, debeatur. Utcunque sit, mihi recepta scriptura facit satis; haud enim opus erat, ut verbum verbo redderet Tullius. *Confutare* est reprimere, sedare, reiicere. Sic Titinius apud Nonium in *confutare*: *Cocus magnum ahenum, quando fervit, paulla* confutat *trua*. Non *commovet*, ut inepte Grammaticus iste. Cato apud Agellium VII, 3. *Ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras secundas res* confutet. Noster supra lib. II. cap. 22. Refutetur *ac reiiciatur Philocteteus ille clamor*. Vide et Cl. Fabricium Tom. III. Cod. Apocr. N. T. pag. 575. Arrianus Epict. lib. IV. cap. 1. *Οὐ γὰρ ἐκπληρώσει*

futat, nec haec sic agit, ut ex tempore quasi effutire videatur. De morte enim ita sentit, ut, dissoluto animante, sen-

---

τῶν ἐπιθυμουμένων ἐλευθερία παρασκευάζηται, ἀλλὰ ΑΝΑΣΚΕΥΗ τῆς ἐπιθυμίας. Locum, quem noster in animo habuit, partim protulimus ad lib. II. cap. 18. partim ad huiusce libri cap. XXVI. *D.*

Eos ipsos — confutat] „Haec est MSS. omnium lectio. Mallemus tamen cum Bentleio *compensat*, quae vox ad Epicuri rationem est accommodatior.“ *Lallemannus.* Verum est, Bentleio quoque placuisse *compensat*: neque, opinor, id cuiquam displicebit. Est autem hoc ipsum verbum loco, quem laudavimus, de Finn. II. 30. et ter quidem eodem capite. Sed iam non id agitur, utrum, si libri ad unum omnes exhiberent *compensat*, corrigendum hoc esset in *confutat*, an servandum; cuiusmodi emendatio ne somnianti quidem in mentem venire posset, neque vel ineptissimus vel confidentissimus corrector eiusmodi medicinam loco sanissimo adhibere facile audeat. Sed alia res est in vocibus minus tritis atque a quotidiano usu abhorrentibus; ad has corrigendas proni sunt atque proclives librarii. Est vero editoris officium disquirere, an ferri non possit, quod per manus traditum est inde ab antiquissimis scripturae fontibus. Nec vero *confutandi* verbum eiusmodi est: nam quod dicunt *confutari* personas, *refutari* res: id ita verum est, ut exceptiones admissae videantur ab optimis scriptoribus, quarum apud Forcellinum reperies exempla. Ern. in Clav. Cic. de nostro loco: *dolores*, ait, *confutare* est resistere dolori eumque supprimere: eleganter profecto. Nam *confutare* propria est aquam ebullientem supprimere, ne exundet.“ *Audaciam confutare* dixit Cicero Partit. 38. Cf. etiam Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 42 sq. *Mr.*

nec haec sic agit, ut ex tempore —] Pro *haec* est *hoc* in sex Oxx. Gud. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. M. L. et nostris omnibus vett. ante Gebh. excepta Rob. Steph. quae Victoriana est. Unus Ox. habet *ait* pro *agit*. Quod h. l. dicit *ex tempore* i. e. tempori accommodate, convenienter, ut tempori inserviat, nec vero ex veritate: id similiter est dictum de Or. II. 60. 246. Quod sequitur *quasi*, omittit Cod. Gud. Sed consulto eam particulam addidit Cicero verbo minime proprio, quod in hac structura sic nude ponere ex sua consuetudine non potuisset, quia dicit *sic agit, ut — videatur*. Sententia enim est: *neque haec sic agit, ut ex tempore ea fingat atque simulet, quae effutita temere alicui videri possint*. In Cod. Vind. 1. vides manum librarii, qui *effutiendi* verbum non intelligeret: est enim ibi *quasi ea futura videantur*. Egregie scilicet. Ceterum vid. usum huius verbi de Div. II, 55. de Nat. D. II. 37. I. 30. „*Effutire*, ait Beroaldus, est inepte et inconsulte loqui. Horatius: *Effutire leves indigna tragoedia versus* [Epist. ad Pison. 231.] M. Varro: *Evax*, inquit, *verbum nihil significat. Sed effutitum naturaliter est*. [Est apud Varr. de L. L. VII. p. 369. ed. Spengel. qui vero edidit *effutitium*.] Nonius *effutire* exponit prodicere cum mendacio, advocatque hoc M. Tullii ex Tusce. testimonium.“ In Cod. Gud. 2. legitur *videa* pro *videatur*. *Mr.*

De morte enim ista sentit] „Sic Pall. quatuor, Vatican. Victor. Vulgo: *ita sentit*. quintus *iste sentit*.“ *Gebh.* Quem laudat in ann. seq. Davisius Epicuri locum, eum latine sic reddit Lactantius Div. Inst. III. 17. *Quando nos sumus, mors non est: quando mors est, nos non sumus. mors ergo nihil ad nos. Mr.*

De morte enim ista *sentit, ut, dissoluto animante*] Forsan *ita sentit*, ut habent editi veteres. Epicurus apud Diogenem Laertium

sum exstinctum putet: quod autem sensu careat, nihil ad nos id iudicet pertinere. Item de dolore certa habet, quae sequatur: cuius magnitudinem brevitate consolatur, longin-

---

X, 125. *Τὸ φρικωδέστατον οὖν τῶν κακῶν ὁ θάνατος, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ἐπειδήπερ ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος οὐ πάρεστιν· ὅταν δὲ ὁ θάνατος παρῇ, τόθ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμέν.* Et. §. 139. *Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ δὲ ἀναισθητοῦν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.* Plura congessit Aeg. Menagius ad eiusdem libri §. 124. *D.*

De morte enim ista sentit] „Lege *ita sentit* cum Davisio, cum quo facit unus Leid.“ *Bouh.* „Haec loquendi forma plus habet simplicitatis, quam elegantiae: si elegantiam appellamus eam, quam hodie sectantur critici, et non morositatem potius nimis delicatam. Hanc iuxta fuisset hoc modo loquendum: *mortem quod attinet, dissoluto animante sensum exstinctum putat.* Sed ne in hoc loco quippiam committas, en praeter alia, quae mihi praesto sunt, paucula ista huic similia: de N. D. II. 23: *tum autem res ipsa — sic appellatur, ut ea ipsa res appelletur deus;* III. 14: *tale quiddam esse animum, ut sit ex igne;* — de Or. II. 38: *omne quod eloquimur, eloquimur sic, ut esse dicamus id, aut non esse.* Tusc. V. 33: *totumque hoc — sic praecipit, ut voluptatem ipsam — expetendam putet.*“ *Wopkens.* Lectt. Tull. p. 112. [156. Hand.] Ad quae Handius: „His similior redditur locus, si ex aliis libris restituimus: *de morte enim ita sentit, ut —.*“ „*Ita* bene pro vulgato *ista* Davisius: estque in MS. Leid.“ *Ern.* Legitur *ita* in Edd. M. L. Ald. Car. Steph. Boul. Leod. Sylb. Lambb. Goth. Brut. Dav. Ern. seqq. Codices vero *ita* habent paucissimi, Gud. Vind. 1. 2. Neque vero, etiamsi Cod. Reg. et optimi quique exhibeant *isti*, ad hanc lectionem redeundum fuit. Pro *sentit* Mon. 1. et Ox. D. habent *sensit*; in alio Ox. desunt verba *ut dissoluto animante.* Ed. A. habet *dissoluta.* Mox Cod. Vind. 1. *ad nos nihil*, unus Ox. *ad mos adiudicat*, alius *ad nos iudicet*, Mon. 1. *ad nos id iudicat*, Marb. *ad nos id videlicet.* Pergit idem, *Idem dolore*, omisso *de*, quod abest etiam a Rehd. Gud. 1. 2; eius loco Duisb. Mon. 1. et tres Oxx. habent *in.* Rehd. *dolorem certo — sequantur*, Duisb. *hnbet certa*, Mon. 1. cum Ox. D. *certum habet qua sequatur. Mr.*

Cuius *magnitudinem brevitate*] Sic Cl. Bentleius reposuit. Vulgo *quorum.* Noster de Fin. lib. II. cap. 7. *Iam doloris medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant, si gravis, brevis; si longus, levis.* Vide Diogenem Laertium X, 140. aliosque plurimos. *D.*

cuius magnitudinem] „Recte correxerunt Bentl. et Dav. *cuius* pro vulgato *quorum.* Scribebatur antiquitus *quoius*: unde error ortus, qui vel vetustissimis libris insidet.“ *Bouh.* „Pro *quorum* esse debebat *cuius*, ut vidit Bentl. Sed cum ea anomalia in his libris non raro occurrat, v. c. III. 15. 32; [sed ibi *essent* merito, ut nobis videtur, correximus in *esset*, ut ad *malum* referatur:] non ausim scribere *dolorum* [pro *quorum*], quod mentem subiit.“ *Nissen.* „*Cuius* habent, si fides collatoribus, duo Oxx. [tres]: de Bentleii coniectura Dav. et FAWolf. *Quorum* Reg. Bern. cum plerisque, si non omnibus, Edd. omnes praeter D. W., etiam Schz. Tolerari omnino hoc *σολοικίζον ἀνακόλουθον* non potest, sed aut *cuius* recipiendum, aut deleto pronomine scribendum: *quae sequatur: magnitudinem.* Scite Bouh. observat *quorum* oriri potuisse e scriptura *quoius*; nisi potius e falsa accommodatione ad proxime praecedentia.“ *Orell.* Est hic locus in iis, quibus necessario a libris discedendum fuit: qua in re illud tantum mireris, ferre potuisse ineptum illud *quorum* tot editores, nuperrime etiam Nobbium. Or. cum Oliveto recepit *cuius*: in

quitatem levitate. Quî tandem isti grandiloqui contra haec duo, quae maxime angunt, melius se habent, quam Epicurus? 89.

Ed. Tbn. recepta est Orellii coniectura, deletum *quorum*, neque quidquam eius loco receptum. Quam medicinam quin ego quoque reciperem, non multum abfui. *Mr.*

magnitudinem brevitate consolatur, longinquitatem levitate] Malim, quod in membranis Longobardicis legitur *lenitate*, ut lenis dolor minimeque gravis diuturno, ut brevis magno, obiiciatur. Horat.

sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem —

et noster lib. IV. harum Quaestionum, alia tamen notione, pro indulgentia atque clementia: *quam lenitatem nos dicimus, Stoici vitiose lenitudinis nomine appellant.* Quia tamen lib. II. de Finib. *levis dolor*, nisi nos fallunt editi libri, *longo* opponitur, *ἐπέχω*, manumque abstineo [vid. locum in ann. Dav. Et recte se ipse correxit Schottus.]" *Schott.* Nod. Cic. II. 20. „Itidem ex Victorii erui *lenitate*, et ex Vatican. Pal. quinto: indicavitque hoc quoque ex membr. Longob. Schottus, quamquam eum deprehendas (ut *casco* verbo utar) *natinare* libro II. cap. 20. Nod. Vulgo *levitate*." *Gebh.* [Pro *casco* in Edd. Gron. Londin. Verb. in annot. Gebhardi scriptum est *casso*, in Verb. peius etiam et plane ridicule *latinare* pro *natinare* i. e. fluctuare.] „Potius cum Lamb. et Manut. *levitate:* sic enim Cicero solet loqui. De Finib. I. 12: *dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis solet esse.* Ibid. II. 7: *si gravis brevis, si longus levis:* et alibi saepissime." *Pearcius.* „*Levitate* cum Man. et Lamb. duo Codd. e regiis, quod recte Pearcius praefert vulgato *lenitate*." *Lallemannus.*

longinquitatem levitate] „Edidi *levitate* pro *lenitate*, ut coniecere viri docti, nominatim Pearcius, et habet MS. Guelf. Alludit ad illa de dolore consectaria: *si longus levis, si gravis brevis*." *Ern.* Laudat Or. de Finn. II. [29.] 94: *Si gravis dolor, brevis. — si longus, levis.* Add. de Finn. I. 12. 41: *Statue — aliquem confectum — doloribus — nulla spe proposita, fore levius aliquando.* Habent *levitate*, quod mihi quoque praeferendum visum est, Codd. tres Oxx. Gud. I. 2. Vind. 2. (hic in marg.) Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. vett. ante Gebh. (exceptis V. et Rob. Steph.) tum inde a Lall. omnes. *Mr.*

Quî *tandem isti grandiloqui*] Vulgo *quid tandem? isti grandiloqui.* Sed multo concinnior est ea lectio, quam suppeditarunt Reg. Pithoean. Balliol. et Bak. quamque sequendam duximus. *D.*

Quî tandem] Ita Codd. Reg. duo Ox. unus Leid. (teste Bouh.) Vind. 1. Marb. Gud. 1. 2. Rehd. (a pr. m.) Gud. Duisb. Edd. Dav. Or. Tbn. Reliqui *quid tandem?* „Sic, ait Or., non necesse est, contra Codd. omnes et Ciceronem ipsum supra §. 87. (*reliqui habere si videntur angustius*) delere *se* ante seq. voc. *habent*." — Ad v. *isti grandiloqui* Beroaldus, Quales, ait, Peripatetici et Stoici, qui grandia loquuntur et gravia. In Oratore [c. 5.] *grandiloquos* appellat oratores, qui ampla sententiarum gravitate et maiestate verborum fuerunt vehementes, varii, copiosi, graves, ad permovendos et convertendos animos instructi et parati." Utrumque Ciceronis locum laudat Nonius Marcellus v. *grandiloqui.* Legit autem nostro loco *quid. Mr.*

quae maxime angunt,] „Vatican. *quae haec maxime angunt.* Pall. secund. quart. *quae maxime agunt*." *Gebh.* Unus Ox. *anguntur*, Gud. *agunt*, Rehd. *abeunt*, supra lin. *agunt. Mr.*

melius habent] „Vulgo *melius se habent.* Delevi *se. Melius habent* coniungitur cum *contra haec duo.* Sed ab initio coniuncte legenda sunt haec: *Quid tandem isti grandiloqui contra haec duo* —

An ad cetera, quae mala putantur, non et Epicurus et reli-
p. 246. a. qui philosophi satis parati videntur? Quis non paupertatem extimescit? neque tamen quisquam philosophorum.

32 Hic vero ipse quam parvo est contentus! Nemo de

---

melius habent: cui in sequentibus respondet hoc: *an ad cetera — satis parati.*" *Ern.* „Vulgati *Quid tandem? — melius se habent*, quod sanum mihi videtur. *Melius se habere* bene respondet sequentibus *paratum esse.*" *Nissen.* Orellii sententiam vid. supra: is ad Wolfii scholas laudat §. 87: *reliqui habere se videntur angustius;* Ernesto obsecuti sunt FAWolf. Schz. Nobb. In Ed. Tbn. est *Qui tandem — melius habent*, ut hic editor voluisse videatur *melius habent* positum esse pro *melius se habent;* neque necessarium est exemplis allatis demonstrare, saepissime poni *habere* pro *se habere.* Sed *se habent* est in Codd. et plurimis et optimis: quod cur aspernemur nulla plane est causa idonea. Abest *se* a Codd. Gud. et Vind. 2. et, si fabula vera est, a compluribus Oxx. Unus Ox. cum Lall. *meliusne se habent:* non male, ait Or., si retineas *quid.* Sed id ipsum non est retinendum. Post *putantur* Cod. Duisb. *nonne et Epicurus*, unus Ox. *nonne Epicurus*, Mon. 2. et unus Ox. *non Epicurus.* Pergit Duisb. *et ceteri philosophi. Mr.*

satis parati videntur?] „Post hasce voces Petrens. exhibet *ut quotidianis sumptibus copiae suppetant.* At illa verba nescio quo librariorum delirio hanc obtinent stationem, quum sola ea, quam paullo post [c. 32.] in vulgatis habent, iis debeatur, Isto tamen adsumento foedatur Ed. Frobeniana, quae etiam repraesentat: *ex his grandiloquis quis non paupertatem extimescit?* Vereor ne primae tres voculae virum summum, Des. Erasmum, parentem agnoscant; iis enim carent MSSti, nec eas postulat sententia." *Dav.* Ed. 1. Cod. Mon. 1. habet *parati putantur?* Additamentum quod Ed. Frobenianae dicit Dav. est etiam in Edd. S. E. et duobus Codd. Oxx. qui postea omittunt verba *neque tamen quisquam philosophorum.* Illa, quae ex Cod. Petr. laudat Dav. verba *ut — suppetant* habet etiam marg. MS. Asc. nostrae 2. In Cod. Gud. 2. est *ut quis non* — habet igitur initium vocabulorum male intrusorum in Petr. *Mr.*

Neque tamen quisquam philosophorum] Lambinus reponit, *neque tamen* non *quisquam philosophorum.* Coniectura non arridet, cum rei, de qua agitur, non conveniat, ut quisquam philosophorum paupertatem timeat: nunc enim probat Cicero, virtutem, iuxta omnes disciplinas, ad vitam beatam satis habere praesidii. *D.*

Neque tamen non quisquam philosophorum.] „In aliis libris, in quibus *non* additum non est, paupertatis metus ab omnibus philosophis removetur, qui hac lectione in non nemine relinquitur." *Frc. Fabr.* Nimirum haec est coniectura Lambini, nulla plane librorum MSS. auctoritate firmata: quam merito miram dicit Or. In Ed. HWolfii eadem coniectura in parenthesi addita est. Sententia est: Homines quidem ceteri timent paupertatem: philosophi, cuiuscunque sint scholae, eam non timent. Cod. Mon. 2. habet *non tamen*, Cod. Gud. *neque enim. Mr.*

c. 32. *Hic vero ipse quam parvo est contentus!*] Mireris sane, non Ernestum modo, sed Wolfium etiam ac Schützium iuterrogandi signum h. l. posuisse cum Edd. vett., Gebhardo etiam, Davisio et Altero. *Hic — ipse* est Epicurus. Pro *quam* est *qui* in Codd. Mon. 1. et Ox. D., *quia* in alio Ox. Verbum *est* omittunt Codd. Gud. et Vind. 2; in uno Ox. abest vox *victu;* tres habent *dicit* pro *dixit;* duo

plura dixit. Etenim quae res pecuniae cupidi-
't, ut amori, ut ambitioni, ut quotidianis sum-
uppetant; quum procul ab his omnibus rebus
iam magno opere desideret, vel potius, cur
An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo 90.

Post *amori* Mon. 1. cum Ox. D. et Ed. P. Mon. 1. abest etiam tertium *ut*; pro *copiae* Marb. Mon. 1. Duisb. Pergit Mon. 1. *su-*

hus rebus absit,] Edidi *his* ex Codd. et, sine dubio, etiam Reg., cum Edd. nvis improbante Kühnero: non quo *iis* , sed quia ad *his* commode intelligi potest, uod vero abest *rebus* a Codd. Gud. 2. et uno Ox., tribuendum est, qui non concoquerent repetitionem su, cum supra praecesserit *Etenim quae res — afferunt,* am haec ipsa structura vere est Ciceroniana. Solent enim, nodie latine scribunt, ut vere monet Wolfius in scholis, talia ita rre, ut dicant: *quum procul absit Epicurus ab iis omnibus rebus, ie pecuniae cupiditatem afferunt,* cet. Pergunt Mon. 1. et Ox. D. *n pecuniam — desiderat.* In Cod. Rehd. post *absit* legitur: *cur uniam pro nihilo ducere:* quae in aliis libris interponuntur, in hoc terciderunt. *Mr.*

Potius, cur *curet omnino*] Sic Reg. Eliens. Petrens. et Med. ulgo *potius curet omnino. D.*

vel potius, cur curet omnino?] „Firmatur Davisii emendatio tiam uno Cod. Leid. et mea Ed. vet." *Bouh.* Cum Davisio faciunt Codd. Reg. (sine dubio, quamvis taceat collatio nostra) Gud. 1. 2. Marb. Bern. Mon. 2. Vind. 2. Gud. Rehd. Duisb. duo Oxx. Edd. P. AWolf. Schz. Or. Tbn. *Mr.*

An Scythes —] Legitur hic locus in Jo. Valensis Compendilo- quio p. 213. b. sq. ita: „*An Scytha Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam habere: nostrates philosophi facere non potuerunt? Cu- jus epistola fertur his verbis: Anacharsis Hannoni salutem. Circum- tectum est Syricum tegimen: calciamentum solorum callum: cubile terra: pulmentum fames: lacte, caseo, carne vescor. Quare! ut ad quie- tem meque venias: munera autem ista, quibus delectatus es, vel ci- bibus tuis, vel diis mortalibus dona. Omnes enim fere philosophi omnium disciplinarum, non quos a recta ratione natura vitiosa detor- queret, eodem hoc animo esse potuerunt. Haec ibi. Et exemplificat de Socrate et Xenocrate.*" Agnoscis in verbis ultimis infimae Latinitatis scriptorem. Idem ib. p. 187. b. haec excerpsit: „*Omnes, inquit, philosophi omnium disciplinarum, nisi quos* a recta *ratione natura vitiosa detorqueret, eodem hoc animo fuerunt, sive esse potuerunt. Socrates, inquit, cum magna sibi vis auri et argenti ferretur, quam multa, inquit, non desidero!* De structura loci, ab *an* incipiente, in argumentatione a minore ad maius, vid. Handii Tursellinum I. p. 349 sq. Frotscher. ad Quintil. X. 2. p 117. R. Klotz. in Jahnii, Seeb. et Kl. Annall. Philoll. 1832. I. 1. p. 82. Scribitur *Scithes* in Cod. Mon. 2, *Chites* in Gud. 2. *cythes anacahrsis* in Gud. 1. — Anachar- sis Solonis tempore anno ante nostram aeram 592. in Graeciam ve- nisse fertur. De eo vid. Diog. Laërt. I. sect. 101 — 105. ibique interprr. De verborum ordine insolito *Scythes Anacharsis* v. Krit. ad Sall. Jug. 19. p. 125 sq. *Mr.*

pecuniam ducere; nostrates philosophi facere non poterunt? Illius epistola fertur his verbis: *Anacharsis Hannoni salu-*

---

nostrates philosophi facere non potuerunt?] „Iacet verbum *facere*, et plane otiosum hic est. Lege sine eo: multo erit elegantius.“ *P. Manut.* „Sic legendum est: *facere non poterunt?* inquam, et ita habent omnes fere libri vett., quos vidi: itaque edi iusseram. Non nego tamen, deleto verbo *facere*, lectionem, quam mavult Manutius, ferri non posse. Hoc dico, alteram esse et antiquiorem et meliorem.“ *Lambinus.* „*facere non poterunt*: Ita fere omnes Lambini libri et Pall. pr. quint. Vatican. alias *potuerunt*. At Manutio non ausculto, emoventi verbum *facere*, tanquam otiosum, contra euntibus omnibus libris MSS. tam Pall. quam Lambinianis, denique Gulielmianis, praesertim cum nihil dedecoris aut dehonestamenti (ut idem ille autumat) patiatur nitor Ciceronianus.“ *Gebh.* Probabat omissum *facere* Frc. Fabr. *Mr.*

Facere non potuerunt] Ita Reg. Pithoean. Med. Vulgo *poterunt*. Vox autem prima Manucio Bentleioque Glossematis est merito suspecta. *D.*

facere non potuerunt] „Verbum *facere* vix ego cum viris doctis pro glossa habuerim, quod reclamare videntur talia loca: de Divin. I. 39: *cur Cassandra furens futura prospiciat, Priamus sapiens hoc idem facere nequeat?* Acad. II. 33: *Quod si is facere potest de his rebus, cur id sapiens de reliquis rebus facere non possit?*“ *Wopkens.* L. T. p. 2. „Quamquam *facere* est in Codd. omnibus, mihi tamen cum aliis viris criticis suspectum est. Sequitur etiam Dav. eos libros, qui habent *potuerunt*, in quibus sunt Cod. Reg. et Ed. mea vetus.“ *Bouh.* „*Facere* mihi semper suspectum fuit, credoque delendum esse. Alibi non addit Cicero: nec ego addiderim. Tum pro *poterunt* MSS. quidam, etiam Guelf., *potuerunt*, ut et paullo post est *hoc animo esse potuerunt.*“ *Ern.* Uncinis inclusit Dav. verbum *facere:* liberavit Ern. quamquam abesse malebat; merito restituerunt sequentes, cum *facere* saepe alius verbi vices sustineat, ut recte monuerunt Kühn. ad h. l. Orell. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 41. p. 228. Hand. ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 2. ibiq. laudd. Add. Klein. in Praef. ad Lambini Tull. Emendd. p. XXX. — Abest *facere* ab uno Ox. qui nullius plane est auctoritatis. Et iam dudum Victorius verbum hoc optime defendit Varr. Lectt. IX. 17. p. 220. *Mr.*

facere non poterunt] Pro *non* est *num* in uno Ox. Scripsi autem *poterunt* contra optimos libros: videtur enim *potuerunt* antiqua correctorum corruptio, qui perfecto *potuit* sequens futurum accommodare vellent. Quod vero Hand. ad Wopk. l. c. p. 2. ait, in hac formula aut futurum poni, aut praesens. quare *potuerunt* esse reprobandum: id ita verum est, si de re vel praesente vel quae fieri solet vel potest, loquitur scriptor. De re autem, quae vel praeterita est, vel esse desiit (non ultra est), perfectum commode ponitur. Recte igitur, ut hoc utar, dicas: „An Stoici, virtutem solum et unum bonum existimantes, virtutem prae ceteris omnibus colere *potuerunt*: Academici, praeter eam alia quoque bona esse existimantes, virtutem his ipsis anteferre non *potuerunt?* Ceterum habent *poterunt* quatuor Oxx. Vind. 1. Rehd. Gud. Marb. Mon. 1. 2. Edd. P. L. Gebh. Lall. Ern. seqq. excepto Schützio. *Mr.*

Illius epistola fertur his verbis] Vid. Ruhnken. ad Xenoph. M. S. I. 3. 5. p. 296. ed. Schneid. et Valckenaer. ad eund. locum. p. 317. ed. Schneid. Aliam epistolam, quam Anacharsis ad Croesum scripsisse fertur, habes apud Diog. Laërt. I. Segm. 105. Genuinas hasce esse

tem. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calciamentum, so-

epistolas hodie nemo facile crediderit. De nostrae epistolae veritate Cicero manifesto non dubitavit. — Scribitur *epistula* in Codd. Gud. 1. et uno Ox., de qua scriptione vide novam Ed. Forcellini Germ. p. 177. c. T. II. ibiq. laudd. Pro *his* est *hiis*, ut fere semper, in Cod. Duisb., *iis* in Mon. 2. Vocem *verbis* non habet Ed. S. De Hannone vid. Schirlitz. in Seebod. Krit. Bibl. 1828. 68. p. 540. Pro *Hannoni* est *Ammoni* in uno Ox., *Hamoni* in Vind. 1., *anachoni* in Gud. 2, *arimoni* in Rehd. „Fuerunt complures Carthaginienses huius nominis, quos recenset Fabricius Bibl. Gr. I. 6. 9. Est hic sine dubio primus omnium, de quibus nos quidem audivimus: nec vero eius alibi, quam in hac epistola, fit mentio.“ *Bouh.* Schirlitzius l. c. existimat, eum qui hic laudatur, Hannonem esse eundem de quo loquitur Dio Chrysost. Orat. XXV. p. 282. Lutet. 1604: *Νουμᾶν μὲν Ῥωμαῖοι τυχὸν ἂν λέγοιεν αὐτῶν δαίμονα, Καρχηδόνιοι Ἄννωνα καὶ Ἀννίβαν . . . . . Καρχηδονίους δὲ Ἄννων μὲν ἀντὶ Τυρίων ἐποίησε Λίβυας.* *Mr.*

Anacharsis Hannoni] Graece sic legitur inter Epistolas Genevae editas p. 349. *Ἀνάχαρσις Ἄννωνι. Ἐμοὶ μὲν περίβλημα χλαῖνα Σκυθική· ὑπόδημα δέρμα ποδῶν· κοίτη δὲ πᾶσα γῆ· δεῖπνον καὶ ἄριστον γάλα καὶ τυρὸς καὶ κρέας ὀπτόν· πιεῖν ὕδωρ. Ὡς οὖν ἀγοντός μου σχολήν, ὧν οἱ πλεῖστοι ἕνεκεν ἀσχολοῦνται, παραγένου πρός με, εἴ τινά μου χρείαν ἔχεις· δῶρα δέ, οἷς ἐντρυφᾶτε, ἀντιδωροῦμαί σοι· ὑμεῖς δ' ὅσοι Καρχηδονίων, εἰς χάριν σὴν ἀνέθεσθε θεοῖς.* Ultima verba, si modo sana sunt, versioni Tullianae non conveniunt, qua de re vide Petr. Victorium Var. Lect. XV, 19. Fortasse reponi possit *ὑμεῖς δὲ ΤΟΓΣ Καρχηδονίοις ΧΑΡΙΖΕΣΘΕ, Ἢ ἀνάθεσθε Θεοῖς.* A Cicerone *πιεῖν ὕδωρ* non transferuntur; contra nihil est in Graecis, quo *pulpamentum, fames* denotentur. Ad ineuntem hanc Epistolam respicit Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 364. *Οὗτος, (Ἀνάχαρσις)* inquit, *ἦν ὁ παρ' Ἕλλησι θαυμασθείς, ὁ φήσας, Ἐμοὶ περίβλημα χλαῖνα· δεῖπνον γάλα, τυρός.* *D.*

Mihi amictui est Scythicum tegmen] „Dudum haec ita emendaverat edideratque Victorius, quem nemo ex posterioribus (considerate, sultis, hominum pertinacem invidiam et invidam pertinaciam) in egregia hac re est imitatus. Sed sic Pall. quatuor (quint. *mihi amictum est Scithicum tegmen*) Fabr. Vatican. Sic Plaut. *linteum extersui.* Mostell. ubi plura J. Mellerus Palmerius. Vulgo *amictus est:* putide.“ *Gebh.* Locus Plauti est Curcul. IV. 4. 22. *Amictus* habet unus Ox. et Vind. 1. Edd. M. L. Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Goth. Lambb. Sylb. *Mr.*

Scythicum tegmen] Sic Reg. Pithoean. et Med. Vulgo *tegmen.* Erat ex pellibus confectum. Iustinus de Scythis lib, II. cap. 2. *Lanae iis usus ac vestium ignotus — pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur.* Vide et Senecam Epist. 90. *D.*

Scythicum tegmen] „De Scythis Justinus Hist. II. 2. [vid. locum in ann. Dav.] Quod usitatum nunc quoque Tartaris, qui ad Orientem incolunt. Hesychius: *Σακυνδάκη, ἔνδυμα Σκυθικόν.*“ *Bouh.* Scribitur *siticum* in Cod. Mon. 1. *sithicum* in Rehd. *sciticum* in Mon. 2. *sericum* in uno Ox. *scyticum regimen* in Marb. Scripsi autem *tegimen* cum Dav. Or. Tbn. ex Codd. Reg. Duisb. Mon. 1. eoque ducit etiam Codicis Marb. *regimen.* Habent eandem, quam nos exhibemus, scriptionem sine dubio plures Codd. Sed solent esse librorum MSS. collatores (sit venia voci Augustinianae) in his rebus negligentiores. Scripsi etiam *calciamentum* cum Edd. exceptis HWolf. et S. et Codd.,

lorum callum; cubile, terra; pulpamentum, fames; lacte, caseo, carne vescor. Quare ut ad quietum me licet venias. Munera autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis, vel diis

---

quod sciam, omnibus. Pro *solorum* Dav. in Ed. 1. ex Cod. Norvic. enotavit *solearum*, ex Petrens. *thalorum*. Habet etiam *solearum* Cod. Vind. I. et sola, ut videtur, Ed. Alt. Cod. Marb. *sollorum*. Praeter hunc locum apud Cic. hoc vocabulum, plantam pedis significans, non legitur. Habent priores, veluti Lucret. I. 925. et paucissimi posteriores. Cod. Marb. pro *cubile* habet *cubicule*. *Mr.*

Solorum *callum*] *Solum* pedis denotat plantam. Varro R. R. lib. I. cap. XLVII. Solum *enim hominis, exitium herbae, et semitae fundamentum*. Lucretius lib. I, 925.

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo.

Eadem repetit IV, 1. Lactantius de mort. Pers. cap. XXI. *Donec* callum solorum *contractum igni ab ossibus revelleretur*. Vide etiam Prudentium Perist. VII, 65. Cathem. III, 129. ac Isidorum Orig. lib. XI. cap. 1. *D.*

Pulpamentum fames.] „Lambinus ex coniectura *pulmentum*, quod in solo Palat. secundo reperi.“ *Gebh.*

Pulpamentum, *fames*] D. Lambinus reponendum coniecit *pulmentum*: ac ita quidem Pal. sec. et Petrens. nec aliter edidit Erasmus. Cum tamen et *pulpamentum* vox sit proba, quam plures, iique optimi, Mssti praestant, cur vulgatam lectionem moveamus, haud equidem video. Adi I. F. Gronovium ad Iustini lib. III. cap. III, 7. De re ipsa legendus Horatius Serm. lib. II. Eclog. 2. *D.*

Pulmentum fames] „Ita regius optimus et plures alii Codd. et sic dedit Lambinus, pro vulgato *pulpamentum*.“ *Lallemannus.*

Pulpamentum fames] Quemnam Lall. optimum dicat regium, nescio. Erravit certe, vere optimo tribuens *pulmentum*, qui habet *palpamentum* cum Gud. 1. et uno Ox.; *pulmamentum* est in Mon. I. *pulmentum* in tribus Oxx. Lamb. Frc. Fabr. A. B. S. E. Ven. nostr. HWolf. Lall. In reliquis omnibus est *pulpamentum*. Alibi Cicero hoc vocabulum non habet. Undenam vero noverit, Orellium *pulmentum* longe praeferendum censere, vir doctus, qui ad h. v. in Forcellini Lex. Ed. Germ, annotationem conscripsit, nescio. *Mr.*

Lacte, caseo, carne vescor.] „Herodotus de Anacharsis popularibus IV. 46: *Ζώοντές τε μὴ ἀπ' ἄρτου, ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων*. Sic enim legendum ex Codd. MSS. *non pane victitantes, sed ex pecoribus.*“ *Bouh.* Non ita est in optimis Herodoti Edd., sed *ἀπ' ἀρότου*. vid. annot. Valckenaerii T. V. 2. p. 213. ed. Schwgh. cf. Ed. Baehrii nostri T. II. p. 375. In Cod. Duisb. est *carne, caseo, lacte*. Gud. 2. omittit *carne*, unus Ox. habet *carnes*. In Ed. Manut. 1555. apud Or. et nostra Aldina 1552. est *quare ut ad quietum me licet. munera autem* — omisso verbo *venias*, quod videtur defuisse in Codd. Manutii, qui lacunam in margine asterisco notavit. Ex nostris omnibus nullus hic lacunam habet. Vocem *ut* cum Rehd. unus omittit Ox., duo alii vocem *me*. Gud. 1. voculam *ad* supra lin. habet additam. In uno Cod. Ox. est *Mirari autem*, in alia *autem ipsa*. *Mr.*

munera autem ista, quibus deliciaris] „Vel sic legendum, *quibus delicatus es*: vel, *quibus deliciatus es*. Sic enim Graece scriptum est: *δῶρα δὲ, οἷς ἐντρυφᾶτε*, id est, munera autem, quibus deliciamini, seu deliciati estis. et paullo ante legendum *pulmentum fames*, non *pulpamentum*. Horat. Sat. II. Lib. II. *tu pulmentaria quaere. Sudando*, et Epist. II. ad Loll. Lib. I. *Cenes ut pariter pulmenta la-*

immortalibus dona. Omnes fere philosophi omnium disciplinarum, nisi quos a recta ratione natura vitiosa detorsisset, eodem hoc animo esse potuerunt. Socrates, in pompa quum magna vis auri argentique ferretur, *Quam multa non desidero!* inquit. Xenocrates, quum legati ab 91.

---

boribus emta." *Lamb.* Loci Horatiani sunt Sat. II, 2, 20. et Ep. I, 18, 48. Ad Lambinianum *deliciaris* laudat Kleinius Gesneri Thes. L. L. II. p. 67. lin. 72; ad locum Horatii Ep. I, 18. 48. annott. Fr. E. Theod. Schmidii Part. I. p. 392. *Mr.*

quibus es delectatus] „Sic omnes Edd. et libri MSS. In vet. cod. alio *quibus delicatus es*, quod probat Lambin. vel *quibus deliciaris*, vel *quibus deliciatus es*, quia Graece scriptum *ἐντρυφᾶτε.*" *Gebh.*

Quibus es delectatus] Lambino placet *delicatus* vel *deliciatus*, ut in Graecis *οἷς ΕΝΤΡΥΦΑΤΕ.* Et in Petrensi quidem nostro *delicatus* legitur. *D.*

quibus es delectatus] „In literis, puto, ad Anacharsin datis Hanno munera promiserat, quae secum allaturus esset, cum ad ipsum venisset. Sed *delectatus* non satis placet, nec Lambino placebat. Malim *quibus de locutus es.*" *Nissen.* Hoc vero est hariolari. In Cod. Marb. legitur *es delicatus*, in Gud. *delectatus es*, in Gud. 2: *munera ista autem es delicatus aut.* Codd. Mon. 1. et Rehd. *vel cibis tuis.* Cod. Gud. 2. exhibet *diis mortalibus.* Pro *detorsisset* in seqq. Cod. Vind. 1. habet *detraxisset*, quod est vel interpretis vel correctoris. Habes hunc usum etiam de Off. II. 10: *voluptates, blandissimae dominae, maiores partes animi a virtute detorquent.* Verba *eodem hoc animo* desunt in Cod. Gud. 2; Marb. habet *eodem hoc anno*, ex perperam lecto compendio (*aīo*). Ceterum omnes Edd. vett. habent inverso ordine *hoc eodem*: primus Gebh. tacite edidit *eodem hoc*: et sic est in Codd. *Mr.*

Socrates in pompa] Paulo aliter Laertius II, 25. *Πολλάκις δ' ἀφορῶν (Σωκράτης) εἰς τὰ πλήθη τῶν πιπρασκομένων, ἔλεγε πρὸς αὑτόν, Πόσων ἐγὼ χρείαν οὐκ ἔχω.* At cum nostro facit Philo Iudaeus in libro, *quod Deus sit immutabilis*, p. 245. ed. Genev. licet Socratem nomine non appellet. *Τῶν παλαιῶν*, inquit, *τινὰ λόγος ἔχει θεασάμενον ἐσταλμένην πολυτελῆ πομπήν, πρός τινας τῶν γνωρίμων ἀποβόντα εἰπεῖν· ὦ ἑταῖροι, ἴδετε ὅσων χρείαν οὐκ ἔχω.* Ad hoc Socratis effatum respexit Porphyrius, cum dixit, *πολὺ γὰρ τὸ ἡδὺ ἐν τῷ κατανοεῖν, ὅσων αὐτὸς χρείαν οὐκ ἔχει.* Vide lib. I. de Abst. §. 54. *D.*

Socrates, in pompa quum] „Vel *in foro*, (ita enim refert Laërtius) ubi rerum venalium erat multitudo." *Gothofr.* Est in uno Cod. Ox. *Socrates et in pompa*; in Gud. 2. *magna vi*, in Gud. *auri et argenti*, in uno Ox. *argentique perferretur.* Pro *quam* est *tam* in Cod. Duisb. In Mon. 1. utrumque iungitur: *Quam tam multa. Mr.*

quum legati ab Alexandro quinquaginta ei] Legitur in Cod. Duisb. *cum legati ei ab Alexandro quinquaginta talenta.* Nimirum, ut iungamus *ei ab Alexandro attulissent* sc. missa. Non concoquebat librarius locutionem *legati ab Alexandro*, ut est de Off. I. 13: *a Pyrrho perfuga senatui est pollicitus:* ad quem locum laudat Kühn. Ochsnerum ad Cic. Eclogg. p. 139: qui locus est in Ed. 3. p. 170 sq. qui ad de Off. III. 22. (*perfuga a Pyrrho venit in castra Fabricii*) docet non iungenda esse verba *a Pyrrho venit*, laudato Valckenaerio Annott. Critt. in N. T. p. 353. — Pro *ei* Cod. Vind. 1. habet *illi. Mr.*

Quinquaginta *ei talenta*] Talentorum numerum non ponunt Valerius Maximus lib. V. cap. III, 3. ext. et Diogenes Laertius lib. IV.

Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quae erat pecunia temporibus illis, Athenis praesertim, maxima, abduxit legatos ad coenam in Academiam, iis apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Quum postridie rogarent eum, cui numerari iuberet: *Quid? vos hesterna*, inquit, *coenula non intellexistis, me pecunia non egere*? Quos quum tristio-

---

§. 8. At, quod observavit Aeg. Menagius, *triginta* fuisse talenta dicunt Hesychius Milesius et Suidas, cum Plutarchus vit. Alex. p. 668. et de fort. Alex. p. 331. *quinquaginta*, sicut et Cicero, memorat. Addatur Themistius, qui in eundem censum venit Orat. II. p. 26. et Orat. XXI. p. 252. Stobaeus Serm. V. pag. 74. *Ξενοκράτης, χρημάτων αὐτῷ κομισθέντων ἀπὸ Ἀλεξάνδρου, ἐστιάσας τοὺς κομίζοντας τὸν αὐτοῦ τρόπον, ἀπαγγείλατε, ἔφη, Ἀλεξάνδρῳ, ἔστ' ἂν οὕτω ζῶ, οὐ δέομαι τα-λάντων ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ· τοσαῦτα γὰρ ἦν τὰ πεμφθέντα.* In Hesychiano libro *Λ τάλαντα* pro N dedit vel ipse scriptor vel Librarius; et is in Suidam manavit error. *D.*

Athenis praesertim, maxima,] Unus Ox. omittit *praesertim*, Vind. 2. omittit *maxima*, Mon. 1. habet *Athenis maxima praesertim*, tum, post lacunam, sequitur *adduxit*. *Mr.*

Adduxit legatos ad coenam] „*Abduxit* est in MS." *Frc. Fabr.* „Quid. vet. Cod. *abduxit*. Non placet." *Goth.* et marg. Lambb. *Mr.*

Abduxit legatos ad coenam] „Displiceat sane haec aliis lectio. mihi genuina omnibus modis videtur, addicentibus et adducentibus eam Pall. tert. quart. quint. alio vet. Cod. Fabr. Vatic. Et quis neget *abducere ad coenam* esse Latinum? abduxit ergo recusantes. Donat. ad Adelph. Terent. *Ducimus volentes, sed abducimus invitos.* Vulgo *adduxit;* aut aliunde ex hospitio abduxit secum [voluit sine dubio: *adduxit secum* Gebhardus] quod est abducere. Terent. Eun. Act. 3. Sc. 1. *Tum me convivam solum abducebat sibi.*" *Gebh.* Edd. ante Gebh. omnes *adduxit*, et sic sex Oxx. Vind. 1. Mon. 1. Reliqui Codd. MSS. et Edd. post Gebh. exhibent *abduxit*. In Gud. 2. post *maxima* inseruntur verba, quae supra exciderant, *eodem hoc animo.* In seqq. *his* pro *iis* est in Codd. Reg. (sine dubio) Gud. 1. 2. Rehd. Marb. Mon. 1., *hiis*, ut fere semper, in Duisb. Est etiam *his* in Edd. S. E. HWolf. De structura *tantum, quod* — vid. nos ad Cic. de Legg. II. 3. 6. p. 169. Pro *nullo* Cod. Vind. 1. et unus Ox. habent glossam *sine ullo*, Vind. 2. a 1. m. *in illo:* sed in marg. *aliter: nullo.* Mox unus Ox. *post triduum* pro *postridie*, alius *munerari* pro *numerari*, alius *iuberent*; Gud. 2. *numerari deberet iuberet*, ubi prava glossa ad vocem genuinam irrepsit. Pergit Mon. 1. *quid nos heterna.* Gud. omittit *vos*, Rehd. *vos inquit hesterna* cum Vind. 1. Tum unus Ox. *coenacula*, alius cum Mon. 1. *coenuncula.* Hoc quidem vocabulo nemo usus est: nostro utitur Cicero etiam ad Famm. IX. 24. 2. Duo Oxx. omittunt *me*, tres habent *indigere* pro *egere*. *Mr.*

quod cum tristiores vidisset] „Praetuli hanc lectionem ut probissimam ex Palatin. secund. nec procul deerrat quart. *quid* exhibens. prim. *quum.* Vulgo *quos.* Quid autem hic *quod* agat, norint humaniores." *Gebh.* „Est *quos* in Codd. nostris omnibus itemque Edd. et ita esse legendum recte monuit Dav." *Bouh.*

Quos *cum tristiores*] Vulgo *quod.* Id perperam Gebhardus, ut solet, invexit. Nos igitur lectionem, quam praestant Eliens. sec. Med. Balliol. et Petrens. reducendam curavimus. *D.*

quos quum tristiores] „Dav. dedit *quos* e MSS. idem reperit in libris scr. Buherius, sic et MS. Guelf. Itaque recepi et ipse, etsi

res vidisset, XXX minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. At vero Diogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret, si quid opus esset, *Nunc quidem paullulum*, inquit, *a sole*. Offecerat videlicet apricanti. 92. b.

---

vulgatum *quod* explicari potest. potest esse: quam ad rem, quae ob dicta. Vid. Clav. in *Quod*." *Ern.* „Alii *quod*. Neutrum male. Mihi etiam placet *e quo* vel *quo*." *Nissen.* Vides, in quas hariolationes (liceat Attii verbo uti) incidant viri critici, libris vel destituti vel male utentes. Habet ex nostris *quod* solus Gud. 1. ceteroquin optimus, regiique simillimus. In' Cod. Duisb. legitur *minas* XXX; in uno Ox. et Vind. 2. XXX *mnas*, graeca forma: sed posterior habet in marg. *al. minas*. Habet Graecam formam *mna* Plinius aliquot Hist. Nat. locis. In seqq. unus Ox. omittit *liberius*. Ad structuram *ut Cynicus* commode confert Kühn. locum I, 8. 15: *ut Siculi*, ubi vid. annot. nostr. In Mon. 1. scribitur *Cinicus*. Vind. 1. habet *roganti Alexandro;* pergit Mon. 1. *diceret ut*. *Mr.*

si quid sibi opus esset,] „Pall. prim. tert. quint. Fab. ignorant *sibi*, secund. vero, quart. *ei*. Vatican. *si quis opus esset*, pro *quibus*. quod mihi omnium maxime allubuit, ut etiam admiserim." *Gebh.* „Pro *quis* lege *quid*. Ita Codd. nostri et Edd. vett., quas sequitur Dav." *Bouh.*

Si quid opus esset] Vulgo *si queis*, quod durum. Alii, *si quid sibi*, nonnulli *si quid ei, opus esset*. Utraque vocula manavit a Librariis, pronomen, quod deesse censebant, infercientibus. Nos igitur Pall. pr. tert. quint. Fabric. Reg. Pithoean. Med. Balliol. et Petrens. sequimur. *D.*

si quid opus esset] „Sic MS. Guelf. et alii, item Edd. vett. Vulgo est *quis*." *Ern.* Est *si quid sibi opus esset* in Edd. ante Gebh. (excepta P.) Gebhardum nemo secutus est, nisi qui fere in omnibus ei se addixerunt, J. Gronov. Alt. et Verb. *Si quid ei opus* habet unus Ox. cum marg. Crat. Cum Davisio faciunt Codd. nostri omnes, neque aliter exhibent Edd. post Ern. *Mr.*

Nunc quidem paullulum, inquit, a sole absis.] „Veneti, eleganter deficiente oratione, *absis* non habent." *Camerar.* „MS. habet *ab sole abscede*, quae varietas utrumque verbum e glossemate fluxisse ostendit. Legendum igitur cum Victorio: *Nunc quidem paullulum, inquit, a sole. Offecerat videlicet apricanti.* Apud Plutarchum in Alexandro plene legitur: *μικρὸν, εἶπεν ἀπὸ τοῦ ἡλίου μετάστηθι.* Retulerat idem Varro Marcipore, ut indicant verba illa apud Nonium: *Diogenes κυνικὸς, qui ab Alexandro rege iussus optare, quid vellet se facturum*." *Frc. Fabr.* Locus Plutarchi in Alexandro est c. 14. Varronis Fragmm. p. 119. ed. Scal. (Amst. 1623.) *Mr.*

Nunc quidem paullulum, inquit, a sole.] „Ita Victorius et Lambin. ediderunt, et ita est quoque in Pall. prim. tert. quart. quint. Vatican. Nam Fabr. *a sole abscede*: vulgo: *a sole absis*, unde non absurde Gulielmius: *a sole abi sis*, quia apud Plutarchum in Alexandro *μικρὸν ἀπὸ τοῦ ἡλίου μετάστηθι*." *Gebh.*

Nunc quidem paullulum, inquit, a sole] Quidam codices adiiciunt *abscede*, nonnulli vero *absis*; unde Janus Gulielmius coniecit, *a sole abi sis*. Sed operam lusit vir eruditus, cum vox illa sit a librariis inserta, nec in Reg. Pithoean. Med. aliisque plurimis Msstis compareat. Ad historiam quod attinet, sic Plutarchus *περὶ φυγῆς* pag. 205. *Ἄδοξός ἐστι Διογένης ὃν ἰδὼν Ἀλέξανδρος ἐν ἡλίῳ καθήμενον, ἐπιστὰς ἠρώτησεν, εἴ τινος δεῖται· τοῦ δὲ μηδὲν ἀλλ' ἢ σμικρὸν ἀποσκοτίσαι κελεύσαντος, ἐκπλαγεὶς τὸ φρόνημα* etc. Dion Chrysostomus Orat. IV.

Et hic quidem disputare solebat, quanto regem Persarum vita fortunaque superaret: sibi nihil deesse; illi nihil satis umquam fore: se eius voluptates non desiderare, quibus

---

pag. 61. *Καὶ ὃς (Διογένης) ἀνέβλεψε πρὸς αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) γοργὸν ὡς οἱ λέοντες, καὶ ἐκέλευσεν ἀποστῆναι σμικρόν· ἐτύγχανε γὰρ ἀλεαινόμενος πρὸς τὸν Ἥλιον.* Vide et Nonnum ad Gregorii Nazianzeni Stelit. I. Hist. 26. Haec addantur iis quae laudat Aeg. Menagius ad Laertii VI, 38. *D.*

paullulum, inquit, a sole.] „Addit *absis* unus Leid. itemque Ald. et ed. mea vet. cum multis aliis. Quidquid dicat Davisius, ego cum eo viro critico facio, qui coniecit *a sole abi sis.*“ *Bouh.* Habent illud *absis*, manifestam glossam, Edd. ante Gebh. omnes (exceptis V. et Rob. Steph.) itemque quatuor Oxx. et Mon. 2; *ab sole abcede* habet Mon. 1; *ab sole abscede* Cod. Duisb.; *abcede a sole* Ox. D. quod item manifesto redolet glossatoris manum: quare nec illinc, ceteroquin haud absurda, coniectura *abi sis* facienda fuit. Quod vero ait Gebh., Lambinum omisisse *absis*, id verum non est: sed in marg. Lambb. et Goth. dicitur, verbum *absis* abesse ab omnibus codd. vet. neque id agnoscere Lambinum. Plenus glossarum h. l. est Vind. 1. qui exhibet: *Nunc quidem paululum a sole, inquit, te auferas: nam interiectu eius offecerat videlicet apricanti.* Gud. 1. et Mon. 1. habent *paulum*, Rehd. *paululum a sole inquit. Mr.*

offecerat videlicet apricanti.] Vind. 2. cum Gud. 2. omittit *videlicet.* Mon. 1. habet *appricanti*, inde in duobus Oxx. factum est *applicanti*; unus Ox. ridicule *vas olei offecerat — applicanti.* Verbum *officiendi* ita habes usurpatum a Cicerone de N. D. II. 19: *umbra terrae soli officiens noctem efficit:* ubi vid. annot. nostr. In Cod. Rehd. est *solebat disputare*, Duisb. *dictitare solebat:* supra lin. *disputare.* Verbum *disputandi* cum sequatur, quid disputaverit, videlicet: *quanto regem Persarum — superaret*, poni hoc loco pro *disputando exponere*, manifestum est. Similis est locus Epp. ad Famm. III. 8. post prc. *te non arbitrabar genere isto legationum delectari: idque me arbitror pro tribunali multis verbis disputavisse.* Plane geminus esset, si scriberetur: *ego me pro tribunali multis verbis arbitror disputasse, non te delectari isto legationum genere.* — *Vita fortunaque*, monet Wolf. in scholis esse id quod *vitae fortuna*, ergo ἓν διὰ δυοῖν. Pro *superaret* est *superavit* in Cod. Vind. 2. *Mr.*

Disputare solebat, quanto Regem Persarum etc.] Basilius Hom. XXIV. p. 583. *Ἐγὼ δὲ καὶ Διογένους ἄγαμαι τὴν πάντων ὁμοῦ τῶν ἀνθρώπων ὑπεροψίαν· ὃς γε καὶ βασιλέως τοῦ μεγάλου ἑαυτὸν ἀπέφηνε πλουσιώτερον τῷ ἐλαττόνων ἢ ἐκεῖνος κατὰ τὸν βίον προσδεῖσθαι.* Vide et Dionem Chrysostomum Orat. VI. p. 93. seqq. *D.*

Disputare solebat,] Laudat nostrum locum Jo. Valensis in Compendiloquio III. 2. 5. p. 183. a. Ibi vero legitur: „*hic (Diogenes) disputare solebat, quanto regem Persarum vita fortunaque superaret: sibi nihil deesse: illi vero satis nunquam fore: se illius voluptates non desiderare, quibus satiari nunquam posset: suas autem consequi illum nullo modo posse.*“ — In Cod. Gud. 2. est *nil deesse*, in Rehd. et Marb. *nihil illi*, in Duisb. *illi satis nihil*; in Vind. 1. *unquam satis;* in tribus Oxx. *sed* pro *se*, in Rehd. *se huius modi eius voluptates;* tum in Duisb. *quibus satiari ille nunquam posset.* Mon. 1. cum Ox. D. omittit *ille*, Vind. 1. habet *ille satiari.* Gud. 2. *possit. Mr.*

numquam satiari ille posset; suas eum consequi nullo modo posse.

Vides, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit: 33
non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen: partim esse 93.
naturales et necessarias: partim naturales et non necessarias: partim neutrum: necessarias satiari posse paene nihilo: divitias enim naturae esse parabiles; secundum autem genus cupiditatum nec ad potiendum difficile esse censet, nec vero ad carendum; tertias, quod essent plane inanes, neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent,

---

suas eum consequi nullo modo posse.] Tacite edidisse Lambinum et Ernestum *suas enim consequi*, refert Or. idque habere tres Oxx. Habet illud *enim* etiam Ed. Alt. Solus Schützius utramque omisit vocem, exhibens, item tacite: *suas consequi nullo modo posse*: nescio an invitus. *Mr.*

c. 33. *Vides, credo, ut Epicurus — diviserit:*] Verb. in marg. nescio ex quo MS.: *alias crebro ut.* Explicat locum Nissenius: „Credo te intelligere non satis subtiliter cupiditates ab Epicuro divisas esse.“ Ad seqq. cf., praeter Diog. Laërt. a Dav. in ann. seq. laudatum, Cic. de Finn. I. 13. 45. II. 9. 26. Pro *non nimis* legitur in uno Ox. et Cod. Marb. *non minus.* Verba *partim naturales et non necessarias* desunt in Cod. Gud. 2. et duobus Oxx. In duobus aliis desunt quinque vocabula antecedentia *partim — et necessarias.* In Cod. Rehd. transpositum est non, scriptumque *partim esse nat. et non nec., part. nat. et necessarias.* Pro *neutrum* MS. in marg. Verb. et unus Ox. habet *neutras.* Pro *divitias* in alio Ox. est *divitiae.* Scripsi autem *esse parabiles* cum Orellio, quia ita scribitur in Codd. Reg. Gud. 1. Rehd. Gud. Ed. P. Vulgo *parabiles esse.* Nobiscum facit etiam Ed. Tbn. Gud. 2. omittit *genus. Mr.*

Partim esse naturalis] Operam nostram supervacaneam fecit Aeg. Menagii diligentia ad Laërtii Lib. X. §. 149. Vide et §. 127. *D.*

nec ad potiendum difficile esse censet] „Inserunt *esse*, quod vulgo suo loco abest, Victorii ed. Pall. secund. quart. quint.“ *Gebh.* Omittunt *esse* quatuor Codd. Oxx. Mon. 2. Edd. P. M. L. Ald. Boul. Brut. Lambb. Goth. Car. Steph. Leod. Sylb. In uno Ox. est *esset*, omisso *censet*, Vind. 1. exhibet *esse difficile.* Pro *tertias* est *tertium* in uno Ox.; Cod. Mon. 1. habet *quia* pro *quod. Mr.*

neque necessitatem modo] „Videtur legendum *neque non necessitatem modo*, etc. seu *neque modo non necessitatem* etc.“ *Lamb.* „Perinde est ac si dicas *Et non necessitatem modo*, in quo genere collationis *non modo* valet *non modo non*, *οὐχ ὅπως*: nec in eo Cicero negationem geminare consuevit, ut omnibus notum est: itaque exemplis supersedeo.“ *Frc. Fabr.* Ita plane supra I. 36. 87: *mortuorum autem non modo vitae commodis, sed ne vita quidem ipsa quisquam caret.* Ubi vid. ann. nostr. Sententiam recte hanc esse dicit Kühn.: *quae neque necessariae sunt, neque naturales.* In uno Ox. est *necessitate*, alius habet *si* pro *sed.* Mox Mon. 1. et Marb. antiquo more scriptum habent *eiciendas.* Gud. 2 omittit *putavit. Mr.*

Neque necessitatem modo] D. Lambino videtur legendum, *neque* non *necessitatem modo*, vel *neque modo* non *necessitatem.* Sed hac aut illa coniectura nihil opus, cum altera particularum negantium, quod vidit etiam Fr. Fabricius, haud raro subaudiatur. Adi nos ad lib. II. c. 5. *D.*

94. funditus eiiciendas putavit. Hoc loco multa ab Epicureis disputantur, eaeque voluptates singulatim extenuantur: quarum genera non contemnunt: quaerunt tamen copiam. Nam et obscoenas voluptates, de quibus multa ab illis habetur

---

eaeque voluptates singulatim extenuantur:] Santenius ad Terentian. Maur. p. 281. locum nostrum tangens haec: „Laudat haec verba Muretus ad Catil. I. 1. p. 366. Garaton. ut Hexametrum, sic: *Haeque voluptates singillatim extenuantur*, et sic scriptum agnoscit Ed. Ven 1472: quod ortum ex solenni librariorum scribendi more, qui et meum codicem obsedit, *heeque*, Romana 1471. *heque*. Quis igitur non malit sequi Davisium et Ernestum, qui, *eaeque* vulgantes, versum saltem minus reddunt apertum? Est praeterea prava forma *singillatim*. Editiones principes habent quidem *sigillatim*: sed omnino ex meo Cod. recipiendum *singulatim*. Adi Cortium ad Sallust. Catil. 49, 4; licet ab eo dissentiat Oudendorpius ad Sueton. Aug. c. 9.“ Scribitur *haeque* in Edd. ante Gebh. (exceptis S. E. et HWolf.) uno Cod. Ox. Rehd. Vind. 2; in Gud. Marb. Duisb. est *heeque*, in Gud. 2. *eique*, in Mon. 1. *sicque*, in uno Ox. *sique*. *Mr.*

singillatim extenuantur:] „Alii *singulatim*, quod extat in vet. cod. edit. Vict. Pall. prim. quart. Vulgo *sigillatim*. Nostrum defendunt Lambin. Pall. tert. quint. Vatican.“ *Gebh.* Meliorem formam recepi cum FAWolf. Schz. Or. ex duobus Oxx. Mon. 1. 2. Bern. (a 2. m.) Edd. S. E. V. Rob. Steph. Herw. 2. et marg. MS. Ed. Asc. nostrae 2. Habent *singillatim* Reg. (sine dubio) Gud. 1. 2. Duisb. Gud. Bern. (a 1. m.) quinque, ut videtur, Oxx., Edd. C. L. Herw. 1. Gebh. Dav. Ern. Nobb. Tbn.; *sigillatim* reliqui. Unus Ox. habet *contemnit*, alius habet *contemnunt*, omisso *non*, quod excidit etiam in Cod. Duisb. *Mr.*

Quaerunt tamen copiam] Cl. Bentleio placet, *nec quaerunt tamen copiam*. *D.*

Quaerunt tamen copiam] „Plane contraria haec sunt iis, quae modo dixit Cicero, Epicureos videlicet contemptum voluptatum simulasse. Non igitur improbandae Bentleii coniecturae *non quaerunt tamen*, vel *spernunt tamen*. Sed scriptum fuit fortasse a Cicerone *haerent tamen quippiam*. Certi tamen nihil in omnium Codd. consensu potest statui.“ *Bouh.*

non quaerunt tamen copiam] „Negatio *non*, in vulgatis omissa, necessaria est ex sententia. Alii malunt *nec*, ego *non*, ut clarius opponatur antecedenti *non contemnunt*.“ *Ern.* Recepit Dav. *nec* in Ed. 2. Probat Ernestinum *non* Schützius, recepitque cum Wolfio, obsecuti sunt Bipp. Mannh. Nobb., nec vero Or. et Tbn. quorum ille: „Sensus est: singulas voluptates extenuant: genera ipsa non contemnunt (est enim ἡδονὴ summum eorum bonum): ita tamen quaerunt, si sint facile parabiles, neque obsint. — Copiam sane voluptatum quam maxime quaerebant Epicurei.“ Ad quae Billerb. λαχωνικῶς: „itane?“ Ego autem cum duobus illis viris ita in vulgata, quae est omnium librorum (quamvis taceat accuratissima ceteroqui collatio Codd. Gud. 1. 2.), acquiesco, ut haud absurdam existimem coniecturam Hier. Wolfii in margine: *quarum genera cum contemnant, quaerunt tamen copiam*. In duobus Codd. esse *quorum genera contemnunt, quaerunt tamen copiam*, paullo superius dixi. Cod. Gud. habet *contemnuntur*. *Mr.*

multa ab illis habetur oratio] Unus Ox. omittit *ab illis*, Rehd. habet *ab aliis*; Gud. 2. omittit *multa*. Scribi in compluribus Codd. *facilis*, *communis*, quisque exspectabit: sed in Vind. 1. est *facilis*

oratio, faciles, communes, in medio sitas esse dicunt: easque, si natura requirat, non genere, aut loco, aut ordine, sed forma, aetate, figura metiendas putant: ab iisque abstinere minime esse difficile; si aut valetudo, aut officium, aut fama postulet: omninoque genus hoc voluptatum optabile esse, si non obsit; prodesse numquam. Totumque hoc 95.
de voluptate sic ille praecipit, ut voluptatem ipsam per se, quia voluptas sit, semper optandam expetendamque putet:

---

omnes, in uno Ox. *faciles cominus*: quae varietas facile explicatur ductuum literarum similitudine. Sequitur apud Dav. *et in medio sitas*, quod est in Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. HWolf.; in Codd. MSS., quantum sciam, non item. Locutionem *in medio sitas* nemo non intelliget plane idem velle, quod Graecam ἐν μέσῳ κεῖσθαι, de rebus, quae ad manum sunt, quibus uti pro arbitrio possis. Pro *requirat*, quod necessarium est, legitur *requirit* in Codd. Mon. 1. et Ox. D. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1. 2. Rob. Steph. Pergit Cod. Gud. 2. *aut genere*. Ad v. *aut loco, aut ordine* Kühnerus, *Locus*, ait, et *ordo* species sunt *generis*. Pergit unus Ox. *sed fortuna, aetate*. — Pro *ab iisque* est *ab hisque* in iis libris, qui alibi quoque in hac voce ab ea parte stant: cum quibus Dav. sibi faciendum esse existimabat, vel spreta vera earum vocum significatione. Scribitur *difficile esse sed aut* — in Cod. Gud. 2; in uno Ox. *si autem*. Vind. 1. *postulat*; idem omittit *hoc*: Duisb. habet *hoc genus*; unus Ox. *omnesque*, alius *omniaque*, Gud. 1. *omnino*, supra lin. ab ead. m. q; unus Ox. *voluptatis*; idem omittit *esse*. Gud. 2. habet *optabilem*, Vind. 1. *esse optabile*; duo Oxx. *si non obsis*, alius *si non absit*. *Mr.*

prodesse nunquam] „*Prodesse nonnunquam* legit amicus meus hunc locum, cum in vulgatis desit particula *non*. Optabile autem dicunt Graeci ἀγαπητόν. Aristoteles L. I. Eth. ἀγαπητὸν γὰρ καὶ ἓνὶ μόνῳ. Significat enim bonum illud, quod qui consecuti sunt, eo contenti vivere possunt.“ *Ursin.* Nihili esse istam coniecturam docet Davisius. *Mr.*

Omninoque genus hoc voluptatum optabile esse si non obsit, prodesse numquam] Amicus nescio quis Ursini legebat *prodesse* non *numquam*. Imperite. Diogenes Laertius X, 118. Συνουσία δὲ ὥνησε μὲν ΟΥΔΕΠΟΤΕ, ἀγαπητὸν δὲ, εἰ μὴ καὶ ἔβλαψεν. Ibi Menagius plura. *D.*

Sic ille praecipit] Vulgo *praecepit*. Male; nam sequitur, *ut voluptatem ipsam per se — semper optandam — putet*. Nos igitur ipsa Latinitate moti, Msstis Reg. Pithoean. Med. Petrens. et Bak. paruimus. *D.*

sic ille praecipit] „Ita, pro *praecepit*, optime correxit Davisius; accedit Cod. Reg. et ed. mea vetus.“ *Bouh.* „Legendum esse *praecipit* e sequente *putet* apparet. Et sic libri MSS. plures et ed. vetus apud Buherium.“ *Ern.* Legitur *praecipit* in uno Ox. Rehd. Gud. Duisb. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Bern. Edd. inde a FAWolf. Sed pro *sic ille* est *sicut ipse* in uno Ox., *sic ipse* in Rehd. Gud. Vind. 2. In seqq. Wopkensius Lectt. Tull. 112. [156. Hand.] nemine oppugnante defendit verba *quia voluptas sit*, ne quis eis glossematis notam inurat, laudatque alios locos, quibus supervacanea inesse videri possint, nec tamen sunt. *Mr.*

semper optandam expetendamque putet:] In Cod. Gud. 2. exciderunt omnia inter particulam *semper* et eandem post duas lineas redeun-

eademque ratione dolorem ob id ipsum, quia dolor sit, semper esse fugiendum: itaque hac usurum compensatione sapi-
p. 247. entem, ut et voluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem
a. effectura sit; et dolorem suscipiat maiorem efficientem voluptatem: omniaque iucunda, quamquam sensu corporis
96. iudicentur, ad animum referri tamen, quocirca corpus gaudere tam diu, dum praesentem sentiret voluptatem: animum,

---

tem, oculo scribae aberrante. In uno Ox. excidit *optandam*, in eoque simpliciter scriptum est: *semper expetendam putet*; in alio, Cod. Gud. 1. Rehd. Mon. 1. *optandam expetendam putet* (Mon. 1. *putat*, cum uno Ox.), in Marb. *semper exoptandam putet expetendam*, in Vind. 1. deest *expetendamque*, in uno Ox. *optandam et expetendam*, quod dedit, nescio unde, Davisius. Ex his excusari certe possit, si quis *expetendamque* glossatori tribuat. Quamquam ego in reliquorum librorum consensu, in quibus etiam Regius esse videri debet, cum taceat collatio (quem tamen ego habere id quod Gud. 1. existimo), ego, inquam, in reliquorum consensu, si est consensus, acquiesco. Verba *ob id ipsum* exciderunt in Cod. Duisb.; Edd. A. B. Ven. nostr. habent *id ob ipsum*, unus Ox. omittit *id*, alius proximum *esse*. *Mr.*

Itaque hac usurum compensatione] Epicurus in Epistola ad Menoeceum: *Ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλὰς ἡδονὰς ὑπερβαίνομεν, ὅταν πλεῖον ἡμῖν τὸ δυσχερὲς ἐκ τούτων ἕπηται· καὶ πολλὰς ἀλγηδόνας ἡδονῶν κρείττους νομίζομεν, ἐπειδὰν μεῖζον ἡμῖν ἡδονὴ παραχολουθῇ πολὺν χρόνον ὑπομείναι τὰς ἀλγηδόνας.* Extat apud Laertium lib. X. §. 129. *D.*

itaque hac usurum compensatione sapientem,] Ad haec verba, usque ad *efficientem voluptatem* in marg. Cod. Marb. adscriptum est: *O Christiane!* quod videtur lectoris hanc sententiam aversantis. Ad usum vocis *compensatio* cf. Cic. de N. D. I. 9. 23: *ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant. Mr.*

ut et voluptatem fugiat] Vulgo *ut voluptatem fugiat*; cum vero sit in Codd. Reg. *et vol. fug.*, itemque in Gud. 1. 2. et uno Ox.; *et ut vol. fug.* in duobus Oxx. et Mon. 1; eam recepi lectionem, quam exhibent Codd. Vind. 1. Rehd. Gud., quamque commendabat sine libris Or. Cod. Vind. 1. et unus Ox. omittunt *ea* post *si*. Ad sententiam conf. Cic. de Finn. I. 14. 46—48. Quod h. l. *quamquam* iungitur cum coniunctivo *iudicentur*, (cuius loco Vind. 1. male *videntur*,) id factum esse propter orationem obliquam, non est quod doceam: aliam item rationem esse huius loci, quam eius, quem cap. huius libri 30. extr. tractavimus, non monerem, nisi utriusque generis locos a Goerenzio ad de Finn. II. 22. 72. et de Legg. III. 8. 18. si non confusos, certe non accurate distinctos animadvertissem. Ad sequentia: *ad animum referri tamen*, nimirum ad *tamen* ultimo loco positum, Wolfius in scholis confert Tusc. I. 12. 27. extr. *et permaneret tamen*. Paullo superius Cod. Gud. 2. habet *omnia* pro *omniaque*. *Mr.*

Dum praesentem sentiat voluptatem] Ita Cl. Bentleius. Vulgo *sentiret*. *D.*

tam diu, dum praesentem sentiret voluptatem] „Probo Bentleii emendationem *sentiat* itemque in seqq. *iungetur*, pro *sentiret* et *iungeretur*. Mutavit etiam Dav. merito *expectatio* in *expectationi*: idque est in uno Cod. Leid." *Bouh.* „*Sentiat* Latinitas postulat, non vulgatum *sentiret*, ut vidit iam Bentleius, probantibus Dav. et Buh." *Ern.* „Si legas *sentiat*, etiam post *iungatur* legendum. Saepissime tamen prisci scriptores a legitima temporum consecutione aberrant."

et praesentem percipere pariter cum corpore, et prospicere venientem, nec praeteritam praeterfluere sinere; ita perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore semper, quum exspectatio speratarum voluptatum perceptarum memoriâ

Nissen. Male correxisse Bentleium *sentiat*, quamvis Wolfius restituerit *sentiret*, non vidit Schz. Sed viderunt Wolf. Or. et Kühn. Peius etiam correctum esse *iungeretur* in *iungetur* iam vidit Ern. quamquam tacet. Certe praeter Davisium nemo obsecutus est Bentleio. Recte monet Or. *dum — sentiret* esse i. q. quamdiu sentiat; sed *dum — sentiat* fore i. q. tam diu, donec sentiat: quod a Ciceronis sententia abhorret. Quod vero B. correxit *iungetur*, non vidit (ut ait Kühn.) totam enuntiationem (*ita perpetuas — iungeretur*) ὑποθετικῶς elatam esse, idque vel futuro *fore*, quod infinitivus sit praesentis conditionalis, aperte demonstrari. Ceterum pro *dum* Rehd. Gud. et unus Ox. habent glossam *quam*. Post *animum* alius Ox. habet *autem* pro *et*. Verba *sentiret voluptatem animum et praesentem* exciderunt in Cod. Gud. 2. Cod. Mon. 1. habet *et perspicere*, idem omittit *nec* pergitque *ptam, fuere*, Mon. 2. et unus Ox. *praeterita*. *Mr.*

Ita perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore semper] „In Palatin. quart. *concertas*. forte *confertas* aut *concretas*.“ *Gebh.* „Et non *consertas*? ut in de Fato: *conserte contexteque*.“ *Gronov.* Locus de Fato est c. 14. Sed operam lusit uterque. Recte explicat Forcellin.: voluptates non interruptas, ut una aliam pariat. In Cod. Vind. 1. est *semper fore*, in Gud. 2. *hi sapiente fere semper*. *Mr.*

cum exspectationi speratarum, — perceptarum memoria] „*Speratae* Ant. Augustinus. quod si *exspectatio* retineatur, ut habet Victorius, melior lectio erit, si *memoriae* legatur pro *memoria*.“ *Ursin.* „Nihil vitii videtur in hac scriptione inesse, sed antiqua suspicionem vitii mihi commovet: quae talis est: *cum exspectatio speratarum, perceptarum memoria iungeretur*. Ex hac enim suspicatus sum aliquando, scriptum esse a Cicerone: *cum exspectatio speratarum, perceptarum memoriae iungeretur*, seu: *cum perceptarum memoria iungitur*.“ *Lambin.*

cum exspectatio speratarum — perceptarum memoria iungeretur] „Non est necesse invitis libris istas ordiri curationes. Ut edimus, habent quoque Palat. tert. quart. quint. Fabr. Vatican. Vulgo *exspectionis — memoria iungeretur*. Palat. secund. *cum exspectione specatarum*.“ *Gebhard.*

Cum exspectatio speratarum voluptatum, perceptarum memoriae iungetur] Sic Cl. Bentleius, ac partim Lambinus. Vulgo *memoria iungeretur*. Siquidem vero Pal. sec. Med. et Bak. exhibent *cum* exspectatione *speratarum voluptatum, perceptarum memoria iungeretur*; scribi queat *cum* exspectationi *speratarum voluptatum, perceptarum memoria iungeretur*, ut Ascensius aliique plures ediderunt. *D.*

quum exspectatio — memoriâ iungeretur] Pravam correctionem *exspectationi* habent quatuor Oxx. Mon. 2. Edd. P. A. B. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1. 2 Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Goth. Lambb. Leod. Sylb. Lall. Pro *speratarum* in Vind. 1. est a 1. m. *seperatarum*, et ex corr. *spretarum*, in uno Ox. *separatarum*; in Duisb. *futurarum*, sed supra lin. *speratarum*; Mon. 1. et unus Ox. habent *exspectatione sperdtarum*. Vind. 2. habet *praeteritarum*, sed in marg. *perceptarum*. Scribitur *memoriâ* in Codd. Reg. Gud. 2. (credo etiam Gud. 1. quamquam collatio nostra tacet) Marb. Gud. Duisb. Rehd. Mon. 1. 2. septem Oxx. Vind. 2. Edd. (exceptis Dav. Ern. FAWolf. Schz. Nobb.) omnibus; *memoriae iungerentur*; Duisb. solus ut dedit Dav. *iungetur*. Frustra. *Memoriae iungeretur* reliqui.

34 iungeretur. Atque his similia ad victum etiam transferun-
97. tur, extenuanturque magnificentia et sumptus epularum, quod parvo cultu natura contenta sit. Etenim quis hoc non videt, desideriis omnia ista condiri? Darius in fuga, quum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse iucundius: numquam videlicet sitiens biberat. Nec esuriens Ptolemaeus ederat, cui quum

---

Sed recte monet Or. saepe constructionem *iungi aliqua re* a correctoribus mutatam esse in *iungi alicui rei*. Unus Ox. habet *iungeret*. Illius autem, quam dicit Or. quaeque hic obtinet, constructionis exempla collegit Beier. ad Brut. 44. 162. ubi item erat nostrae structurae exemplum: *laudatio defensione iuncta*. Iis autem adiunge Cic. ad Att. IX. 10. *infinitum bellum iunctum miserrima fuga*: ubi item in repetitione Lambiniana 1584. est supervacanea correctio *miserrimae fugae*. *Mr.*

c. 34. *Atque his similia ad victum etiam*] Male scribitur *iis* pro *his* in Edd. vett. (exceptis E. S. HWolf.) adeoque in Gebh. Ern. Lall. quibus accedit ex Codd. solus Mon. 2. fortasse etiam Vind. 1. 2; in Gud. et Duisb. est *hiis*. Pro *ad victum etiam* duo Oxx. habent *adiunctum et*. Post *transferuntur* scribitur *extenuaturque* in tribus Oxx. Rehd. Gud. Mon. 2. Edd. S. E; *extenuatur* in Gud. 2. et uno Ox.; *et extenuatur* in alio Ox. Hoc ad Epicureos pertinere quisque paullo attentior videt. In proximis duo Oxx. omittunt *ista*. Scripsi *omnia ista condiri* cum libris et Edd. paucis, sed optimis, Reg. Gud. 1. 2. Marb. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. V. Rob. Steph. Dav. Or. Tbn. Obtruserunt reliqui Ciceroni invito elegantiorem scilicet verborum ordinem *ista condiri omnia*: solus Vind. 1. habet *ista omnia condiri*. Quod h. l. dicit *desiderio condiri* paullo obscurius dictum est, quam de Finn. II. 28: *cibi condimentum esse famem, potionis sitim*. Pro *et enim* est *ut enim* in Cod. Gud. 2. Cod. Gud. omittit *omnia*. *Mr.*

Darius in fuga] Maximus Tyrius Diss. XXXV. Ἀρταξέρξης ὁ Περσῶν βασιλεὺς — ἐπεὶ πόλεμος αὐτῷ ἐκ θαλάττης ἦλθε καὶ Ἕλληνες μύριοι, καὶ στρατηγοὶ δεινοί, ἡττηθεὶς ἔφευγεν ἐπὶ ψιλὸν λόφον ὅπου τῆς νυκτὸς ἀναπαυσάμενος, ἐδίψησεν ὁ δύστηνος πρῶτον τότε — καὶ ἠγαπησε παρὰ ἀνδρὸς Μάρδου λαβὼν ἐν ἀσκῷ ὕδωρ ὀδωδός· καὶ τότε ἄρα δειλαῖος ἔγνω, τίς μὲν δίψης χρεία (sic ex Reg. et Harleian. legendum, non ἡδονῆς χρεία, ut vulgo) τίς δὲ ἡδονὴ πότου. Eadem est historia, sed quod Dario noster, id Artaxerxi philosophus Platonicus adscribit. Vide et Plutarchum in Artax. Tom. I. pag. 1017. et Apophth. Tom. II. pag. 174. *D.*

Darius in fuga,] *Darius in fugam* habet Cod. Mon. 1. Darius intelligitur *Codomannus*, Persarum rex ultimus: nec vero Nothus, ut dicit Gesnerus in Chrest. Cic. Post *turbidam* pergit unus Ox. et Ed. P. *ex cadaveribus*. Verbum *bibisset* in Cod. Gud. 2. supra lin. adscriptum est. Cod. Duisb. habet *se unquam*. Post *iucundius* unus Ox. omittit quatuor lineas usque ad eandem vocem, ante *Socratem* redeuntem. Cod. Rehd. habet *nunquam etiam videlicet*, Vind. 1. *nunquam scilicet*, unus Ox. inde in peius abiit, exhibens *nunquam simile sitiens*. *Mr.*

Nec esuriens Ptolemaeus ederat] „De quo Ptolemaeo intelligat, ambigi potest, cum plures fuerint hoc nomine. Ptolemaeus Lagi filius maxime celebratur, cuius verbum est illud memoratissimum: τοῦ πλουτεῖν τὸ πλουτίζειν εἶναι βασιλικώτερον.“ *Beroald.* Scribitur

peragranti Aegyptum, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentius am-

---

Ptolomaeus in Codd. Gud. 1. et Mon. 1; *Phtolomeus* in Gud. 2. et Vind. 1. *Mr.*

cui quum peregrinanti] „Sic legitur apud Nonium in nomine *cibarius*, pro quo vulgati libri habent *cui quum peragranti Aegyptum.*“ *Frc. Fabr.* Unus Ox. habet *qui* pro *cui*. Cod. Rehd. *cui peragranti Aegyptum quum*, Gud. omittit *quum*. Lamb. solus *cui quum peregrinanti, comitibus non consecutis*, omisso *Aegyptum*. Mon. 1. habet *Egiptum*. Mon. 2. *militibus non consecutis*. Vind. 1. *comitibus non prosecutis*, Gud. *comitibus non secutis*. *Mr.*

Cui cum peragranti *Aegyptum — cibarius in casa panis datus esset*] *Panis cibarius* est vilior. Isidorus Orig. lib. XX. cap. 2. Panis cibarius *est, qui ad cibum fervis datur, nec delicatus*. Celsus Medic. lib. II. cap. 18. *Infirmissimus, cibarius panis*. Et cap. 29. *At alvum movent panis fermentatus, magisque si* cibarius *vel hordeaceus est; brassica* etc. Apuleius Metam. VI. pag. 184. vid. ib. Elmenhorst. in Ind. c. App. p. 650. ed. Bosscha. *Frusto* cibarii panis *ei proiecto*. Et pag. 191. *Cibario pane contenta*. Ita persaepe loquitur Hieronymus; at exemplorum satis. Quod autem Nonius in *cibarium* repraesentet, *cui cum* peregrinanti Aegyptum; Lambinus, Aldus nepos et Fabricius apud nostrum rescribunt, *cui cum* peregrinanti — *cibarius in casa panis datus esset*. Iis accedit Car. Langius ad Offic. lib. III. cap. 1. Hoc autem nullo prorsus iudicio factum est: quo enim iure delent Aegyptum, quam vocem tam Nonii quam Ciceronis agnoscunt Codices? apud illum vero librariis debetur, quod *peregrinanti*, non *peragranti* legas. Vide infra c. 39. *Dav.*

cibarius in casa panis] Codd. Mon. 1. et Ox. D. *cibariis in casa* et sic Ed. S., Gud. 2. *cibariis in cāsis*; alius Ox. *cibarius in casa incisus panis*. Duisb. omittit cum Gud. 2. *est* post *visum*, Vind. 1. post *visum est* addit *ei* supervacaneum. *Mr.*

Socratem ferunt cet.] Facit huc Horatii scholiasta Porphyrion, ad locum supra c. 32. laudatum, Sat. II. 2. 18. (ad verba: *tu pulmentaria quaere sudando*:) *Per laborem cibum exquire. Hoc autem Socrates primus ait, qui cum noctem usque spatiaretur, interrogatus a quodam, cur hoc faceret, respondit, scilicet obsono coenae: significans se ideo deambulare, ut cibum libenti animo appeteret. Mr.* „Add. Eustath. ad Iliad. X. p. 814. 35. Allatius ad Socratis et Socratic. Epist. p. 160. 161. Ed. Orell.“ *Schuch.* Locum nostrum cum parva varietate laudat Jo. Valensis in Compendiloquio III. 3. p. 189. b: *Socratem ferunt, cum usque in vesperam contentius ambularet, quaesitumque esset ab eo, quare id faceret, respondisse: quo melius coenaret, obsonare ambulando famem*. Addit: *quod creditur fecisse non ut plus coenaret, sed sanius. Mr.*

quum usque ad vesperum contentius ambularet,] „In quibusdam codicibus lego *ad Piraeum*, ut sit sensus, Socratem solitum deambulare ex urbe Athenarum usque in Piraeum. — *Contentius* autem legere maluī, quam *contentus*, sicut Nonius Marcellus, qui citans hoc testimonium ex Tusculanis legit *contentus ambularet*, exponitque *continuus, perseverans.*“ *Beroald.* Est nunc apud Nonium *ad vesperum* et *contentius*. „*Ad vesperam* est in MS.“ *Frc. Fabr.* „Quodsi lectio *usque ad Piraeum* esset in Codd. nonnullis Ciceronis et Nonii, recipienda esset: neque me illud moveret, quod est apud Athenaeum IV. p. 157. ἐσπέρας βαθείας.“ *FAWolf.* in scholis. Cod. Duisb. habet *ad*

34 iungeretur. Atque his similia ad victum eti
97. tur, extenuanturque magnificentia et sur
quod parvo cultu natura contenta sit.
non videt, desideriis omnia ista condiri
quum aquam turbidam et cadaveribus
negavit unquam se bibisse iucundiu
sitiens biberat. Nec esuriens Ptole

Sed recte monet Or. saepe constructio
ribus mutatam esse in *iungi alicu*
Illius autem, quam dicit Or. σ
exempla collegit Beier. ad Brut.
cturae exemplum: *laudatio def*
ad Att. IX. 10. *infinitum bel*
item in repetitione Lambini
serrimae fugae. Mr.

c. 34. *Atque his si*
his in Edd. vett. (ex
Lall. quibus accedit
in Gud. et Duisb.
adiunctum et. Er
Oxx. Rehd. Gud
Ox.; *et extenu*
paullo attent
omnia ista

1. 2. Mar
Tbn. O
borum
condi
est.

nisso
ud. qu
se. Gud.
tque quo
p. 377. ibi
cretum non
ib. IV. Miscellann.
verbis *continuus, perse-*
concitatius et *vehementius.*"
cell. „famem quasi obsonii loco
. Lex. Cic. Scribitur autem *obsanare*
onare in Mon. 2. et Edd. plerisque; sed
et Gud. 1. (omisso errore) sequendam duxi-
Rehd., nec abscedit Marb. quamquam in eo scri-
reambulando. Unus Ox. habet *observare*: egregia
Mr.

cenaret] Athenaeus lib. IV. pag. 157. E. Σωκράτης
πατελαμβάνετο διαπεριπατῶν ἐσπέρας βαθείας πρὸ τῆς οἰκίας
τοὺς πυνθανομένους τί τηνικάδε, ἔλεγεν ὄψον συνάγειν πρὸς τὸ
Xenophon Memor. lib. I. cap. III, 5. Ἐπὶ τούτῳ (σίτῳ)
παρεσκευασμένος ἦει, ὥστε τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου, ὄψον αὐτῷ
Porphyrius de Abstin. lib. III. cap. 26. Σωκράτης ὄψον τρο-
τὸ πεινῆν ἔλεγεν. Vide et lib. II. de Fin. cap. 28. ac Scholiasten
Horatii lib. II. Serm. II, 20. *D.*

Quid? victum Lacedaemoniorum in phiditiis] „Legitur et in
philitiis, itaque citat Victorius in Varr. Lectt. IV. 19. [in mea qui-
dem ed. Arg. 1609. est *phiditiis*], ubi hanc rem paullo aliter a Graecis
scriptoribus, quam a Cicerone, expositam ostendit. Scio Plutarchum
in Lycurgo diversas rationes afferre, cur publica Lacedaemoniorum
convivia φειδίτια sint appellata; sed tamen eadem φιλίτια nominari
video, ut apud Xenophontem in Lacedaem. rep. καὶ γὰρ δὴ ἐπιχώρων
ἐν τοῖς φιλιτίοις λέγεσθαι, ὅ τι ἄν καλῶς τις ἐν τῇ πόλει ποιήσῃ. De
iure nigro vide Turnebum Adversarr. 7, 16." *Frc. Fabr.* „Quinque
Palatin. Vatican. Fabr. alii *philitiis.*" *Gebh.* „*Philitiis* scriptum est
in plerisque Codd. in his Regio, duobus Leidd. Ed. mea vet. Ald. et
aliis nonnullis: quare non temere reiiciendum fuit. Meursius in
Miscell. Laconn. I. 9. [p. 42—44. Ed. Amst. 1661. 4.] magnum scri-
ptorum numerum laudat, qui ea convivia appellarunt φιλίτια, nomen
hoc ducentes a φιλία. Poterat addere Etymologicum Magnum v.
συσσίτιον. Veri igitur est simile, ea a Cicerone quoque *philitia* fuisse
appellata." *Bouh.* [καλεῖται φιλίτια, ἐπεὶ φιλίας ἐστὶ συναγωγά. Etym.
M. p. 736. Sylb.] „*Philitia* scripsi: ita constanter Regii Codd. cum
pluribus aliis, et sic veteres Edd." *Lallemann.* Ern. in Clav.: con-
vivia [Schütz. egregie *convicia*] Lacedaemoniorum. — Probabile est,
verum nomen esse *philitia.* Habet *philitia* Cod. Guelf." Mira est
Schützii annotatio, cum Wolfio edentis *philitia*: „Sic, ait, in MSS.

rannus coenavisset Dionysius, negavit se iure quod coenae caput erat, delectatum. Tum is,

---

rma scilicet corrupta, sed tamen non inusitata. ur." „Plutarch. Lycurg. XII. Cragius de Rep. – 36. 143 — 146. Ed. ap. P. Santandr. 1593. 4.] [p. 166. sq. ed. Wechel.] Sturz. Lex. Xeno- ich.

cripsi ex Codd. ab aliis laudatis, nostrisque luisb. Bern. Mon. 1. 2. septem Oxx. Edd. adversantur Codd. Marb. Vind. 1. 2. in st lectio Gud. 2. *phylippicis*. Reliqui t. *phidiciis*. Ex recentioribus nobis- Tbn. et, quem dixi, Lall. — *Vide-* oerenz. ad Cic. de Legg. II. 26. 64. ent librarii, correxerunt eiusmodi ox. *vidimus*. In Cod. Mon. 1. est *Ubi* sset *Dyonisius*. *Mr.*

annus coenavisset Dionysius] Stobaeus Serm. XXIX. ονύσιος Λακωνικὸν μάγειρον πριάμενος, ἐκέλευσεν αὐτὸν τὸν Λακωνικὸν ζῶμον· καὶ σκευάσαντος οὐκ ἤσθιεν· ἤρετο δὲ τί αὐτῷ ἥδονται ἀηδεστάτῳ ὄντι οἱ Λάκωνες. Ὁ δὲ οὐκ ἔχειν ἔφη ν τὰ ἡδύσματα, ἃ ἐκεῖνος ἔχει· (Leg. ἃ ἐκεῖνοι ἐχεῖ) [Wopkens. p. 113: „Sed duo ista pronomina, τοῦτον et ἐκεῖνος, quae refe- a sunt ad v. ζῶμος, sic possunt intelligi, ut priore designetur ius, quod iam Dionysio esset paratum, et posteriore illud, quod edaemoniis parari consuesset.] διὰ τοῦτο αὐτῷ μὴ ἀρέσαι. Καὶ ὃς θετο τίνα εἴη ταῦτα· αὐτὸν γὰρ κελεῦσαι τῷ ταμίᾳ πάντα ἐκπλεα ᾧ δοῦναι. Ὁ δ' εἶπεν, ἃ μή ἐστι παρά σοι, πρὸ τοῦ δείπνου πόνοι τὸ ἐν τῷ Εὐρώτῃ λοῦτρον. Non aliter Plutarchus Instit. Lacon. . 236. Videmus autem Ciceronem ab his scriptoribus dissentire; ɔd etiam dudum notavit Petr. Victorius Var. Lect. lib. IV. cap. 19. le et Joan. Meursium Miscell. Lacon. lib. I. cap. 8. *D.*

negavit se iure illo nigro] „Plutarchus in Lycurgo: τῶν δ'ὄψων οκιμεῖ μάλιστα παρ' αὐτοῖς ὁ μέλας ζωμός." *Ursin.* „*Ius* illud *nitm*, quod ait, ibi *coenae caput* fuisse, a Graecis dicitur esse, quod consuetudine αἷματία vocabatur. Ex quo suspicamur vel mixto incocto atrum colorem iuris illius redditum fuisse: cuiusmodi ius ulorum videmus. Hoc autem ius in mensa Lacedaemoniorum erat ecipuum, ut senes eo cibo acquiescerent plerumque, ut ait Plutarıs nec obsonium aliud desiderarent." *Turneb.* Adv. 7, 17. p. 226. e ζωμῷ μέλανι cf. Athenaeum IX. p. 379. E. coll. III. p. 124. A. ursii Miscell. Lacon. I. 8." *Schuch.* Pro *se iure* est *servire* in uno . In Marb. est *iure illo iurgio, quod. Mr.*

quod coenae caput erat,] „*Caput coenae* est praecipuus missus ecipuumque ferculum coenae. De Finn. II. sermo bonus et lepi-, quo convivae melius et iucundius, quam epulis, pascuntur e untur, *caput coenae* dicitur." *Turneb.* l. c. II. 17. p. 57. „Pala- und. quart. *quod coenae rapuerat*. tert. *cupierat*. Non intelligo. *bh.* Addo, quod Pareus posuit in Lex. Crit. p. 173 (quia rariss im est): „Caput coenae dicebatur princeps ac summum ferculu: et Graecis κεφαλὴ δείπνου. Vin. et infr. *Fundus caenae* [ita vi et est apud Gellium N. A. VII. 18.] Cicero Tusc. V. *Negavit* c Fin. II. [c. 8.] *Semper Laelius bene. Quid bene? dicet Lucil to, condilo. sed cedo caput coenae: sermone bono.* Martia . 31. 3. sq.]

bularet, quaesitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse: *Se, quo melius coenaret, obsonare ambulando famem.*
98. Quid? victum Lacedaemoniorum in philitiis nonne videmus?

---

vesperam. Voce *contentius* supra etiam usus est II. 24. ea sententia qua hic, ut sit i. q. *συντονώτερον.* Vid. Gonsal. de Salas ad Petron. p. 159. *Mr.*

Usque ad vesperum] Nonius a Gothofredo publicatus in *contentum* dat *usque ad Piraeeum.* Omnes vero Tullii Codices vulgatam tuentur; nec aliter Jos. Mercerus edidit. *D.*

Quaesitumque esset ex eo] Cod. Gud. 2. *quaesitum*, omisso *que.* Mon. 1. et Ox. D. habent *ab eo*, unus *ex quo quoque id.* Gud. *quare hoc.* Mon. 1. *id facere.* Gud. 2. *feceret* (sic) *et respondisse.* Gud. 1. vocem *se* supra lin. additam habet. Omittit Gud. 2. pergitque *quod.* Loquitur etiam de nostro loco Schottus Nod. Cic. IV. 9. p. 377. ibique primum „*Cibarius*, ait, *panis* est, a quo furfur excretum non est, quem Graeci *αὐτόπυρον* vocant, teste Brodaeo lib. IV. Miscellann. cap. X. — Male Nonius exponit v. *contentus* verbis *continuus, perseverans*, cum sit *contentius* dictum pro *concitatius* et *vehementius.*" *Obsonare* explicatur in nova Ed. Forcell. „famem quasi obsonii loco adhibere;" videlicet ex Schützii Lex. Cic. Scribitur autem *obsanare* in Codd. Gud. 1. Reg., *opsonare* in Mon. 2. et Edd. plerisque; sed scriptionem Codd. Reg. et Gud. 1. (omisso errore) sequendam duximus, quibus accedit Rehd., nec abscedit Marb. quamquam in eo scriptum est *obsona reambulando.* Unus Ox. habet *obeervare:* egregia scilicet correctione. *Mr.*

Se, quo melius cenaret] Athenaeus lib. IV. pag. 157. E. *Σωκράτης δὲ πολλάκις κατελαμβάνετο διαπεριπατῶν ἑσπέρας βαθείας πρὸ τῆς οἰκίας· καὶ πρὸς τοὺς πυνθανομένους τί τηνικάδε, ἔλεγεν ὄψον συνάγειν πρὸς τὸ δεῖπνον.* Xenophon Memor. lib. I. cap. III, 5. *Ἐπὶ τούτῳ (σίτῳ) οὕτως πάρεσκευασμένος ἦει, ὥστε τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου, ὄψον αὐτῷ εἶναι.* Porphyrius de Abstin. lib. III. cap. 26. *Σωκράτης ὄψον τροφῆς τὸ πεινῆν ἔλεγεν.* Vide et lib. II. de Fin. cap. 28. ac Scholiasten ad Horatii lib. II. Serm. II, 20. *D.*

Quid? victum Lacedaemoniorum in phiditiis] „Legitur et in *philitiis*, itaque citat Victorius in Varr. Lectt. IV. 19. [in mea quidem ed. Arg. 1609. est *phiditiis*], ubi hanc rem paullo aliter a Graecis scriptoribus, quam a Cicerone, expositam ostendit. Scio Plutarchum in Lycurgo diversas rationes afferre, cur publica Lacedaemoniorum convivia *φειδίτια* sint appellata; sed tamen eadem *φιλίτια* nominari video, ut apud Xenophontem in Lacedaem. rep. *καὶ γὰρ δὴ ἐπιχώριον ἐν τοῖς φιλιτίοις λέγεσθαι, ὅ τι ἂν καλῶς τις ἐν τῇ πόλει ποιήσῃ.* De iure nigro vide Turnebum Adversarr. 7, 16." *Frc. Fabr.* „Quinque Palatin. Vatican. Fabr. alii *philitiis.*" *Gebh.* „*Philitiis* scriptum est in plerisque Codd. in his Regio, duobus Leidd. Ed. mea vet. Ald. et aliis nonnullis: quare non temere reiiciendum fuit. Meursius in Miscell. Laconn. I. 9. [p. 42—44. Ed. Amst. 1661. 4.] magnum scriptorum numerum laudat, qui ea convivia appellarunt *φιλίτια*, nomen hoc ducentes a *φιλία.* Poterat addere Etymologicum Magnum v. *συσσίτιον.* Veri igitur est simile, ea a Cicerone quoque *philitia* fuisse appellata." *Bouh.* [*καλεῖται φιλίτια, ἐπεὶ φιλίας ἐστὶ συναγωγά.* Etym. M. p. 736. Sylb.] „*Philitia* scripsi: ita constanter Regii Codd. cum pluribus aliis, et sic veteres Edd." *Lallemann.* Ern. in Clav.: convivia [Schütz. egregie *convicia*] Lacedaemoniorum. — Probabile est, verum nomen esse *philitia.* Habet *philitia* Cod. Guelf." Mira est Schützii annotatio, cum Wolfio edentis *philitia*: „Sic, ait, in MSS.

Ubi cum tyrannus coenavisset Dionysius, negavit se iure illo nigro, quod coenae caput erat, delectatum. Tum is,

---

compluribus ex forma scilicet corrupta, sed tamen non inusitata. Vulgo *phiditiis* editur.“ „Plutarch. Lycurg. XII. Cragius de Rep. Laced. p. 57. [p. 34—36. 143—146. Ed. ap. P. Santandr. 1593. 4.] Erasmi Adag. II. 8. 52. [p. 166. sq. ed. Wechel.] Sturz. Lex. Xenophont. in φιλίτιον.“ *Schuch.*

in philitiis] Ita scripsi ex Codd. ab aliis laudatis, nostrisque Reg. Gud. 1. Rehd. Gud. Duisb. Bern. Mon. 1. 2. septem Oxx. Edd. Ven. Alt. et nostr. neque adversantur Codd. Marb. Vind. 1. 2. in quibus est *philiciis*. Mira est lectio Gud. 2. *phylippicis*. Reliqui habent *phiditiis*, Asc. 1. 2. Junt. *phidiciis*. Ex recentioribus nobiscum faciunt FAWolf. Schz. Or. Tbn. et, quem dixi, Lall. — *Videmus* poni pro *videre licet*, docet Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 26. 64. p. 204; quod cum non intelligerent librarii, correxerunt eiusmodi Praesentia. Sic h. l. unus Ox. *vidimus*. In Cod. Mon. 1. est *Ubi cum curamus cenavisset Dyonisius. Mr.*

Ubi cum Tyrannus coenavisset Dionysius] Stobaeus Serm. XXIX. pag. 208. Διονύσιος Λακωνικὸν μάγειρον πριάμενος, ἐκέλευσεν αὐτὸν σκευάσαι τὸν Λακωνικὸν ζῶμον· καὶ σκευάσαντος οὐκ ἤσθιεν· ἤρετο δὲ κατὰ τί αὐτῷ ἥδονται ἀηδεστάτῳ ὄντι οἱ Λάκωνες. Ὁ δὲ οὐκ ἔχειν ἔφη τοῦτον τὰ ἡδύσματα, ἃ ἐκεῖνος ἔχει· (Leg. ἃ ἐκεῖνοι ἐκεῖ) [Wopkens. l. c. p. 113: „Sed duo ista pronomina, τοῦτον et ἐκεῖνος, quae referenda sunt ad v. ζῶμος, sic possunt intelligi, ut priore designetur hoc ius, quod iam Dionysio esset paratum, et posteriore illud, quod Lacedaemoniis parari consuesset.“] διὰ τοῦτο αὐτῷ μὴ ἀρέσαι. Καὶ ὃς ἐπύθετο τίνα εἴη ταῦτα· αὐτὸν γὰρ κελεῦσαι τῷ ταμίᾳ πάντα ἔκπλεα αὐτῷ δοῦναι. Ὁ δ' εἶπεν, ἃ μή ἐστι παρά σοι, πρὸ τοῦ δείπνου πόνοι καὶ τὸ ἐν τῷ Εὐρώτῃ λοῦτρον. Non aliter Plutarchus Instit. Lacon. pag. 236. Videmus autem Ciceronem ab his scriptoribus dissentire; quod etiam dudum notavit Petr. Victorius Var. Lect. lib. IV. cap. 19. Vide et Joan. Meursium Miscell. Lacon. lib. I. cap. 8. *D.*

negavit se iure illo nigro] „Plutarchus in Lycurgo: τῶν δ'ὄψων εὐδοκιμεῖ μάλιστα παρ' αὐτοῖς ὁ μέλας ζωμός.“ *Ursin.* „*Ius* illud *nigrum*, quod ait, ibi *coenae caput* fuisse, a Graecis dicitur esse, quod in consuetudine αἱματία vocabatur. Ex quo suspicamur vel mixto vel incocto atrum colorem iuris illius redditum fuisse: cuiusmodi ius botulorum videmus. Hoc autem ius in mensa Lacedaemoniorum erat praecipuum, ut senes eo cibo acquiescerent plerumque, ut ait Plutarchus nec obsonium aliud desiderarent.“ *Turneb.* Adv. 7, 17. p. 226. „De ζωμῷ μέλανι cf. Athenaeum IX. p. 379. E. coll. III. p. 124. A. Meursii Miscell. Lacon. I. 8.“ *Schuch.* Pro *se iure* est *servire* in uno Ox. In Marb. est *iure illo iurgio, quod. Mr.*

quod coenae caput erat,] „*Caput coenae* est praecipuus missus praecipuumque ferculum coenae. De Finn. II. sermo bonus et lepidus, quo convivae melius et iucundius, quam epulis, pascuntur et fruuntur, *caput coenae* dicitur.“ *Turneb.* l. c. II. 17. p. 57. „Palat. secund. quart. *quod coenae rapuerat.* tert. *cupierat.* Non intelligo.“ *Gebh.* Addo, quod Pareus posuit in Lex. Crit. p. 173 (quia rarissimum est): „Caput coenae dicebatur princeps ac summum ferculum. Sic et Graecis κεφαλὴ δείπνου. Vin. et infr. *Fundus caenae* [ita videlicet est apud Gellium N. A. VII. 18.] Cicero Tusc. V. *Negavit* cet. de Fin. II. [c. 8.] *Semper Laelius bene. Quid bene? dicet Lucilius, cocto, condito. sed cedo caput coenae: sermone bono.* Martialis: [X. 31. 3. sq.]

qui illa coxerat, Minime mirum: condimenta enim defuerunt. Quae tandem? inquit ille. Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis: his enim rebus Lacedaemoniorum epulae condiuntur. Atque hoc non ex hominum
b. more solum, sed etiam ex bestiis intelligi potest: quae, ut quicquid obiectum est, quod modo a natura non sit alienum,

---

— — — mullus, tibi quattuor emptus
Librarum, caenae pompa caputque fuit.

Alexis: *βοτρύδιόν τι χορεῖον ἐν ποτηρίῳ ἐπιπαίζεται· κεφαλὴ γὰρ δείπνου γίνεται.*" In uno Ox. est *quod coenae ceperat*, in alio *quod coenae copia erat*, Mon. 1. omittit *caput erat;* in Gud. 2. est *quod cenae captaverat*, supra lin. *vtve . . . rat.* Duisb. *quod caput coenae erat;* Reg. et Marb. *quod coenae capuerat* (sic): ubi vides reliquorum errorum causam et fontem. Pro *tum is*, Duisb. *tamen is*, unus Ox. *cum is*, tum Gud. *qui ea coxerat. Mr.*

Minime mirum: condimenta] „Rectius sic quinque Palatin. Vatican. ed. Victorii. Vulgo: *minime mirum, inquit.*" *Gebh.* Addunt *inquit* unus Ox. Edd. M. L. Car. Steph. Ald. Boul. Lambb. Goth. Brut. Leod. Sylb. Ex nostris Codd. habent *minime mirum, inquit* Codd. Duisb. Vind. 1. Mon. 1.; *minime, inquit, mirum,* ubi etiam ex sede vaga agnoscis glossam. Duo Oxx. habent *minime rarum.* Vind. 1. omittit *enim.* Marb. habet *deferunt,* unus Ox. *defuerant.* Exempla huiusmodi quaestionis instantis, quae habet vocem *tandem,* sat multa sunt apud Ciceronem. Complura collegit Tursellin. de Particull. h. v. Quod sequitur *inquit,* excidit in Cod. Gud. Cod. Gud. 1. habet *sodor* pro *sudor. Mr.*

Cursus ad Eurotam] Vulgo *ab Eurota.* Sed recte doctissimus Bentleius: Eurotas enim sub ipsis prope Spartae moenibus fluit. Vide Chr. Cellarium Geogr. lib. II. cap. XIII. pag. 768. *D.*

cursus ab Eurota] „Merito correxerunt Bentl. et Dav. *ad Eurotam.*" *Bouh.* et *Lall.*, quorum posterior eam correctionem recepit. „Facilis est correctio *ad Eurotam*, quam fecere Bentleius et Davisius, et sic est alibi. Sed vulgatum verum esse potest. Cursus videtur initium cepisse a ripa Eurotae, ad quam sedebant spectatores." *Ern.* Or. cum Dav. Lall. Wolf. Schz. Nobb. Tbn. recepit *ad Eurotam,* addens, falsam lectionem *ab Eurota* ortam esse ex more Regii, lit. *m* finalem omittendi. Ego vero, nondum inspecta Ernesti annotatione, iisdem, quibus ille, rationibus motus, librorum lectionem restituere in animo habui, non veritus fore, qui me frugibus inventis ad glandes rediisse contendant. Quod vero ex silentio collationis quatuor Codd. Oxonn. aliquis fortasse colligat eos habere *ad Eurotam,* id mihi quidem valde dubium est, neque, nisi aliae auctoritates accedant, ego silentio isti aliquid tribuo. Quod vero est in Mon. 2. *iis* in Duisb. *hiis* pro *his,* id est ex frequenti errore: quamquam in contrariam partem saepius peccatur. Unus Ox. habet *his enim epulis;* Vind. 1. *opes* pro *epulae* cum alio Ox. In uno deest *hoc,* in Duisb. vocula *ex.* In seqq. minus accurate dici *ex bestiis* pro *ex bestiarum,* sed melius, monet W. in scholis. Duo Oxx. pro *potest* habent *licet. Mr.*

ut quidquid obiectum est] „Aut pro *quidquid* legendum est *quid,* aut *quidquid* hic accipiendum pro *quidque*: ut apud Lucretium libro II: *inque suos quidquid rursus revocare meatus;* et libro IV: *semper enim summum quidquid de rebus abundat;* et libro V: *Sic unum quidquid paullatim protrahit aetas In medium.* Possem ex oratoribus loca excitare: sed ego ex latinis locutionibus ubi quid eiusmodi occurrit,

eo contentae non quaerunt amplius. Civitates quaedam uni- 99.

quod sine exemplorum comprobatione durius videatur, libentius poetarum utor auctoritate, quam oratorum: sunt enim poetae certiores linguae latinae testes, propterea, quod metri ratio facit, ut mutationi non tam facile locus sit. quod in oratoribus contra videmus." *P. Manutius.* „*ut quicquid* est i. q. *ut quidque*, quemadmodum alibi docuimus." *Lambin.* „Plura Lucretii testimonia (vocis *quidquid* usurpatae pro *quidque*) congessit Lambinus in suis commentariis in lib. 2. Ciceronis nostri exempla, quae quidem manus audaces, quamvis aegre, effugerint, haec nunc occurrunt: Lib. V. de Fin.: *et quatenus quidquid se attingat, ad seque pertineat, perspicere coepit.* in Verr. 6: *ita odorabantur omnia et pervestigabant, ut, ubi quicquid esset, aliqua ratione invenirent.* pro Cluentio: *sed ut quicquid ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus.*" *Frc. Fabr.* Loci Lucretii sunt II. 956. IV. 146. V. 1387. Lambinum vide ad Cic. ad Att. XV. 8. p. 424. Klein. et ad de Finn. V. 9. 24. p. 457. 2. Klein. Locus Verrin. est IV. 13. 31. legitur vero ibi nunc *quidque.* Or. pro Cluent. est 19, 52. Et hoc quidem loco eoque de Finn. servatur *quidquid* hodie quoque. Add. Epp. ad Famm. VI. 1. prc. ubi ex conjectura dedit Martyni-Laguna *quisque*, Orellius: *quocunque in loco quisquis est*; illum secutus est Schütz. in Ed. min. Et est Epp. Famm. IV. 4: *et ubi quisque sit*, ibi *esse minime velit.* *Mr.*

Ut quicquid *obiectum est*, quod modo *natura*] Lego, *ut* quid *obiectum est, dummodo*, prout Eliens. sec. vel *quod a natura non sit alienum*, quemadmodum Vatic. exhibet. Possis etiam *ut quid obiectum est; modo a natura non sit alienum.* Lucretio quidem, quod notavit Manucius, *quicquid* idem est ac *quidque*; sed id hic loouin non habet. Vide nos ad lib. IV. cap. 19. *D.*

ut quidquid obiectum est] „Ita satis frequenter Cicero. Sic pro Cluent. 19. in Verr. 4, 13: quamquam ibi Gruterus veterum editionum lectionem mutavit. Nihil igitur nostro loco mutare debuit Dav. Ego in Cod. Reg. reperi *ut quidquam.*" *Bouh.* Restitui ego cum omnibus post Dav. Edd. *quicquid*: non enim quemquam habuit ille obsequentem. Quod vero Bouh. ait se reperisse in Cod. Reg. *quidquam*, vel somniavit vir ille (quod nonnunquam ei accidit), vel oculorum aciem habuit obtusam. Qui enim sunt Regio simillimi, Gud. 1. 2. Marb. Rehd., itemque Gud. Duisb. Mon. 1. Oxx. in *quicquid* consentiunt. Solus Mon. 2. cum illo Eliensi sec. Davisii facit: errore ex scriptione VTQVID, i. e. *ut quidquid*, orto. Accedit Manutio Frotscher. ad Quintil. X. 5. 23. p. 184. Orellius in Add. ad h. l. p. 175. ed. pecul. Kühnerus, Ramshorn. Gramm. Lat. §. 160. 2. not. 5. c. p. 374. ed. pr. Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. §. 13. p. 102. nostrum locum in iis ponit, quibus vocabulum *quisquis* ita usurpatum est, ut intelligendum sit verbum substantivum: ita h. l. *ut quicquid obiectum est* dici pro *ut aliquid obiectum est, quicquid est.* Idem laudat Or. pro Cluent. et Epp. ad Famm. locos a nobis laudatos, restituitque de N. D. II. 22. 58: *atque ut ceterae naturae suis seminibus quaequae gignuntur* (h. e. quaequae sunt,) cum Or., ubi ego cupidius Heindorfii coniecturam *quaeque* recepi. Verbum *est* excidit in Cod. Duisb. *Mr.*

quod modo natura non sit alienum] „Palat. quinque *quomodo*. Vatican. *quod a natura non sit al.*" *Gebh.*

quod modo a natura] „Addidi *a* e MS. Guelf. *Quod* malim abesse. MS. idem habet *quando*. Davisius *dummodo.*" *Ern.* Davisianum *dummodo* habent ex nostris Codd. Marb. Vind. 1; *quando* Mon. 2. *quod,*

versae, more doctae, parsimonia delectantur, ut de Lacedaemoniis paullo ante diximus. Persarum a Xenophonte victus exponitur: quos negat ad panem adhibere quicquam praeter nasturcium. Quamquam, si quaedam etiam suaviora natura desideret, quam multa ex terra arboribusque gignuntur, quum copia facili, tum suavitate praestantia! Adde

---

omisso *modo*, quatuor Oxx., *quodammodo* unus Ox., duo alii *quomodo* cum Reg. Gud. 1. 2. quam lectionem ortam esse ex *quod modo* nemo non videt ex pronuntiationis negligentia. Vocem *a*, quae non est in Edd. Gebh. Verb. Gron. Tbn., uncinis inclusit Or. addens abesse eam, si fides collatoribus, a Cod. Reg. et plerisque (sex) Oxx. et saepissime vocem *alienus* apud Ciceronem cum simplici Ablativo construi. Et hoc quidem verum est. Ita Cic. de Div. I. 38. 82: *alienum ducunt maiestate sua*, ubi vid. nostr. ann. p. 188. add. Tib. Gracch. ap. Gell. 7, 19: *alienum dignitate rei publicae*. Sed non minus saepe, sed saepius etiam, scripsit Cicero *alienus a*, neque silentio collationis codicis regii Oxoniensiumque aliquot fidendum videtur. Est certe *a* in Codd. Regio simillimis ceterisque nostris omnibus. Quare uncinis eam voculam liberavi. Solus Cod. Mon. 1. post *a natura* inserit *qua* ante *non*. idem cum Oxon. D. habet *quaerent* pro *quaerunt*. Ad v. *amplius* Handius in Tursellino I. p. 291. sq. monet, nostro loco eam pro substantivo positam intelligi posse *aliud amplius*. In seqq. duo Oxx. cum Vind. 1. 2. habent *universo more*. Vind. 1. in fine periodi habet *dixi* pro *diximus*. Sequitur mox *in Xenophonte* pro *a Xenophonte* in uno Ox. Mon. 1. Duisb. In Rehd. scriptum est *Persarum rex a Xen.*, in Marb. *Xenofonte*. Pro *victus* legitur *iunctus populus* in uno Cod. Ox. *Mr.*

Quos negat ad panem] Hoc tradit Xenophon Cyropaed. lib. I. cap. II. §. 8. Hieronymus in Jovin. lib. II. pag. 367. *Persarum regis Cyri vitam Xenophon octo voluminibus explicat, polenta et cardamo et sale ac pane cibario eos asserens victitare.* Vide sis eundem in Danielis cap. VII. nostrum de fin. lib. II. cap. 28. et Strabonem lib. XV. pag. 1067. Quibus autem de causis arrideret nasturcium, docebit Suidas in *κάρδαμα*. *D.*

quos negat ad panem adhibere quicquam] Cod. Gud. habet *adhibere quicquam ad panem*. „Quod dicitur h. l. *quicquam ad panem*, Graecis est *προσφάγιον* s. *προσόψημα* Cf. Casaubon. ad Athenaeum VII. p. 296. E. ap. Schweighaeus. T. IV. p. 15.“ *Schuch.* — De *nasturtio*, quod Graecis est *κάρδαμον*, vid. Fischer ad Xen. Cyrop. I. 2. 8. p. 14. quem laudat Kühn. Ad rem in seqq. facit etiam Nonius Marcell. p, 395. ed. Mercerii (Lips. Hahn.) qui hunc Varronis locum, ex libro qui inscriptus est Cato s. de liberis educandis, affert: *Persae propter exercitationes pueriles modicas eam sunt consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent, neque emungerentur, sufflatove corpore essent.* — In Cod. Mon. 1. scribitur *nastrutium*. Pergit Gud. 2: *quae inquam* pro *quamquam*; idem *arboribus* pro *arboribusque*. Unus Ox. pro *quam* habet *quod*. In Rehd. scribitur *nascurtium* al. *nascetium*. *Mr.*

cum copia facili, tum suavitate praestantia] „Videtur legendum *tum suavitate praestanti*.“ *Lambin.*

Cum copia facilia, *tum suavitate* praestantia] Ita Cl. Bentleius. Vulgo *facili*; quod si retineatur post reponendum *praestanti*, quemadmodum fecit D. Lambinus. *Dav.*

cum copiâ facili, tum suavitate praestantia] „Commodam habent

siccitatem, quae consequitur hanc continentiam in victu: adde integritatem valetudinis. Confer sudantes, ructantes, refertos epulis, tamquam opimos boves: tum intelliges, qui voluptatem maxime sequantur, eos minime consequi; iucunditatemque victus esse in desiderio, non in satietate. 100.

Timotheum, clarum hominem Athenis et principem 35

---

haec verba sententiam: inutiles igitur sunt virorum criticorum emendationes." *Bouh.* Scripserunt *tum copia* FAWolf. Schz. Or. Tbn. probante Goerenzio ad Cic. de Legg. I. 11. 32. p. 47. Quod falsum esse iam non est quod demonstremus post ea, quae docuit Stuerenburg. ad Or. pro Arch. p. 164. sqq. Quamquam Cod. Bern. ceteroqui non malus, habet illud *tum copia:* repugnant tamen reliqui optimi. Contrarium errorem habet Cod. Marb. exhibens *cum copia — cum suavitate.* Bentleii coniecturam *facilia* (videlicet ut conveniat cum *praestantia*) non receperunt Edd., sed Olivetus, quod, ut concordet cum *facili*, coniecerat Lamb. *praestanti*: et hoc quidem magis, quam illud, placuit Kühnero, qui *a* ex sequenti *adde* adhaerere potuisse existimat. Et est *praestanti* in Ed. quam dixi, Oliveti, et, si fides silentio collationum, in aliquot Oxonn. *Mr.*

Adde siccitatem,] „*Siccitas* est salubritas: nam corpora sicca saluberrima et firmissima sunt, et siccitas oritur e continentia et labore et exercitationibus. *Siccum* corpus est, in quo nihil vitiosi humoris, quod non est pituitosum neque mucosum." *Ern.* Cl. Cic. Add., quem paullo superius posui, Varronis apud Nonium locum. — „Vid. etiam Peerlkamp. ad Musonii reliquias p. 325 sq. coll. Doering. ad Catull. XXIII. 12. in quo loco restituendo virum doctum sequor in Bibl. vet. Lit. et Art. V. p. 78. sq." *Schuch.* Pergit Cod. Rehd. *quae sequitur hanc convenienti in victu.* Duisb. *quae sequitur hanc consequentiam. Mr.*

Confer sudantes, ructantes,] Cod. Mon. 1. *confer suadentes.* Vind. 1. *confer ructantes, sudantes ac epulis refertos.* Duo postrema vocabula transposita habet etiam Vind. 2. In uno Ox. est *ruptantes.* Mox Mon. 1. *tum qui intelliges.* Apud Jo. Valensem in Compendiloquio III. 4. p. 192. b. hic locus ita legitur: „*intelliges,* inquit, *qui voluptates maxime sequuntur, eos minime sequi iocunditatem. quod victus in desiderio, non in satietate est. Unde Thimeum, clarum hominem Athenis, et principem civitatis, ferunt cum cenasset apud Platonem eoque convivio delectatus esset, vidisset Platonem postridie, dixisse, vestrae quidem cenae non solum in praesentiarum, sed etiam postera die iocundae sunt:* — Quasi dicat: Ex cenis vestris non gravatur homo crapula et ebrietate, nec mente impeditur." In Cod. Marb. est *ructantesque,* in eodem et uno Ox. *sequuntur,* in Vind. 1. *sequentur*; Gud. 2. *qui maxime voluptatem sequuntur* Marb. *iocunditatem: qua.* Gud. 2. *victusque esse.* Duisb. *non in satietate sed in desiderio.* Mon. 1. omittit *non,* tres Oxx. vocem *in.* Gud. 2. habet *in sanitate. Mr.*

c. 35. *Timotheum, clarum hominem Athenis*] „Idem refert Plutarchus in Praeceptis Salubribus et Athenaeus lib. 10. Timothei vocem liber MS. ita refert: *vestrae quidem coenae non solum in praesenti, sed et postero die iucundae sunt.*" *Frc. Fabr.* Locus Plutarchi est c. 9. extr. p. 499. Wytt. [p. 18. T. I. 2. Lips.] Locus Athenaei X. p. 32 sq. Schwgh. Scribitur *Thimoteum* in Cod. Marb., *Timoteum* in Mon. 1., *Tymotheum* in Mon. 2; Cod. Mon. 1. omittit *Athenis.* In seqq. post *Platonem* in Gud. 2. legitur *eo quod convivio* et mox

civitatis, ferunt, quum coenavisset apud Platonem, eoque convivio admodum delectatus esset, vidissetque eum postridie, dixisse: *Vestrae quidem coenae non solum in praesentia, sed etiam postero die iucundae sunt.* Quid? quod ne mente

---

vidisset postridie (omisso *que eum*). Unus Ox. omittit *esset*. Rehd. exhibet *vidisseque — et dixisse*. Gud. *eum post triduum*, unus Ox. *eum posteriori die*, Vind. 1. omittit *postridie*. *Mr.*

Vestrae quidem cenae] Duplex erat fama, quod patet ex Athenaeo lib. X. pag. 419. *Τιμόθεος*, inquit, *ὁ Κόνωνος — ἀφελῶς καὶ μουσικῶς ἔφη, ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνοῦντες, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίνονται· Ἡγήσανδρος δὲ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἔφη, ὡς καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ὁ Τιμόθεος ἀπαντήσας τῷ Πλάτωνι εἶπεν, Ὑμεῖς, ὦ Πλάτων, εὖ δειπνεῖτε μᾶλλον εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἢ εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν.* Haec exscripsit Aelianus V. H. lib. II. cap. 18. Plura suppeditabit Petr. Victorius Var. Lect. lib. XVIII. cap. 3. *D.*

Vestrae quidem coenae] „Malim *equidem* (pro *quidem*) ut est in Cod. Reg. duobus Leidd. Ed. mea vetere Ald. aliis.“ *Bouh.* Legitur *verae* in uno Ox. pro *vestrae*, in alio Ox. et Vind. 2. *Tuae equidem*, in uno *tuae quidem*, in duobus, Vind. 1. (ita enim interpretor typographi errorem) Rehd. Gud. Duisb. *Vestrae equidem*, in Gud. 2. *vestrae cenae*, supra lin. addito *equidem*. Marb. omittit *dixisse vestrae*, pergitque *equidem*, Mon. 1. *Verum equidem*. Est praeterea *vestrae equidem* in Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. Junt. Quod de Aldina ait Bouh. id verum non est: neque magis ei credo, *equidem* in Reg. esse dicenti: non enim tantum tacet collatio nostra Codicis Regii, sed nec Gudianus noster ei simillimus habet *equidem*. Nec vero hanc scriptionem Ciceroni obtruserim, qui aliam certe personam, praeter primam, ei voci rarissime, pluralem vero numerum nunquam adiunxisse videtur: quamquam non cum plerisque *equidem* ortum esse contendo ex *ego quidem*, sed Handio assentior, qui de hoc vocabulo optime praecepit in Tursellino II. p. 422. sqq. idque ortum esse ait ex *e* intensivo et *quidem*, ut dicitur *ecastor*; significare autem fere i. q. profecto. Assentiunt qui nuperrime Forcellinum in Germania repetendum curaverunt. *Mr.*

non solum in praesentia] „Fabr. *in praesenti.*“ *Gebh.* Sic etiam Cod. Duisb. et Ed. Lamb. sola. Esse apud Jo. Valensem *in praesentiarum*, qua forma Cicero non usus est, supra monui. De formula *in praesentia* vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 141 145. Quod vero idem vir doctus p. 139. sq. scripsit de formula *impraesentiarum*, quasi neutro adiectivi (*praesentiarus*), quamvis ipse T. III. aliquantulum defendere videatur, aliquando, opinor, retractabit. Quod sequitur *sed* excidit in Cod. Rehd., in uno Ox. est *in praesentium*, omissis duabus vocibus proximis. Duisb. cum Col. habet *et* pro *etiam*: unus Ox. *etiam et in postero die*, Mon. 1. *etiam et in postera die iocundae*. Habet *in postero die iocundae* etiam Cod. Rehd. Pergunt mox *Qui quod* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Duisb. (sed hic supra lin. *quid*). Post *quod* sequitur in Cod. Gud. 2. *veniente quidem*; unus Ox. habet *potatione complecti*, alius cum Marb. *potione complecti*, Vind. 2. *potione oppleti*. In marg. ed. Ven. Alt. ad h. l. adscriptum est: „Horatius:

— — — — *quin corpus onustum*
Hesternis vitiis animum quoque praegravat una,
Atque affligit humo divinae particulam aurae.“

Locus est Sat. II. 2. 77—79. *Mr.*

quidem recte uti possumus, multo cibo et potione completi? Est praeclara epistola Platonis ad Dionis propinquos: in qua scriptum est his fere verbis: *Quo quum venissem, vita illa, beata quae ferebatur, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum, nullo modo mihi placuit: bis in die saturum fieri,*

Est praeclara epistola Platonis] Unus Ox. *et* pro *est*. Pro *epistola* Gud. 1. habet *epistula*. Est haec epistola in Platonicis, quas dicunt, septima, quam genuinam existimasse Ciceronem apparet. Quid nobis de iis statuendum sit epistolis, optime, ut videtur etiam Orellio, docuit Astius (Ueber Platon p. 504. sq.) Habent Codd. Gud. 2. Duisb. Gud. Mon. 1. *Dionisii*, tres Oxx. *Dionysii*, unus *Diogenis*. De hoc loco, ut a Cicerone non plane accurate ex Graecis converso, loquitur Victorius Varr. Lectt. III. 8. p. 57. sq. Locus epistolae Platonicae VII. est p. 326. b. c. Steph. Conf. Alciphron. III. 51. prc. Pro *his fere* legitur *iis fere* in Cod. Mon. 2; *hiis fere* in Duisb. Voce *Quo* Syracusarum urbem esse intelligendam facile intelligitur. Pro *venissem* unus Ox. habet *venisset*. Vox *plena* deest in Cod. Gud. 2. *Mr.*

Quo cum venissem, vita illa beata] Graeca sic se habent: *Ἐλθόντα δὲ με ὁ ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων, Ἰταλιωτικῶν τε καὶ Συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε, δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῇν, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, καὶ ὅσα τούτων ἐπιτηδεύματα ξυνέπεσθαι τῶν βίων.* (Leg. *τούτῳ — τῷ βίῳ*, ut vidit H. Stephanus Lex. Cicer. pag. 41. et ita recte scribitur apud Athenaeum lib. XII. pag. 527.) *ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν οὔτ' ἂν φρόνιμος οὐδείς ποτε γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύναιτο, αὖθ' οὕτως θαυμαστῇ φύσει κραθήσεται· σώφρων δὲ οὐδ' ἂν μελλήσαι* (in Athenaeo *μελήσας*, forsan leg. *μελήσαι*) *ποτε γενέσθαι.* Extant in Platonis Epist. VII. pag. 712. *D.*

Italicarum Syracusiarumque mensarum,] „Non *Syracusanarum*, ut vulgo, edidit Victorius, praeferunt Pall. tert. quart. Fabr. Vatican.“ *Gebh.* Est *Syracusarumque* in Ed. P. in tribus Oxx. Marb. Mon. 2. (*sir.*); *Syracusanarumque*, in Vind. 1. Mon. 1. (*Sir.*) tribus item Oxx. Edd. reliquis ante Gebh. exceptis V. Rob. Steph. Leod. Et scripsit Cic. *Syracusanis mensis* de Fin. II. 28. 92. „Quod dicit *Italicarum*, non ad Italorum omnium, sed ad Sybaritarum mensas spectat, luxu et mollitia insignes. Quare Aristophanes in fragmento, quod servavit Athenaeus XII. 6. iungit, ut Plato, *Συρακοσίων τραπέζας, Συβαριτιδάς τ' εὐωχίας.* Unde ortum erat proverbium Sybaritica mensa. Reliqua fere omnis Italia frugali victu utebatur.“ *Bouh.* „Cf. Athenaeum I. p. 25. e. Mitscherlich. ad Horat. Od. III. 1. 18. Heindorf. ad Platon. Hipp. maj. §. 9. Allatius et Orell. ad Socrat. Epist. p. 176.“ *Schuch.* Add. Erasmi et all. Adagia p. 446. ed. Wechel. in primis p. 460. ubi de *Sybaritica mensa*; p. 461. de *Syracusana mensa*. Zenobii Proverb. V. 87. p. 148. ed. Schott. Diogenian. Prov. I. 2. p. 175. VIII. 7. p. 249. Proverb. metr. 1147. Zenob. Pr. V. 94. p. 149 sq. Prov. ex Suid. XII. 100. p. 537. Prov. metr. 1149. — Pro *mensarum* Cod. Gud. 1. habet *mensuram*. Omittunt *mihi* Codd. Rehd. Gud. Ed. P. Cod. Gud. 2. habet *fore* pro *fieri*. *Mr.*

bis in die saturum fieri] Ad rem cf. Dausquej. ad Sil. Ital. p. 448. ed. Paris. 1618. 4. Ad seqq. Pseudo-Sallust. de Rep. ord. I. 8. 2: *bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere:* ubi vid. Cortius, qui et nostrum locum adhibuit. — In Cod. Duisb. scriptum est *neque* pro *nec*; in Mon. 1. *pernoctare solitum*; idem

nec umquam pernoctare solum; ceteraque, quae comitantur huic vitae; in qua sapiens nemo efficietur umquam, moderatus vero multo minus. Quae enim natura tam mirabiliter temperari potest? Quo modo igitur iucunda vita potest esse, a qua absit prudentia, absit moderatio? Ex quo Sardanapali, opulentissimi Syriae regis, error agnoscitur, qui incîdi iussit in busto,

101. p. 248. a.

---

omittit *quae* habetque *committantur*; duo Oxx. habent *cetera*, omisso *que*; Marb. *comittantur*, Rehd. *communicantur*: nimirum ne Cicero *comitari* iungat cum Dativo, providendum sibi existimavit librarius. Iunxit vero ita supra 24, 68. ubi vid. annott. ubi laudavimus praeter hunc locum, de Rep. II. 24. Tribus igitur locis, non uno, ut scripsit Zumptius Gr. Lat. §. 398. hac utitur constructione Cicero. Pergit Cod. Marb. *in que sapiens*, supra lin. *quae*. Vind. 1. habet *nemo sapiens*, ordine minus probabili. *Mr.*

sapiens nemo efficitur] „*Efficietur* est in MS. et impresso Victorii exemplari.“ *Frc. Fabr.* Non edidisse Victorium *efficietur* animadvertit Or. Neque id habet Rob. Steph. In Gud. 2. scribitur: *non, inquam, sapiens nemo efficitur. Mr.*

sapiens nemo efficietur] „Assensum praebui Lambino, impellentibus praeterea tribus Palat. Fabr. Vatican. At Palatin. quart. *afficietur*. Vulgo *efficitur*.“ *Gebh.* Ante Gebhardum nulla Ed. (praeter P.) Futurum habet: post Gebhardum nemo ad Praesens rediit. Est autem *efficitur* in Cod. Marb. et duobus Oxx.; in reliquis omnibus *efficietur*. In uno Ox. excidit *vero*. *Mr.*

Quae enim natura tam mirabiliter temperari potest?] „Sc. ut utrumque in ea locum habere possit, intemperantia victus et vitae, et prudentia, moderatio animi.“ *Ern.* Unus Ox. *naturam*. Gud. 2. *tam mirabilem temperare potest*. Vind. 1. *temperari tam mirabiliter*. Mon. 1. *tam ammirabiliter*, unus Ox. *tam admirabiliter*, alius *tam mutabiliter*. Mox Gud. *esse potest, a qua absit prudentia, moderatio*, omisso altero *absit*. *Mr.*

Ex quo Sardanapali] „Vid. Athenaeum VIII. p. 336. 337. Tom. III. p. 238. 241 sq. Strabo XIV. p. 989. A. Dion. Chrysost. Or. IV. p. 81. D. T. I. p. 186. Reisk. Baguet. de Chrysippo p. 263 sq. nos aliquando plura ad Diogen. VI. 86. De Sardanapali monumentis adde Schweighaeuseri Animadvv. in Athenaeum Vol. VI. p. 421. ad XII. p. 529. e.“ *Schuch.* Scribitur *Sardanapalli* in Codd. Mon. 1. et Ox. D., in Marb. *Sardāpoli*, in reliquis, si fides collationibus, *Sardanapali*. De hoc rege eiusque nominis scriptione vid. quae larga manu exhibet Baehrius ad Ctesiam p. 424 — 436. Vid. etiam Ang. Maium ad Cic. de Rep. III. 36. p. 408. ed nostr. Lael. Bisciolae Hor. Subseciv. T. I. c. 2. p. 159 — 161. *Mr.*

Opulentissimi Syriae *Regis*] Ursinus scribendum pronuntiat *Assyriae*. Et quidem, si proprie loquamur, Assyriae fuit Rex. Sed usus auctorum facit ut perinde sit, utrum *Syriae* vel *Assyriae* regem dicas; hae enim voces passim synonymae sunt; quod eum fugisse miror. Vide modo Jos. Scaligerum in Anim. Euseb. pag. 25. Joan. Seldenum Prol. ad libb. de Diis Syris cap. 1. cum Beyerianis additamentis, et Interpretes ad Iustini lib. I. cap. 2. Ideo retinenda est Codicum lectio. *D.*

opulentissimi Syriae regis] „Scribendum *Assyriae*. atque hoc ipsum epigramma, quod refert Cicero. *ἀσσυρίοις γράμμασιν* scriptum fuisse Graeci scriptores tradunt.“ *Ursin.* „Corradus in Quaestura

Haec habeo, quae edi, quaeque exsaturata libido
Hausit: at illa iacent multa et praeclara relicta.

---

p. 382. e MS. corrigit *Assyriae*: quod secutus sum: etsi *Syria* interdum pro *Assyria* dicitur apud Graecos et Latinos, ut ad h. l. docet Boherius." *Ern.* Ita videlicet ille: „Merito repudiavit Dav. eorum emendationem, qui corrigebant *Assyriae*. Herodotus enim VII. 63. eos, ait, qui a barbaris appellentur *Assyrii*, a Graecis nominari *Syros*. Idem testatur Strabo principio libri XVI. p. 737. de urbe Ninive et de Sardanapalo loquens. Dixerat idem iam L. II. p. 84: τῆς τε Σεμιράμιδος καὶ τοῦ Νίνου Σύρων λεγομένων. Et Clitarchus, ut refert Athenaeus XII. 7. de Sardanapalo loquens eum *Syrorum* regno spoliatum fuisse refert: τῆς Σύρων ἀρχῆς. Possum complura afferre alia eiusmodi exempla: sed ad Latinos transeo, qui plerumque Graecos sunt secuti. Testimoniis a Davisio allatis adde Q. Curtium V. 1. 35. qui ita de hortis Babylonis: *Syriae regem, Babylone regnantem, hoc opus esse molitum memoriae proditum est.* Ceterum negari nequit Ciceronem alibi de Sardanapalo loquentem, ut de Finn. II. 32. dicere *ille rex Assyriae.* Sed hunc ipsum locum ex nostro emendandum existimo. [Iam ita ex Codd. correxit Or.] Ut vero saepius Assyria nomine Syriae appellata est ita nonnunquam Assyriae nomine Syria significabatur. Sic Achilles Tatius in historiae amatoriae principio: Σιδὼν ἐπὶ θαλάττῃ πόλις· Ἀσσυρίων ἡ θάλασσα. Non igitur errore lapsi sunt Augustinus et Tzetzes Pherecydem Assyrium appellantes: quo nomine eos acriter castigavit ad Tusc. I. 16. [Imo vero merito sunt reprehensi: nec vero ideo, quod Syriae terrae Assyriae nomen indiderunt, sed quod Syrum insulam non a Syria distinxerunt:] Vid. de ea re A. Relandi Palaestinam p. 1012. Quod vero ad Sardanapalum attinet, eius sepulcrum eamque, de qua loquitur Cicero, inscriptionem, vide meam de Sardanapalo dissertationem ad calcem harum annotationum." *Bouh.* Est ea pagellarum LXVIII. et sane digna, quae legatur, sed longior, ita ut ne excerpere quidem liceat eius argumentum. Sed sufficiet legisse, quae Baehrius noster ad Ctesiam l. c. attulit, additis iis, quae sunt in Naeckii Choerilo (Choerili Samii quae supersunt, collegit et illustravit — A. F. Naeckius. Inest de Sardanapali Epigrammatis disputatio. Lips. 1817.) p. 196 — 256. cum Add. *Mr.*

Syriae regis error] Codd. Mon. 1. 2. *Siriae*; Rehd. Vind. 1. *regis Syriae.* Duisb. *insania agnoscitur*; supra lin. *error*, ubi glossa in locum veri vocabuli irrepsit: Ciceronis scriptio glossae vices gerit. Unus Ox. omittit *error.* Mon. 1. habet *incidit.* Vind. 2. *in busto iussit.* Ad usum *Syriae* scribendi pro *Assyriae* laudat Or. Graevium et Oudendorp. ad Sueton. Caes. 22.: *in Syria quoque regnasse Semiramin.* Ad epigramma, quod sequitur, vid. Henr. Steph. Cic. Lex. p. 116. coll. cum p. 199. Arusianus Messius apud Lindemannum in Corp. Gramm. Latt. I. p. 242. laudat verba *ea incidi iussit in busto* ex Cic. de Rep. ubi vid. annot. Pro *exsaturata* in Cod. Marb. scriptum est *exaturata.* Pro *hausit* Gud. 1. habet *ausit*, unus Ox. *exhausit*, alius *multum in* pro *multa et*; Rehd. *clara* pro *praeclara.* Ad locutionem *multa et praeclara* (i. q. multa eaque praeclara) vid. Beier. ad Cic. Lael. 9. 30. p. 51. Ad scriptionem *Syriae* add. Goerenz. ad de Finn. II. 32. p. 280. Kreuser: Vorfragen üb. Homer, seine Zeit u. seine Gesänge I. p. 255 sq. Uterque eam probat. *Mr.*

Haec habeo, quae edi] Apud Diodorum Siculum Bibl. lib. II. pag. 110. Polybium in Excerpt. Peiresc. pag. 22. et Strabonem lib. XIV. pag. 989. sic leguntur:

Quid aliud, inquit Aristoteles, in bovis, non in regis, sepulcro inscriberes? Haec habere se mortuum dicit; quae
102. ne vivus quidem diutius habebat, quam fruebatur. Cur

Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

At apud Athenaeum lib. VIII. pag. 336.

ΚΕΙ͂Ν' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ ΣΥ͂Ν ΈΡΩΤΙ
Τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα ΔΕ͂ ΛΥΝΤΑΙ.

Sic ex antiquis Codd. edidit Is. Casaubonus; at cum alii dent

— τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα ΔΕ͂ ΛΕΙΠΤΑΙ,

ultimam vocem sic scribi debere prorsus existimo; illam enim lectionem defendit versio Ciceronis, ut et Clemens Alexandrinus Strom. II. pag. 491. Dion Chrysostomus Orat. IV. pag. 81. Scholiastes Aristophanis in Aves vs. 1022. Tzetzes Chil. III, 455. et Anthol. Epigr. lib. III. cap. 7. Ibi tamen est,

Τέρπν' ἐδάην, τὰ δὲ πολλὰ etc.

Sed perperam. Plutarchus Tom. II. pag. 646. *Πάνυ δὲ χαριέντως καὶ ὁ Κράτης πρὸς τὸ*

Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύρρισα καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον,

ἀντέγραψε τὸ

Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα καὶ μετὰ ΜΟΥΣΩ͂Ν
Τέρπν' ἐδάην,

unde patet illam scripturam Cratetis parodiae deberi. Vide et Laertium VI. 86. Athenaeus lib. VIII. pag. 337. hanc Chrysippo tribuit

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα καὶ μετὰ ΤΟΥ͂ΤΩΝ
Ἔσθλ' ἔπαθον.

Ibi lege, *μετὰ ΜΟΥΣΩ͂Ν.* Versuum, quos Cicero transtulit, pater est Choerilus, quod discimus ex Deipnosophistae lib. XII. pag. 529. Ad eosdem respicit Suidas in *Σαρδανάπαλος*, dein addit: *ψευδῶς ταῦτα ἐπιγράψαντες· οὐ γὰρ ἔχει ὁ τελευτήσας ἅπερ ἔφαγε καὶ ἔπιεν, ἀλλ' εἰς τὴν δυσώδη φθορὰν ἐκεῖνα πάντα κεχώρηκεν* etc. Ea, quod Kusterum fugit, desumta sunt ex Theodoreti Ther. XII. pag. 179. Vide nostrum lib. II. de Fin. cap. 32. et Augustinum C. D. II, 20. *D.*

Quid aliud, inquit Aristoteles, in bovis, non in regis, sepulcro] Unus Ox. et Marb. *bonis pro bovis*, alius *inscribens* pro *inscriberes*. „Scripsit fortasse hoc Aristoteles in eodem libro, quo illa de Sardanapalo apud Athenaeum T. III. p. 238. Schwgh.“ *Schuch.* Add. quae monet de nostro loco Victorius Varr. Lectt. XXV. 17. p. 696 sq. „Verba *non in regis* mihi suspecta sunt de glossa.“ *Ern.* „Recte Ernestus: quare ea uncinis inclusi.“ *Schz.* Quis non hanc coniecturam reperisse virum doctum miretur, cui arrideat? Quam inepte loquitur Cicero, simulatque illa vocabula deleveris. Quasi vero boum esse soleant sepulcra, iisque inscribi simulacra! Quare gavisus sum, cum, postquam haec dudum in adversaris scripseram, incidissem in haec Wolfii verba in libro, qui inscribitur: Wolfs Darst. d. Alterthums-Wissensch. nebst e. Auswahl s. kleinen Schr. — v. J. F. W. Hoffmann, Lips. 1833. p. 98: „Sine causa in suspicionem adducuntur verba *non in regis*, quae prope necessaria sunt. Sepulcra non exstruuntur bobus.“ *Mr.*

Haec habere se mortuum dicit,] Cod. Mon. 1. *habere mortuum se*, Duisb. cum duobus Oxx. *dixit*, tum Vind. 1. *nec vivus quidem*, Duisb. *vivus ne quidem*. Vind. 1. *habeat diutius*, duo Oxx. Mon. 2. *diutius habeat*, Gud. 2. *qui ne vivus diutius quidem*; unus Ox. *quo fruebatur*. *Mr.*

igitur divitiae desiderentur? aut ubi paupertas beatos esse non sinit? Signis, credo, tabulis, ludis. Si quis est, qui

---

Cur igitur divitiae desiderentur? aut ubi — non sinit?] „Legendum est *sinat.*“ *Ern.* Hoc necessarium non est. Ad *signis* etc. Nissenius: „Sc. desiderantur. Sed interrogationis non eadem, quae responsionis ratio est. Malim igitur: *Cui igitur divitiae desiderentur tanto, uti paupertas beatos esse non sinat? Signis* cet.“ *Desiderantur* solus habet Lamb. et, qui eum sequitur, Frc. Fabr. Cum Nissenio faciunt duo Oxx. exhibentes *cui:* ratio non item. Cod. Gud. habet *Cui divitiae igitur*, Gud. 2. *cui ergo divitiae.* Vind. 1. cum Lamb. *desiderantur.* Idem pergit plane mirifice *aut ubi perypatheticos beatos.* Gud. 2. omittit *esse. Mr.*

Signis, credo, tabulis, ludis.] *In signis* solus Lamb. cum suo Frc. Fabr. „Quidam legi volunt *tabulis pictis*, deleta voce *ludis*, a quibus dissentio.“ *Lamb.*

Signis, credo, tabulis, ludis] Corrupta dubio procul est vox ultima; quapropter sunt qui reponunt, *tabulis pictis.* An Cicero dedit, *signis, credo, tabulis, columnis?* Seneca Epist. LXXXVI. *Quid cum ad balnea libertinorum pervenero? quantum statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum, impensae causa?* Et Epist. CXV. *Nos circa tabulas et statuas insanimus — Nos* (delectant) *ingentium maculae columnarum.* Adi sis et Nonium in *lenis*, ac Quinctilianum V, 13. Probabilis saltem est coniectura. *D.*

signis, credo, tabulis, ludis] „Quidquid dicant Bentl. et Dav.: ego vocem *ludis* corruptam esse non credo. *Ludi* sunt gladiatorum ludi, quos ingentibus sumptibus Romanorum proceres alebant: cf. Flor. III. 20. Val. Max. II. 3. 2. Cic. ad Att. VII. 14. Gell. XII. 5. Gladiatorum certamina nimium amabat populus Romanus, iique felices beatique existimabantur, qui eiusmodi ludos suis sumptibus edere poterant.“ *Bouh.* „Bentleio accedo, cum *ludis* locum non habeat.“ *Lallem.* „*Ludis* intellige de publicis, Circensibus et similibus.“ *Ern.* „Laborant interpretes in voce *ludis*, nec quidquam probabile apud eos invenio. Sive cum Buherio academias gladiatorum intelligimus, quas optimates sustentabant; non pauperes iis aeque frebantur atque divites, aut hi raro in ruribus suis eas videbant: sive cum Ernesto ludos publicos, quos edebant; non soli his divites abundabant, et iis ipsis edendis aliud quid quaerebant quam populus, scilicet, ut huius gratiam aucuparentur. Bentleii *pictis* maxime placet.“ *Nissen.* „*Ludis* sane vix aptum est, propter ea, quae proxime sequuntur. Dav. conj. *columnis.*“ *Schz.* „Rectissime Codd. lectionem vindicavit Bouh.“ *Or.* Idem Or. ad Wolfii scholas, „*Ludis*, ait, immerito suspectum fuit viris criticis: quamvis nobis quidem ea, quae hic iunguntur, non commode convenire videantur. Ipsa orationis concinnitas in asyndeto tres requirit partes. Ceterum ludos Wolfius publicos intelligebat, quorum non minus desiderio flagrabant Romani, quam signorum et tabularum. Et ita quidem rei convenientius intelligi videtur vox *ludis*, quam a Bouhierio factum est.“ Kühnerus quoque sibi displicere ait vocem *ludis*, nec vero vitium librariis esse tribuendum, sed ipsi Ciceroni, festinantius non semel in his libris versanti. Ad *Signis* cet. intellige: *signis — comparandis desiderantur divitiae.* Ita intelligit locum Kühn., Wolfius contra in scholis *ludis* Ablativum esse ait a *delectetur* pendentem: *credo* autem, ut saepissime, *εἰρωνικῶς* dici. Billerb. *Signis*, ait, *tabulis, ludis* sunt ablativi causae, hoc significatu: *propter signa, tabu-*

his delectetur, nonne melius tenues homines fruuntur, quam illi, qui iis abundant? est enim earum rerum omnium nostra urbe summa in publico copia. Quae qui privati ha-

---

las, ludos. Et hoc quidem mihi fieri non videtur posse: quare ita accedo Wolfio, ut scribendum videatur oratione quasi pendente: *Signis, credo, tabulis, ludis — si quis est, qui his delectetur,* cet. Ceterum scribitur in uno Ox. *signis, credo, talibus ludis,* in alio *Signis, credo, talibus ludi:* absorpto *s* ab initiali vocis sequentis. *Qui iis* est in Cod. Mon. 2. Edd. S. E; *qui hiis* in Duisb. Cod. Gud. 1. habet *delectatur,* sed supra lin. ab ead. m. *e* adpictum est. *Mr.*

nonne melius tenues homines fruuntur,] Cod. Vind. 1. *tenues homines melius*; duo Oxx. *feruntur.* Dedi autem *qui iis abundant* ex Cod. Mon. 2. Edd. S. E. (pro *his*), quae scriptio hoc mihi loco aeque necessaria visa est, ut paullo ante *qui his delectetur.* Pronomen plane omittit Gud. 2. qui cum Marb. et Mon. 1. scriptum habet *habundant.* Duisb. solus habet *quam qui illis habundant.* Habent *earum omnium rerum* Edd. fere omnes: sed *earum rerum omnium* tacite edidit Dav. recteque recepit Or. Habent enim eum ordinem Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Rehd. Vind. 1. Mon. 1. Bern. In Vind 2. est *omnium earum rerum,* et ita etiam Duisb. Gud. *Mr.*

nostra in urbe summa in publico copia] Expungunt prius *in* Palat. tert. quart. quint. et videtur omnino supervacuum." *Gebh.*

Nostra urbe] Vulgo *nostra* in *urbe.* Praepositionem non agnoscunt Pall. tres, Reg. Pithoean. Med. Bak. et Balliol. *D.*

nostra in urbe] „Praefert Dav. *nostra urbe,* aliquot Codd. obsecutus, quibus accedunt duo Leidd. et Ed. mea vet." *Bouh.* „Verissima est lectio *nostra urbe,* optimis auctoritatibus munita. *Nostra urbe* dicitur, ut *Carthagine, Narbone, Athenis.* Reiicienda h. l. est praepositio etiam propter sequens *in publico.* Scriptio vulgata, *nostra in urbe,* Grammaticorum est: sed falsam etiam habet ἔμφασιν. Quam ut tolleret Wolfius, correxit *in nostra urbe,* quod recepit Schützius." Or. Idem probat Kühn. Or. vero ad Wolfii scholas iam se desiderare exemplum eius locutionis ait, quod plane conveniat: habere Codicem Duisb. *in nostra urbe,* facileque absorberi potuisse *in* praecedente *m.* Mihi videtur scriptum *nostra urbe* ad analogiam locutionis *media urbe,* quae est Liv. 1, 33. et *tota urbe,* quam habet Liv. III. 27. Ceterum legitur *nostra urbe* in Codd. Reg. Gud. 1. (a l. m. erat *nostrae*) Gud. 2. Marb. Mon. 1. 2. Vind. 2. Rehd. Gud. Bern. sex Oxx. Edd. P. Dav. Or. In Cod. Vind. 1. legitur, ut W. correxit, *in nostra urbe. Mr.*

summa in publico copia.] „In templis, foro, porticibus, qua signa et tabulas. Pro *privati* malim *privatim,* ut opponatur verbis *in publico.*" *Ern.* Recepit Or. Ernesti coniecturam *privatim,* ut iam pridem edidit Lamb. et habet unus Ox.: „*privati,* dicens, significat: nullos magistratus quum maxime gerentes: quum h. tamen l. de rebus *privatim,* non publice, possessis manifesto sermo sit." Probat factum rationemque Kühnerus. Ego vero in illa unius Cod. Ox. scriptione mihi glossam, non ineptam illam, sed glossam tamen, deprehendere dudum sum visus, antequam in libro, quem paullo superius laudavi, hanc Wolfii annotationem legissem: „vana est coniectura *qui privatim habent.* Rectum est *privati.* Quod quisque habet, habet *privatim.* Inepte id dictum foret." In Cod. Gud. 2. legitur *quamque privati habent.* Pro *nec* Cod. Mon. 1. et Ox. D. habent *non,* quia non concoquebant librarii structuram *nec — et,*

bent, nec tam multa, et raro vident, quum in sua rura venerunt: quos tamen pungit aliquid, quum, illa unde habeant, recordantur. Dies deficiat, si velim paupertatis causam

---

minime tamen infrequentem Ciceroni; vid. nos ad Cic. de Rep. VI. 21. extr. p. 498. Plura dabunt Indices ad C. Boieri Scriptorum Cic. Edd. p. 60. v. *Nec.* Adde, quae nos posuimus supra ad l. 4. 7. In uno Ox. est *ne*, quod ortum est ex compendio *nc.* *Mr.*

quum in sua rura venerunt:] „Sic quatuor Palat. (nam in quinto haec omissa sunt,) et Fabr. Vulgo *venerint.*" *Gebh.* Omnes Edd. ante Gebh. excepta P., *venerint.* Sed Codd., ut videtur, omnes *venerunt:* neque quisquam, post Gebh., ad prius vulgatam rediit. Solus Cod. Vind. 1. una syllaba auctior *pervenerunt.* Unus Ox. *iura* pro *rura.* *Mr.*

pungit aliquid, quum, illa unde habeant, rec.] „Sc. quia saepe quaedam per furta et alias malas artes habebant, ut Verres apud Ciceronem." *Ern.* Cod. Mon. 1. *pugnit.* Vind. 1. *recordentur.* *Mr.*

Dies deficiet] „Palatin. tert. Vatican. *deficiat.* Alii ex coniectura dies me deficiet." *Gebh.*

Dies deficiat] Sic Pal. tert. et Vatic. ac ita Latinitati consulitur. Vulgo *deficiet.* *D.*

Dies deficiet] „Ita Ed. mea vet. et Codd. nostri omnes: neque quisquam cum Dav. facit." *Bouh.* „*Deficiat* edidi. Sic enim alibi Cicero, et sic libri plures scripti et Edd. vett." *Ern.*

dies deficiat, si velim] Restituit Or. *deficiet* ex Cod. Reg. et aliis plerisque et Edd. ante Ern. excepta Dav., laudans Garaton. ad Or. pro Coelio p. 433. et Addenda sua ad Opp. Cic. Vol. II. P. II. p. 639. Sed neque Garaton. improbavit Ernesti emendationem, sed subdubitare tantum se dicit, an necessario emendatus sit locus; et quem laudat Or. l. c. locum de Finn. II. 19, is ad nostrum plane nihil facit, cum alia eius sit ratio et structura. Est ibi enim: *si nostros colligere coepero, perficiam illud quidem, ut — tradat — sed dies me deficiet.* Eo enim loco post Futurum exactum legitimum est Futurum: nostro loco, quo sequitur *si velim*, non minus legitimus est Coniunctivus: fuitque ex eo locus Cloelianae corrigendus, quod fecit ipse Or. Est enim ibi 12, 29. *dies iam me deficiat, si — coner*, ut primus dedit Ern. Quod vero ait Or. l. c. similiter Graecos dicere et ἐπιλείψει et ἐπιλείποι ἂν με ἡ ἡμέρα, id ita verum est, ut utrumque dicatur, suo loco, pro scriptoris consilio. Nostro autem loco accedit auctoritas non contemnenda Codd. Gud. 1. 2. et unius Ox. cum duobus Gebhardi, Edd. Dav. Ern. Wolf. Schz. Nobb.; *dies me deficiet*, habet unus Ox. Edd. Lamb. Oliv. Lall., unus Ox. *dies deficient.* Nostro loco plane similis et nequaquam controversus est locus Verr. II. 21. 52: *Nam me dies, vox, latera deficiant, si hoc nunc vociferari velim.* *Mr.*

Dies deficiat,] „De N. D. III. 32: *dies deficiat, si velim numerare,* ibiq. Davis. p. 664. ed. Crzr. et Moser. Sallust. Jugurth. 42. extr. *tempus, quam res, maturius me deseret.* Isocrates Demonic. p. 3. ed. Lang. p. 5. T. II. Bekker. ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος. Plato Menex. p. 399. Bekker. πολλαὶ γὰρ ἂν ἡμέραι καὶ νύκτες οὐχ ἱκαναὶ γένοιντο τῷ κατὰ πάντα μέλλοντι περαίνειν. Lysias Epitaph. init. Isocrat. in Archidam. §. 34. p. 203. Lang. Iuncus de Senectute apud Stobaeum T. III. p. 449. ed. Gaisford. Cf. Wetsten. ad Epist. ad Hebraeos XI. 32. Wyttenbach. in Bibl. Crit. III. 2. p. 45. Jakobs. in Athenaeum p. 124. 125. 339. Boissonad. ad Philostrati Heroic. p. 440." *Schuch.* Loco ex L. III. de N. D. 32. laudato quatuor Codd.,

defendere. Aperta enim res est, et quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus.

36 103. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? Vide, ne plus commendatio in vulgus et haec, quae expetitur, gloria molestiae habeat, quam voluptatis. Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculae, ut mos in Graecia est, insusurrantis-

---

nec tamen optimi, item habent *deficiet*: vid. nostr. annot. l. c. Recte autem *dies deficiat* explicat Gernhard. Commentat. Gramm. IV. p. 8. ad eum locum: *Vereor ut dies sufficiat: certo enim id nescio.* Add. eundem ad Cic. Lael. XI. 38. p. 85. *Mr.*

si velim paupertatis causam defendere] Cod. Vind. 1. *si vellem*: adversante ratione grammatica. Pergit unus Ox. *paupertatibus causas.* Mox alius *non* pro *nos*, unus deinde *paucum quam parvum*: perperam lecto ultimarum syllabarum compendio. *Mr.*

c. 36. *Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam*] Unus Ox. *Non igitur*, alius *unde igitur*; Vind. 1. *atque humilitas*; sequens *aut* omittit Cod. Mon. 1; eius loco in uno Ox. est *autem*. Cod. Duisb. habet *prohibebit beatum esse*, duo Oxx. *prohibet*, Gud. 2. *perhibebit*. Quae sequitur locutio *in vulgus* pro *apud vulgus*, Ciceroni satis familiaris est. Ita supra II. 26. 63: *in vulgus insipientium opinio valet honestatis.* Epp. ad Att. II. 22: *in vulgus gratum esse.* Mox Gud. 2. *gloria magis molestiae*, unus Ox. *plus quam voluptatis. Mr.*

Leviculus sane noster Demosthenes,] „Est in uno Cod. Leid. *sane videbitur Demosthenes:* quae fortasse vera est lectio.“ *Bouh.* „*Noster* non est in MS. aliquo Leid. placet Buherio et mihi deleri.“ *Ern.* Rectius dixisset Ernestus: non debebat probare Bouhierius glossam, qua vera Ciceronis manus extrusa est. — *Noster* dicit *Demosthenes*, quia eius orationibus lectitandis familiaritatem quasi cum eo contraxerat. Eandem habet glossam *videtur*, eodem vocabulo omisso, noster Mon. 1. cum duobus Oxx. Pro *Leviculus*, quod vocabulum videtur Cicero procudisse, neque alio praeterea loco usurpasse, unus Cod. Ox. habet *leniculus*. In Mon. 1. scriptum est *Demostenes*, in Marb. *Demoschenes*. In Gud. 2. inverso ordine est *noster sane*. Tum Rehd. *illo sursuro*. Post *dicebat* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. et unus Ox. habent *quam* pro *aquam*, Cod. Rehd. *quem*, duo Oxx. eam vocem plane omittunt. Unus Ox. exhibet *ferentes*. *Mr.*

Leviculus sane noster Demosthenes] Scholiastes ad Persii Sat. I, 28. *Hic requiritur historia Demosthenis, qui cum transiret, et a mercenario tabernae digito demonstraretur, fertur laetatus esse, quod ab ignobilibus sciretur.* Id cum nostro levitatis incusat Aelianus V. H. lib. IX. cap. 17. *Κουφότητα ἔοικε κατηγορεῖν οὗτος ὁ λόγος, ὁ λέγων περὶ Δημοσθένους, ὅτι ἄρα τύφου αὐτὸν ὑπεπλήρουν καὶ οἱ ὑδροφοροῦντες, εἴποτε, παριόντος αὐτοῦ, ὑπὲρ αὐτοῦ τι ψιθυρίσαιεν.* Plinius tamen *Demosthenem iure laetatum esse* censet, *quod illum anus Attica ita demonstravit*, Οὗτός ἐστι Δημοσθένης. Vide lib. IX. Epist. 23. *D.*

insusurrantisque] Mon. 1. et Ox. D. *insusurrentisque*, Gud. 2. *insurrantisque*, unus Ox. *insusurratisque*. Ad v. *Hic est ille Demosthenes* cui non in mentem veniat Horatii illud (Od. IV. 3. 22.) *quod monstror digito praetereuntium* cet. ubi vid. Mitscherlich., qui et alios laudat locos et Persii versum notissimum, Sat. 1. 28: *At*

que alteri, *Hic est ille Demosthenes.* Quid hoc levius? At quantus orator! sed apud alios loqui videlicet didicerat, non multum ipse secum. Intelligendum est igitur, nec glo- 104.
riam popularem ipsam per sese expetendam, nec ignobilitatem extimescendam. *Veni Athenas,* inquit Democritus, *Neque me quisquam ibi agnovit.* Constantem hominem et

---

pulchrum est digito monstrari et dicier: *Hic est.* Cf. Martial. V. 13. 3. IX. 98. 3. Verba *Quid hoc levius* desunt in Codd. Gud. et Gud. 2. In Mon. 1. est *Qui hoc levius? Ac quantum orator.* Mireris autem, neminem praeter Nobb. et virum doctum, qui Ed. Tbn. curavit, non interrogandi, sed exclamandi, signo distinguendum esse vidisse post *orator.* Pro *at* est *aut* in duobus Oxx., quorum unum cum Duisb. omittit *sed.* Rehd. habet *loci* pro *loqui*, idem cum Gud. 2. omittit *videlicet.* Mon. 1. habet *didiceret.* Rehd. *non multum esse secum*: quod est correctoris sibi in Cicerone corrigendo placentis, qui fortasse de illa Persii (Sat. IV. extr.) sententia cogitaret: *Tecum habita,* vel de Horatiano illo, Sat. I. 3. 34 sq. *te ipsum concute* (i. e. excute, explora.). Ad v. *apud alios loqui* confert Beroaldus hosce Sidonii Apollinaris hendecasyllabos:

Qui Pandioniam movebat arte
Orator caveam tumultuosus:
Seu luscum raperetur in Philippum,
Causam seu Ctesiphontis actitaret:
Vir semper popularitate crescens,
Et iuste residens in arce fandi. Mr.

Intelligendum est igitur,] Cod. Rehd. omittit *igitur.* Pergit Mon. 2. *ne* pro *nec*, Duisb. *neque.* Ad v. *sese* Gebh. „Inserui, ait, alterum *se* ex MSS. Palat. quatuor." Veteres nimirum Edd. (excepta P.) ante Gebh. habent *per se exp.* In marg. Lambb. et Goth. est coniectura *per se esse expetendam*, quam, ut suam, recepit Dav. in Ed. 2. In tertia ad Codd. optimorum lectionem cum Gebh. se applicuit; quem postea omnes secuti sunt. Simplex *se* habent Codd. Mon. 2. Rehd. Duisb. Habent *Veni, inquit, Athenas* Cod. Vind. 1. Edd. vett. ante Gebh. omnes, exceptis Vict. et Lamb., et, quae has expresserunt, Rob. Steph. Herw. 1540. et Frc. Fabr. In Mon. 2. scriptum est *Demochritus. Mr.*

Neque me quisquam ibi agnovit.] „Delenda particula *ibi*, quae non est in veteribus libris: atque hanc scripturam confirmant Graeca etiam verba apud Laërtium: ἦλθον γάρ, φησι, πρὸς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἐγίνωσκε." *Ursin.* „Adverbium *ibi* abest ab antiquo et satis fideli exemplari, ut Victorius in Var. Lect. XIX. 22. testatur." *Frc. Fabr.* In marg. Lambb. et Goth. dicitur abesse *ibi* ab omnibus vett. Codd. nec agnoscere eam vocem Lambinum. Sed non omisit eam Lamb. in Ed. 1566. „Recte Lamb. [v. quae modo posui] et vet. Cod. ignorant *ibi*, quod neque in Palat. pr. tert. agnoscitur. Vid. Victor. XIX. 22. Palat. quart. *neque me quisquam ibi ignovit.*" *Gebh.* Dav. in Ed. 1. *Neque me quisquam agnovit:* addens: „Petrens. noster cum vulgatis habet *ibi agnovit.* Sed istam particulam vacare satis ostendunt ipsa Democriti apud Diog. Laërt. verba, ne Norvic. memorem aliosque MSStos, qui hoc adsumentum nesciunt." In Ed. autem sec. dicit (non recepto *ibi*): „Sic Pall. pr. tert. et Eliens. sec. Plerique vero MSS. dant, *neque me quisquam ibi* agnovit. Parum [i. e. *non multum*] sane refert, utro legamus modo: rationi receptae favent Graeca: οὔτις με ἔγνωκεν." *Mr.*

b. gravem! qui glorietur a gloria se afuisse. An tibicines, iique qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerosque moderantur: vir sapiens, multo arte

---

Veni Athenas — neque me quisquam ibi agnovit] Sic Reg. Pithoean. Med. aliique plures Mssti. Vulgo deest *ibi*. Graece *Ἦλθον εἰς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκεν*. Vide Diogenem Laertium IX, 36. Demetrius tamen Phalereus Democritum negat Athenas venisse, quod prodidit idem §. 37. Si tamen aliis fides, Democritus *Athenis compluribus annis moratus — ignotus illi urbi vixit, quod ipse in quodam volumine testatur.* Verba sunt Valerii Maximi lib. VIII. cap. 4. ext. *D.*

Neque me quisquam agnovit] „Recte Dav. restituit *ibi*, quod est in Cod. Reg. duobus Leidd. Ed. mea vet. etc. In nonnullis tantum est ante *quisquam*, in aliis sequitur eam vocem." *Bouh.* „Voculam *ibi* post *quisquam*, quam non agnoscunt Codd., *erasimus*." *Lall.* „*Ibi* addunt MSS. plures, etiam Guelf." *Ern.* Restituit Ern. eam particulam. *Mr.*

neque me quisquam ibi agnovit] Omisit *ibi* (cum Gebh. Lall.) Wolfius in Ed. 1, indeque Schz. Koel. Billerb.; restituit W. in Ed. 2. sed uncinis inclusum: et sic ediderunt Kühn. Or. Nobb. Tbn. Ego cum Dav. in Ed. 2. non multum referre existimo, utro legamus modo. Sed addendum censui ex Codd. Reg. [qui habet *ibi* certissime, quamvis collatio nostra taceat] Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. [hic ante *quisquam*] Rehd. [*quisquam ibi me*] Gud. Duisb. Bern. Vind. 1. 2. octo Oxx. Edd. (exceptis iis, quas dixi) omnibus. In Vind. 1. est *nec me ibi qu.* Sequitur in uno Leid. *Praestantem hominem*: in uno Ox. excidit *et gravem*; alius pergit *igitur glorietur*, Mon. 1. *qui gloriatur*; Duisb. et unus Ox. *ab Gloria.* Rehd. omittit *se*, quod in tali structura haud raro abest; vid. nos ad Cic. de Div. I. 54. 124. Add. Hand. ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 13. A. Matthiae Verm. Schrr. p. 57. Beier. ad Cic. Or. pro Scauro Frgm. p. 126 sq. et ad Cic. de Off. III. 26. 98. p. 367. *Mr.*

a gloria se afuisse] „Ita vett. duo Codd. ita Lambin. monuique in Crepundiis [II. 5. p. 69. p. 418. ed. Schminckii.] Sic Ovidius: *nec Chaonis afuit arbor.* Sic Curtius: *pluribus curam, omnibus afuisse fortunam*; lib. 3. Vulgo *abfuisse*." *Gebh.* Omisit Gebh. in lemmate annot. *se.* Locus Ovidii est Metam. X. 90. Curtii III. 4. prc. utroque vero loco plerique habent *abfuit* et *abfuisse*, et hoc quidem Baumstark. in Ed. Curtii, Stuttg. 1829. Ceterum nostro loco fluctuant Codd. inter utramque scriptionem. Ante Gebh. edidit *afuisse* Lamb. ex duobus Codd. ut dicitur in marg. Lambb. et Goth. ex nostris accedunt Reg. (ut veri est simillimum) Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Probant eam scriptionem Pareus in Lex. Crit. p. 61. Lambin. ad Hor. Sat. I. 4. 101. ad Nep. Con. I. 2. ad Cic. Ac. II. 1. 3. Drakenb. ad Liv. IV. 12. XXVI. 41. Heindorf. ad Hor. l. c. Unus contradicit Lambino vir doctus, cui obloqui periculosum est. Quare eum missum facimus. In seqq. pro *iique* ii libri habent *hique*, qui alibi pro *ii* habent *hi*. Duo Oxx. exhibent *hi*, omisso *que*. Ex Edd. tres tantum habent *hique*, S. E. et Dav. Hic nimirum ex Cod. Reg. In seqq. Cod. Marb. *numerososque* pro *numerosque*. G. *numerosque arbitrantur sive moderantur*. Aberraverat nimirum scribae oculus ad antecedens *arbitrio*; quod cum, nondum absoluta vocis scriptione, animadvertisset, callide, ne litura deformaret codicem, sibi Ciceroniique consulere visus est homo semidoctus scribendo, ut scripsit. Unus Ox. *moderatur*. *Mr.*

maiore praeditus, non, quid verissimum sit, sed quid velit vulgus, exquiret? An quicquam stultius, quam, quos singulos sicut operarios barbarosque contemnas, eos aliquid putare esse universos? Ille vero nostras ambitiones levitatesque contemnet, honoresque populi, etiam ultro delatos, repudiabit: nos autem eos nescimus, antequam poenitere coepit, contemnere. Est apud Heraclitum physicum de 105.
principe Ephesiorum Hermodoro: Universos ait Ephesios

---

multo arte maiore] Unus Ox. omittit *arte*; Duisb. habet *multo maiore arte*. Videlicet non concoquebat librarius insolentiorem paullo verborum ordinem, vere Ciceronianum. Vid. O. M. Müller. ad Cic. pro Sext. 23, 52. Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 12. 41. p. 366. Plane similis nostro est locus de N. D. III. 27. 69: *sed multo vita communis maioribus*. Add. O. M. Müller. Cur. Secund. ad Cic. pro Sext. p. 65 sq. Pro *non* Cod. Gud. 2. *num*; unus Ox. *qui* pro *quid*; alius omittit *velit*. Ed. P. *exquireret*, Cod. Mon. 1. *exquiretur*, Gud. 2. *exquirat*. In Cod. Duisb. ponitur *vulgus* ante *velit*. Est etiam *num* pro *non* in Cod. Rehd. sed supra lin. additum: *al. non*. In seqq. unus Ox. omittit *barbarosque*; Mon. 1. habet *operariosque*, omisso *barbaros*. *Mr.*

An quicquam stultius, quam quos singulos] Egregium hoc monitum Socrati debetur, qui Alcibiadem, in concionem populi prodire veritum, ita excitavit: *Οὐ καταφρονεῖς, εἶπε Σωκράτης, ἐκείνου τοῦ σκυτοτόμου; τὸ ὄνομα εἰπὼν αὐτοῦ. Φήσαντος δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου, ὑπολαβὼν πάλιν ὁ Σωκράτης, ἔτι δὲ ἐκείνου τοῦ ἐν τοῖς κύκλοις κηρύττοντος, ἢ ἐκείνου τοῦ σκηνοβράφου; Ὁμολογοῦντος δὲ τοῦ Κλεινίου μειρακίου, οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὁ δῆμος Ἀθηναίων ἐκ τούτων ἤθροισται· καὶ εἰ τῶν καθ' ἕνα καταφρονητέον, ἆρα καὶ τῶν ἠθροισμένων.* Similia Charmidae dixisse Socratem refert Xenophon Memor. lib. III. cap. VII, 6. Vide et Laertium II, 34. *D.*

An quicquam stultius — universos?] Quem Graeci scriptoris de Alcibiade, non nominato auctore, exscripsit Dav. locum, is est apud Aelian. V. H. II. 1. Ad v. *aliquid* Graeco more, ut *τι* saepius, positam pro: *quod* (vereri) *operae pretium sit*, conf. quae supra posui ad I. 20. prc. Scripsi autem *aliquid putare esse* ex Codd., cum sine librorum auctoritate ediderint *esse aliquid putare* Ern. Wolf. Schz. Nobb. Ceterum *esse* abest a Cod. Gud. 2. Ad *ille vero* Ern. intelligendum esse ait *vir sapiens*, et ad *levitatesque* Genitivum *ambitionum*; sapienti autem illi opponi ait Kühn. *nos autem*, sc. qui non sapientes sumus. Pro *nostra* in Cod. Mon. 1. est *nā*, quod alibi significat *natura*. Rehd. habet *honores quoque populi*. Gud. 2. omittit *levitates*, nec vero *que*: idem cum Marb. habet *ultra* pro *ultro*; Gud. 1. *repudiat*. Vind. 1. omittit *eos*. *Mr.*

antequam poenitere coepit] „Tum autem poenitebit, cum gloriam invidia et odium insecuta fuerint. Eo Hermodori exemplum pertinet.“ *Nissen.* Duisb. habet *contemnere antequam penitebit* (sic), supra lin. *penitere cepit* (sic). Rehd. et Vind. 1. *coeperit*: nimirum, ut, quod necessarium videretur correctori, post *antequam* sequatur futurum exactum. *Mr.*

Est apud Heraclitum physicum] Tres Oxx. *Est autem apud*. Mon. 1. *Heraclium*, Marb. *Eraclitum*, uterque *phisicum*. Mon. 1. *Ephese orum Hermodo*. Unus Ox. omittit *Hermodoro*. De eo, quod hic exponitur, Heracliti dicto vid. Schleiermacheri librum: *Herakleitos* der dunkle in Wolfii Mus. d. Alterth. Wissensch. I. p. 480 sq.

esse morte multandos, quod, quum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sint: *Nemo de nobis unus excellat: sin*

Verbum *ait* in Ed. 2. delevit Dav.: deletum probabat Ern.; neque quisquam, opinor, hoc verbum, si abesset, desideraret. Sed qui *ait* ferri posse negaret, nimius esset, neque optimorum scriptorum usum respiceret: de quo vid. Ruhnken. ad Rutil. Lup. I. 5. p. 20. Ochsner. ad Cic. Eclog. p. 379. ubi consimile est exemplum ex Cat. maj. 3: *Themistocles fertur Seriphio cuidam — respondisse — —: Nec, Hercule, inquit, si ego Seriphius essem cet.* Commode monet Kühn. *ait* dici h. l., non *inquit*, quia oratione obliqua, non recta refert Cicero Heracliti dictum, laudatque Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 116. qui locus est Ed. 3. p. 139. *Mr.*

Universos ait Ephesios] Diogenes Laertius lib. IX. §. 2. *Καθάπτεται δὲ (Ἡράκλειτος) καὶ τῶν Ἐφεσίων, ἐπὶ τῷ τὸν ἑταῖρον ἐκβαλεῖν Ἑρμόδωρον· ἐν οἷς φησιν, ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσι, καὶ τοῖς ἀνήβοις τὴν πόλιν καταλιπεῖν, οἵ τινες Ἑρμόδωρον ἑαυτῶν ὀνηϊστὸν ἐξέβαλον, λέγοντες, Ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνηϊστὸς ἔστω· εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων.* Iis, quos laudavit Menagius, addatur Stobaeus Serm. XXXVIII. pag. 236. *Ἐφ' ᾧ (Ἑρμοδώρῳ) καὶ Ἡράκλειτος, ὅτι ἔφυγεν, ἡβηδὸν ἐκέλευεν Ἐφεσίοις ἀπάγξασθαι.* Hac de re corruptus est Iamblichi locus, quem frustra, sicut puto, tentarunt alii. Is sic se habet vit. Pyth. §. 173. ubi loquitur de Legislatoribus Pythagoreis: *Οὐ γάρ, καθάπερ Ἡράκλειτος, γράψειν Ἐφεσίοις ἔφη τοὺς νόμους, ἀπάγξασθαι τοὺς πολίτας ἡβηδὸν κελεύσας.* Mihi rescribendum videtur, *οὐ γάρ, καθάπερ Ἡράκλειτος γράψειν Ἐφεσίοις ἔφη τοὺς νόμους, ἀπάγξασθαι τοὺς πολίτας ἡβηδὸν ἐκέλευσαν.* Mutatio certe minima fit et sensus exurgit commodus. De re ipsa vide Aristotelem Polit. III, 13, 17. *D.*

esse morte multandos,] *Esse* omittunt Codd. Gud. Vind. 1. et unus Ox. In Mon. 1. scriptum est forma minus usitata *mulctandos.* Idem pergit cum Gud. *qui*, pro *quod*, quibuscum consentiunt etiam duo Oxx. Et est nonnunquam pronomen relativum *qui* causale. Sic ad Famm. XVI. 1. 1: *peccasse mihi videor, qui a te discesserim.* Vid. Goclenii Obss. L. L. p. 192. In Cod. Duisb. est *quo* pro *quod.* Gud. 2. omittit *quum*; Vind. 1. pergit *e civitate.* Ad v. *Hermodorum* FAWolf. in scholis: „*Quarum* (legum XII. tabularum) *ferendarum auctorem fuisse decemviris Hermodorum quendam Ephesium, exulantem in Italia, quidam retulerunt.* Pomponius de Orig. Iuris: Digest. I, 2. 2. cf. Plin. H. N. 34, 5.“ Iam v. X. C. E. Lelièvre Commentat. de Legum XII. Tabb. Patria (Lovanii, 1827. 4.) p. 17. *Mr.*

Ita locuti sint] Sic Reg. Vulgo *sunt. D.*

ita locuti sint] „Recte Dav. *sint* pro vulgata *sunt.* Et ita aliquot MSS.“ *Bouh.* Nemo ante Dav. dedit *sint*, nemo post eum *sunt*, nisi quibus a Grutero recedere religio fuit. Et habent *sint*, praeter Reg. teste Dav., Gud. 1. (ex corr. eiusd. m.) Rehd. Marb. *Mr.*

Nemo de nobis unus excellat] „Graeca verba, quae Heraclitus pronuntiavit, recitat Strabo lib. XIV. Cum enim Ephesios claros viros numeraret, inquit: *καὶ τῶν παλαιῶν Ἡράκλειτός τε ὁ σκοτεινὸς καλούμενος, καὶ Ἑρμόδωρος, περὶ οὗ αὐτὸς οὗτός φησιν· ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵ τινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑαυτῶν ὀνήϊστον ἐξέβαλον, φάντες· ἡμέων οὐδὲὶς ὀνήϊστος ἔστω· εἰ δὲ μή, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων.* Eadem fere leguntur in vita Heracliti apud Laërtium.“ *Victorius.*

Nemo de nobis unus excellat] Ad rem cf. A. Schotti Adagialia

quis exstiterit, alio in loco et apud alios sit. — An hoc non ita fit omni in populo? nonne omnem exsuperantiam virtutis oderunt? Quid? Aristides (malo enim Graecorum, quam nostra, proferre) nonne ob eam causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset? Quantis igitur molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt! quid est enim dulcius otio literato? iis dico literis, quibus

---

Sacra p. 129. Cod. Gud. 2. habet *vobis*: ei voci Duisb. superscriptum habet *bonis* pergitque *excellat unus*. Duo Oxx. *expellat*. *Mr.*

sin quis exstiterit,] „Ita recte accuratissimus Victorius, neque aliter Palat. sec. quart. quint. Vatican. Vulgo *sed si quis ext.*“ *Gebh.* Habent *sin quis* quatuor Codd. Oxx. Reg. Gud. 1. Edd. V. Rob. Steph. Gebh. Dav. seqq. Codd. Mon. 1. et Ox. D. *et quisquis*, unus Ox. Gud. Rehd. et Vind. 2. *si quis*, tres Oxx. Gud. 2. Vind. 1. Marb. Mon. 2. Duisb. *et si quis*. Edd. rell. *sed si quis*. Pergit Gud. *in aliquo loco*. Sequens *et* omittit unus Ox. Verbum *sit* excidit in duobus Oxx. Verba *an hoc non ita fit* desunt in Cod. Gud. Pergit Duisb. *in omni populo* cum Vind. 1. In Mon. 2. legitur *in populo omni*, in Marb. *omnino in populo*. Tum Mon. 1. *omnem exuberiiam*. Ox. D. *omnem ex uber*, cum spatio aliquot literarum. Duisb. voci *exuperantiam* literam *b* superscriptam habet. Gud. 2. habet *virtus*, sed supra lin. *t. virtutis*. *Mr.*

Quid? Aristides —] Duo Oxx. *Aristoteles*, alter eorum in seqq. *nostrum*, Vind. 1. *nostrorum ingrata proferre*. Gud. *mea proferre*. Tum unus Ox. *pulsus est patria*. Et saepius usus est Cicero verbo simplici: sic Parad. IV. prc. *ne civitate quidem pelli potest*. Sed nec composito abstinuit: veluti ad Att. X. 4.: *nisi me civitate expulissent*. De causa Coniunctivi, qui sequitur, (*iustus esset,*) vid. Wüllner: Ueb. d. Casus u. Modi p. 138. In uno Cod. Ox. mira est lectio *quod propemodum iustus esset*. Gud. 2. omittit *patria*. Mon. 2. habet *ergo* pro *igitur*. Mon. 1. omittit *molestiis*. Rehd. *ieant* pro *vacant*. *Mr.*

Quod praeter modum iustus esset] Memorabilis est historia, quam hisce verbis narrat Corn. Nepos Aristid. cap. 1. Aristides *quidem cum intelligeret reprimi concitatam multitudinem non posse cedensque animadverteret quendam scribentem, ut patria pelleretur; quaesisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanta poena dignus duceretur? Cui ille respondit, se ignorare Aristidem; sed sibi non placere, quod cupide elaborasset, ut praeter ceteros Iustus appellaretur*. Eandem fere refert Plutarchus Tom. I. pag. 323. *D.*

qui nihil omnino cum populo contrahunt] „Petendis et capiendis honoribus, per quos cum populo agendum est.“ *Ern.* Transigendi, agendi, paciscendi significatione verbum *contrahere* alibi quoque legitur. Sic Cic. pro Cluent. 14: *Cum illo iam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat*. Hoc quoque loco duae tantum Edd. (Nobb. Tbn.) exclamandi signum posuerunt, pro interrogandi signo, cui locus non est. Rehd. in seqq. omittit *enim*, habetque *ocio literarum*. Ad marg. h. l. in Ed. Ven. Alt. adscriptum est: „Seneca: *Otium sine literis mors est: vivi hominis sepultura*.“ Locus est in Senecae Epp. LXXXII. prc. p. 332. ed. Gronov. Elzevir. *Mr.*

iis dico literis,] „Nempe literae valent in otio literato, quod consumitur in literis.“ *Ern.* Commodius explicat Bill.: quid eo otio literato dulcius est, quo infinitatem cet. Unus Ox. omittit *literato:*

infinitatem rerum atque naturae, et in hoc ipso mundo caelum, terras, maria cognoscimus.

37 Contempto igitur honore, contempta etiam pecunia quid
106. relinquitur, quod extimescendum sit? Exsilium, credo, quod in maximis malis ducitur. Id si propter alienam et offensam populi voluntatem malum est: quam sit ea contemnenda, paullo ante dictum est. Sin abesse patria miserum est, plenae miserorum provinciae sunt, ex quibus admodum pauci in patriam revertuntur. At multantur bonis exsules.
107. Quid tum? parumne multa de toleranda paupertate dicun-
p. 249. a. tur? iam vero exsilium, si rerum naturam, non ignominiam

---

quod est ex correctione monachi, qui amaret quidem otium, nec vero literatum. In alio excidit *dico*; unus habet *infirmitatem* pro *infinitatem*, et mox *cognoscamus* pro *cognoscimus*. Ed. P. habet *ut in hoc ipso*. Gud. 2. omittit *hoc*. *Mr.*

c. 37. *Contempta etiam pecunia*] Solus Cod. Duisb. habet *et* pro *etiam*; eam vocem tacite, fortasse operarum errore, omisit Gebh., restituit Gronovius. Usum verbi *credo* ironicum non est quod exponamus, cum satis sit frequens. In seqq. Cod. Rehd. omittit *in*, absorptum a proximo *m*. Mox Cod. Marb. *id si pp et alienam*. Poni h. l. *alienam* pro *abalienatam* nemo non videt; et sic cum subst. *animus* (quod nostro loco vult *voluntas*) legitur ad Famm. II. 17. pro Deiot. 9. Lael. 8. extr. Nostro loco explicandi causa additur *et offensam*. In Cod. Rehd. ad marg. est glossa *invidiam*. In Cod. Vind. 1. est *voluntatem populi*. Vox *populi* excidit in uno Ox., alius omittit proximum *sit*, alius eius loco habet *si*. Unus Ox. cum Mon. 1. exhibet *ea res*, quod est glossatoris, qui non cogitaret *voluntatem* respici. Peiorem etiam glossam habent, post *contemnenda*, Codd. Reg. Marb. Mon. 1. Gud. 1. 2. vocem *sicut*, quae structuram orationis plane perturbat. Pergit Gud. 1. *apollo ante*, supra lin. *paullo*, Gud. 2. Reg. *a paulo*, Marb. *et paulo*, unus Ox. habet *ut paulo*, alius omittit *paullo ante*. *Mr.*

Sin abesse patria miserum est,] „Delevi praepositionem *a* (ante *patria*) non necessariam, ex quatuor Pall." *Gebh.* „Satis pro imperio; siquidem in aliis et pluribus libris exstet." *Gronov.* Habent illud *a* Edd. ante Gebh. omnes: nulla fere post Gebh., exceptis Amst. (ap. J. Blaeu) Oxon. Oliv. Lall. cum duobus, ut videtur, Codd. Oxx. In Cod. Mon. 1. legitur *miserum esse plene miserorum*. *Mr.*

pauci in patriam revertuntur.] „Qui in provincias se contulerunt negotiandi causa, opinor." *Ern.* Pergit Cod. Marb. *ac multantur*, Mon. 1. *at mulctantur boni exules*. Cod. Marb. *tolleranda*. Mox Gud. 2. *Iam verum exsilium*. *Mr.*

Si rei *naturam*] Cl. Bentleio sic reponenti credimus. Vulgo *rerum*. *D.*

si rerum naturam,] „Nihil corrigo." *Wopk.* p. 93. [p. 129. Hand.] „Neque ego necessariam existimo emendationem. Cur enim non universe dicere possit Cicero, *rerum* naturam potius, quam nomen, respiciendam esse? Quae est etiam Wopkensii sententia Lectt. Tull. I. 16." *Bouh.* „Frustra Bentleius et Dav. *rei*. Nam et alibi sic in singulis rebus dicitur." *Ern.* Nemo, praeter Sch., post Dav. Ciceronem corrigere ausus est. Et merito. Receperat tamen in Ed. 1. FAWolfius. In Cod. Mon. 1. et Ox. D. legitur *natura — ignominia*. *Mr.*

nominis quaerimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt? in qua aetates suas philosophi nobilissimi consumpserunt, Xenocrates, Crantor, Arcesilas, Lacydes, Aristoteles, Theophrastus, Zeno, Cleanthes, Chrysippus, Anti-

---

quantum demum a perpetua peregrinatione differt?] „Palat. quatuor priores *quantum damna* (vel *dampna*) *perpetua peregrin. diff.* Vatican. *quantum damna a perp. peregr. diff.*“ *Gebh.*

Quantum demum a *perpetua*] Reg. Pithoean. et alii Codices, *quantum* damna *perpetua*. Lege *quantum* tandem a *perpetua* etc. *D.*

quantum demum a perp. peregr. diff.] Legitur *damna* pro *demum a* in tribus etiam Oxx. Reg. Gud. 1. 2. [hic *dampna*] Mon. 1. Marb.; Rehd. habet *dannari a perp.*, Gud. et Duisb. omittunt *demum*. Nihil autem esse mutandum docet Handius in Tursellino II. p. 259. monens, extra interrogationem dicturum fuisse Ciceronem: *si rerum naturam quaerimus, nihil demum* [i. e. re vera, δή] *differt exsilium a perpetua peregrinatione*. Add. Ern. Clav. Cic. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 17. 38. p. 269. Forcellin. s. v. T. II. p. 41. a. Ed. Germ. Unus Ox. habet *differunt*. Sequentia habet Jo. Valensis in Compendiloquio p. 218. b. sed ita aliquantum corrupta: *In peregrinatione nobilissimi philosophi aetates suas consumpserunt, Xenocrates, Cato, Aristoteles, Theophrastus, Canaydes et alii innumerabiles, qui, solum egressi, nunquam domum redierunt.* In seqq. Codd. Gud. et Vind. 2. (ut Valensis) habent *nobilissimi philosophi*. De *Xenocrate* Beroaldus: „Xenocrates Chalcedonius Platoni in Siciliam proficiscenti comes itineris adhaesit. hunc Athenienses aliquando vendiderunt, ut ita in exilio degens frangeretur.“ De *Crantore*: „Hic Solensis fuit, et cum apud suos haberetur in gloria, concessit Athenas, ibique Xenocratis fuit Auditor, sociusque Polemonis.“ Cod. Mon. 1. habet *Cranto*. *Mr.*

Arcesilas] Codd. Mon. 1. 2. Marb. duo Oxx. *Archesilas*, unus *Archesilaus*: tum duo Oxx. Marb. *Lacides*, unus Ox. et Mon. 2. *vel acides*, eius loco Duisb. habet *Crates*. Ad hos Beroaldus: „Ex Pythana, Aeolica civitate, fuit *Arcesilas*, qui relicto genitali solo Sardis perrexit: mox Athenas profectus in Academiam se ad Crantorem contulit, quem Platonicam philosophiam omnino commutasse novamque quandam constituisse ferunt.“ Patria Arcesilai non est *Pythana*, sed *Pitane*, Mysiae urbs. „*Lacydes* Cyrenaeus fuit, qui Athenas profectus novae Academiae princeps exstitit, Arcesilaeque successor.“ Sed longum est omnes persequi. Qui sequuntur, eorum sive exsilia sive peregrinationes facile ex Diogene Laërtio cognoscuntur. De Chrysippo peculiarem esse librum *Bagueti*, Belgae; de Panaetio *Lyndenii*; de Posidonio *Bakii*, Batavorum, notum est. *Mr.*

Aristoteles, Theophrastus,] Cod. Gud. 2. *Aristotiles, Antipater*, omissis mediis; Marb. et Mon. 1. *Theofrastus*, iidem cum duobus Oxx. *Cleantes*, duo priores *Crisippus*. „Carneades, quamvis fuerit Cyrenaeus, quia Athenas commigravit ibique sedem fixit, Atheniensis dicitur Philostrato Vit. Sophist. I. p. 490. et Synesio Dion. p. 35. B.“ *Schuch.* — In marg. Gud. 1. tria nomina alio ponuntur ordine: *Panaetius, Clitomachus, Carneades*, in Marb. post *Clitom.* repetitur nomen *Carneadis*, in Gud. 2. exciderunt nomina *Panaetii* et *Clitomachi*, in Mon. 1. scriptum est *Clitomacus*. Exciderunt eadem nomina in uno Ox. qui pro *Philo* habet *Philopus*, Marb. et Mon. 1. habent *Antiocus*, tum Mon. 2. et Vind. 2. *Possidonius*. Pergunt Rehd. et Duisb. *et innumerabiles*, unus Ox. *innumerabilesque*. *Mr.*

pater, Carneades, Panaetius, Clitomachus, Philo, Antiochus, Posidonius, innumerabiles alii: qui, semel egressi, nunquam domum reverterunt. At enim sine ignominia **** afficere

---

nunquam domum reverterunt] Cod. Duisb. habet *domum nunquam*. Scripsi autem *reverterunt* cum Dav. Or. et Ed. Tbn. ex marg. MS. Ed. Asc. 2. Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Rehd. Duisb. Cod. Gud. solus habet *reversi sunt*. Reliqui Codd. et Edd. omnes contra Ciceronis morem *revertere*. *Mr.*

At enim non sine ignominia afficere poterit sapientem,] „Locus recte stellula notatus: mendum enim subesse constat: fortasse ita restitui possit: *At enim non erit sine ignominia. ignominia afficere poterit sapientem? de sapiente enim est haec omnis oratio.* Sententia certe haec videtur esse: quibus autem verbis explicanda sit, statuere nostrum non est. Studiosi libros antiquos adeant et eorum ope utentes locum emendent.“ *P. Manutius.*

At enim non erit sine ignominia. Ignom.] „Nihil, meo quidem iudicio, melius hic excogitari potest, quam quod Manutio venit in mentem: qui, cum in omnibus libris et vulgatis et manu scriptis ita legatur: *At enim non sine ignominia afficere poterit sapientem,* sic coniecit esse reponendum: *At enim* cet. [v. ann. Manut.] Pro *afficere* docti quidam legi volunt *attingere.*“ *Lamb.*

*At enim * sine ignominia afficere * sapientem. de sapiente enim haec omnis oratio est*] „Ut reperi in MSS. ita edendum iudicavi. Exstat autem sic in Palat. sec. tert. quart. partim quint. Fabr. Vatican. Vulgo: *At enim * non sine* cet. [v. lemma annot. Manut.] *Gebh.* „Quos illos dicat, in quibus vulgo asteriscum esse dicit, ignoro. Non est certe in Victorianis, non Hervagiana aliisque. Nunc quum constet de MSStis et veteri ac sincera lectione, eam penitus admisi, omissa asteriscorum foeditate, *At enim sine,* vel fac, vel pone, illud exsilium *ignominia afficere sapientem,* rem videlicet fatuam et plane absurdam; quia sinitur vel ponitur, quod palam apparet fieri non posse. Utique asteriscus non est ex scriptis. Sed neque supprimo, quod iam exemplari meo, in quo est collatio codicis Italici, in quo legitur *oratio est cui,* adscriptum video. [Legend. *At enim sine ignominia afficere sapientem, (de sapiente enim est haec omnis oratio) est cui iure id accidere non possit.* quasi dicat: Esto: sit ignominiosum sapienti exsilium, nihil refert, dummodo non iure ei acciderit.]“ *Gronov.*

At enim sine, ignominia afficere sapientem etc.] „Vulgg. at enim sine *ignominia afficere sapientem. de sapiente enim haec omnis oratio est, cui iure id accidere non possit.* Nos interpunctione commoda locum conclamatum sanavimus. Non multo aliter vir eruditus coniecit: *at enim sine, ignominia afficere sapientem, (de sapiente enim est haec omnis oratio) est cui iure id accidere non possit.* Editt. Ven. et Froben. habent: *at enim non sine ignominia;* unde P. Manutius et D. Lambinus rescripserunt: [v. ann. Manut.] Pauci vero post inventas fruges glandibus vescentur.“ *Dav.* Ed. 1. „Locum esse corruptum facile omnes concedunt: de remedio dubitatur. Bentleio Manutii ratio probatur. Et habent *poterit* nonnulli libri, in his duo Leidd. Ed. mea vet. Ald. et pleraeque aliae. Aliam tamen praeterea ipse affert emendationem [v. ej. ann.]: cui contra morem suum non assensus est Dav. quia nimis longe discedit a librorum scriptione: nihil ipse mutatum, sed ita scriptum vult locum: [v. ej. ann.] Nec vero ad rationes respondit, quas satis graves ei opposuit Bentleius. Equidem lenissima mutatione legerim: *At enim sic nec ignominia afficere poterit sapientem.* Qui veterem scribendi rationem norit, compendia

sapientem: de sapiente enim haec omnis oratio est, cui

vocum *sic nec* facile in *sine* mutari potuisse intelliget. Vid. Henr. Steph. Castig. in Cic. p. 107 sq. et Best. de Ratione Emend. Leg. c. 1. n. 3. sq." *Bouh.*

at enim non sine ignominia. Ignominia afficere cet.] „Vox *ignominia* in vulgatis semel tantum ponitur: et solent in eo errare librarii, ut, quoties idem vocabulum geminatur, alterum omittant. Geminavit Manutius, ut sensus constet." *Lallem.*

At enim sine, ignominia afficere sapientem] „Intellige *exsilium.*" *Ern.* „Haec utcunque intelligi possunt: Licet ignominia sapiens afficiatur exsilio. Sed ea sapiens affici non potest. *At enim* obiicientis est, neque tamen obiectio est in his. Legerim itaque: *At enim sine ignominia* (illi egressi sunt). *Ignominia afficeret sapientem?*" *Nissen.* Billerb. intelligi vult, *sine* ut sit i. q. *mitte* i. e. noli existimare, exilium ignominia afficere sapientem. Neidius dicit: „Ego locum sic constituendum puto: *At enim non sine ignominia... afficietne sapientem*? Wolfius dedit: *At enim non sine ignominia .... afficere sapientem?* addens in scholis: non sine ignominia est exsilium exsulibus dicit. *Ignominia,* quae vox erat repetita, a librariis omissâ, excidit brevis aliqua locutio." Orellius ab optimorum librorum lectione plane non discessit, nisi quod lacunae signum posuit post *ignominia,* addiditque: „Locus mancus. Sic Reg. Bern. alii praestantiores. Edd. P. Gebh. Dav. Ern. qui *sine* pro verbo habent: sane praepostere. Codd. aliquot, Edd. A. B. S. E. C. V. M. *At enim non sine ignominia afficere poterit sapientem.* Corrupte. Manutium secutus est Lall., Wolfium Schz. Duplex supplendi modus succurrit: vel: *At enim sine ignominia. — Ignominia afficere poterit sapientem?* Id est: „At enim nulla ignominia afficiebantur peregrinantes isti philosophi, contra quam est in vero exsule, ignominiâ sane notato. Nihilo minus ergo exsilium malum. Respondet Tullius: Ignominiane poterit exsilium afficere sapientem, etiamsi re vera sit exsul, non peregrinetur suo arbitratu? Faciunt pro hac lectione Codd. praestantissimi, *non* ante v. *sine* haud agnoscentes. Vel: *At enim non sine ignominia. — Ignominia afficere poterit sapientem*? Id est: Attamen ignominia comitatur exsilio. Exsilium ergo malum cet. Sicque Bentl. Lall., *erit* a Lamb. et Oliv. inculcatum rectius omittentes." Dedit Nobb. *At enim sine, ignominia* ** *afficere sapientem: de* cet. In Ed. Tbn. est: *At enim sine, ignominia. Ignominia afficere poterit sapientem: de sapiente* cet. T. Baden. in Seebod. Jahn. et Klotz. Annall. Philoll. Supplem. T. II. Fasc. 3. p. 357. coniicit: *At enim non sine ignominia. Ignominia afficeres sapientem?* Non admodum feliciter, opinor. Melius certe coniecisset *Ignominiam afficere sapientem?* i. e. egone credam, ignominiam posse attingere sapientem? *Mr.*

At enim sine ignominia * * * * *afficere sapientem: de sap.* cet.] Ita scripsi cum Or. nisi quod post *sapientem* interrogandi signum ponere nolui, cum quid in lacuna (si qua est) exciderit, nesciamus. Ceterum nolui ego in hoc loco hariolari, cum nemo adhuc attulerit aliquid, quod veritatis non similitudinem tantum, sed speciem aliquam certam eiusque notam prae se ferat. Est autem, (sed sine lacunae signo) ut dedimus, in Codd. Reg. Gud. 1. (hic *enim* nonnisi a 2. m. additum habet) quatuor Oxx. Gud. Duisb. Mon. 1. Marb. Bern. (hic post *afficere* habet *poterit* a 2. m.) Vind. 1. In Vind. 2. locus est ita interpolatus: *At enim non sine ignominia: afficietur nulla, si sapiens fuerit. de sap. enim* cet. Illud *poterit* additum habet Cod. Mon. 2.

iure id accidere non possit: nam iure exsulantem consolari
108. non oportet. Postremo ad omnes casus facillima ratio est eorum, qui ad voluptatem ea referunt, quae sequuntur in vita; ut quocunque haec loco suppeditet, ibi beate queant

---

cum quinque, ut videtur, Oxx. In Gud. 2. est: *at enim sine ignominia ad efficere sapientem*, in Rehd. *at enim sine ignominia adspicere sap.* Quam vulgatam dicunt Manut. et Lamb. lectionem, *at enim non sine ign. aff. poterit sap.* eam habent ex nostris Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1. 2. Rob. et Car. Steph. Ald. Brut. Boul. Sylb. Leod. (haec Manutii coniecturam in marg. habet) HWolf. Reliquarum Edd. lectio ex annot. antecedentibus cognoscitur. *Mr.*

de sapiente enim haec omnis oratio est] Ita Codd., nisi quod Mon. 1. et Ox. D. habent *ratio*, Rehd. omittit *est*. Sed Edd. vett. aliter scriptum exhibent. In P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1. 2. Rob. Steph. HWolf. est: *de sapiente est haec omnis oratio*, in M. L. et rell. ante Gebh. *de sapiente enim est haec omnis oratio*. Pergit unus Ox. *cui in te id*. Tum Reg. et Gud. *accipere*. Vind. 1. *non potest*: quod est correctoris. In seqq. unus Ox. *iure solantem consolari*. Mox Rehd. Vind. 1. et unus Ox. *facillima oratio est* (sed Vind. *et* pro *est*): in quo cognoscis manum correctoris. Wolf. in scholis *ratio* explicat *consolatio*. Mon. 2. habet *eorum est*. Gud. omittit *eorum*. Tum Duisb. *eam referunt*, supra lin. *ea*. *Mr.*

quae sequuntur in vita] „*Quae* est Accusativus.“ *Nissen.* „*Sequuntur* est i. q. accidunt.“ *Kühn.* Et hoc quidem magis placet: quamquam rarus admodum est hic usus, neque ego apud Ciceronem locum plane similem reperiri existimo. Eveniendi contingendique significatione est apud Caesarem de B. G. II. 22. extr. *Mr.*

ut, quocunque haec loco suppeditent,] Id cum est ad sensum aptum, tum forma non alienum. Veneti tam *suppeditetur* habent.“ *Camerar.* Dav. cum in Ed. 2. dederit *suppeditet*, in Ed. 3. ad lectionem rediit, quae est in Edd. V. Rob. Steph. Gebh. Verb. Gron. Nimirum Gebh. se *suppeditetur* ait recepisse ex Vict. Ed. Palat. quart. Vatic. Fabr. cum vulgo sit *suppeditent*. Bouh. autem volebat *suppeditet*, cum sit *suppeditent* in Cod. Reg. duobus Leidd. Ed. sua vet. et plerisque aliis. „*Suppeditare* ait esse apud optimos scriptores saepius i. q. *suppetere*. Possis etiam legere: *quocunque haec loco suppeditent*. Cic. Cat. II. 11: *quibus rebus nos suppeditamus*.“ *Mr.*

quocunque haec loco suppeditetur] „Vulgo est *hoc* [Ita nulla plane habet Ed. nisi forte operarum errore in Ed. Grut. Hamburgensi, quae nunc ad manum non est, ita scribitur: in uno Ox. perperam est *quaecunque hoc*]. Potest intelligi: frui voluptate: sed Edd. vett. quaedam habent *haec* [ita scripsit Ern. ut labori inspiciendarum, quas plurimas habebat, editionum supersederet. Eas si inspexisset, vidisset sane *haec* esse in omnibus:] ut et edidere Dav. Bouh. Davisius etiam edidit *suppeditet* [in Ed. 2. ut dixi. Tertiam Ern. ne semel quidem inspexit:] non male. Nam Cic. libenter sic dicit, et in MSS. repertum est: etiam Edd. vett. quaedam [habent omnes excepta V. et, quae ab ea pendet, Rob. Steph.] habent *suppeditent*. itaque praetuli.“ *Ern.*

quocunque haec loco suppeditet] Id est *suppetat*. Quam significationem Ciceroni minime inusitatam (quod vel lexica docent) cum non agnoscerent librarii, antiquus est error natus, per optimos Codices propagatus, ut existimarent scribi debere *suppeditetur* sc. voluptas hominibus. Correxi igitur cum Dav. (Ed. 2.) Bouh. Wolf. Schz. Or. Nec vero ego eos reprehendo, qui dederunt *suppeditent*, ut est in

vivere. Itaque ad omnem rationem Teucri vox accommodari potest,

— *Patria est, ubicumque est bene.*

Socrates quidem quum rogaretur, cuiatem se esse diceret,

Edd. ante Gebh., ut dixi, fere omnibus, itemque in Ern. Lall. Nobb. Tbn. et Codd. posterioris aevi fere omnibus; potest enim intelligi: ea, quae ad voluptatem conferunt. Illud nego, esse *suppeditent* in Cod. Reg., quamvis hoc dicat Bouh., et taceat collatio nostra. Neque enim tacite recepisset Dav. in Ed. 3. *suppeditetur*, ut habent, qui cum Reg. consentire solent in locis gravissimis, Gud. 1. Rehd. Duisb., nec longe discedunt Bern. a 1. m. Gud. 2. Vind. 1. et unus Ox. qui exhibent *suppeditentur*, quod ex eodem errore natum est qui peperit *suppeditetur*. Vid. Gernh. ad Cic. de Off. I. 4. p. 18 sq. et O. M. Müller. ad Cic. de Or. III. 31. 124. extr. p. 505. et quos laudat uterque. — Pro *loco* est *loca* in Gud. 2. quatuor Oxx. et Marb.; unus Ox. habet *id beate quaerant*. Duisb. glossam *possint*, et supra lin. *queant*. Cod. Mon. 1. exhibet *ut beate*. *Mr.*

Itaque ad omnem rationem] „Ita quidem Codd.; fortasse tamen Cicero scripsit: *ad omnem nationem*." *Dav.* Ed. 2. „Elegans est coniectura Davisii." *Ern.* „Intellige: ad omnem rationem consolandi i. e. omnes philosophi hac consolatione uti possunt." *Nissen.* Iam, opinor, nemo ad Davisii coniecturam redibit, ab ipso in Ed. 3. silentio pressam. In Cod. Mon. 1. legitur *omnem orationem*: quod item correctori tribuerim. In Cod. Mon. 2. scribitur *Theucri*. Ad Teucri sententiam conferri potest, quod eundem facit loquentem Horat. Od. I. 7. 25. 29. V. etiam Justin. XLIV, 3, 2. In Vind. 1. legitur *potest accommodari*. Gud. 2. omittit *potest*. *Mr.*

Patria est, ubicumque est bene] Versus est ex deperdita Tragoedia desumtus, cui respondet hic Aristophanis in Pluto iuxta finem:

Πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ', ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Eadem mens est illius Euripidei:

Ὡς πανταχοῦ γε πατρίς, ἢ βόσκουσα γῆ.

Eiusdem est et istud,

Ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

Exstant apud Stobaeum Serm. XXXVIII. pagg. 230, 234. Vide sis Th. Gatakerum ad Antonini VI, 44. *D.*

Patria est ubicunque est bene.] Locis a Dav. laudatis add. Zenob. Adag. V. 74. p. 142. ed. Schott. Muret. Varr. Lectt. II. 3. Zenobius aliam huic sententiae originem (ab oraculo Meleo Pelasgo dato) assignat. In Codd. Gud. et Vind. 2. legitur *bene est*, duo Oxx. cum Mon. 1. omittunt *est*. *Mr.*

cuiatem] „Ex glossemate Cantabr. repraesentat: *cuius civitatis civem se esse diceret*." Dav. Ed. 1. Locum laudat Nonius Marc. p. 93. v. *cuias*. Huius pronominis Nominativum non habent scriptores Latini: agnoscit tamen Priscianus 12, 950. et 17, 1047. Codd. Gud. 2. et unus Ox. habent *interrogaretur*. Rehd. *se diceret, esse mundanum*. *Mr.*

Mundanum, inquit] Plutarchus περὶ φυγῆς pag. 600. Ὁ δὲ Σωκράτης βέλτιον, οὐκ Ἀθηναῖος οὐδὲ Ἕλλην, ἀλλὰ ΚΟΣΜΙΟΣ εἶναι φήσας. Arrianus Epict. lib. I. cap. 9. Τί ἄλλο ἀπολείπεται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τὸ τοῦ Σωκράτους, μηδέποτε πρὸς τὸν πυθόμενον ποδαπός ἐστιν, εἰπεῖν ὅτι Ἀθηναῖος ἢ Κορίνθιος ἀλλ' ὅτι ΚΟΣΜΙΟΣ; Similia Democriti, Theodori, Diogenis feruntur dicta. Vide Laertium II, 99. VI, 63, 98. Stobaeum Serm. XXXVIII. pag. 231. Lucianum βίων πράσει pag. 375. et Arrianum Epict. lib. III. c. 24. *D.*

Mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur. Quid T. Albucius? nonne animo aequissimo Athenis exsul philosophabatur? cui tamen illud ipsum non accidisset, si in re publica quiescens, Epicuri legibus
109. paruisset. Quî enim beatior Epicurus, quod in patria vivebat, quam, quod Athenis, Metrodorus? aut Plato Xenocratem

---

Mundanum, inquit,] „Eadem apud Plutarchum T. II. p. 600. Arrian. Dissertt. Epict. I. 9. 1. III. 24. Muson. ap. Stob. Serm. XXXVIII. p. 231. (p. 164. in Musonii Reliquiis a Peerlkampio collectis.)“ *Schuch.* Locum nostrum habet etiam Jo. Valensis in Compendiloquio III. 3. 13: *Socrates interrogatus cuiatem se diceret, mundanum, inquit, id est, totius mundi incolam et civem.* Idem ib. V. 13. *Ad omnem rationem theatri vox accommodari potest: patria est, ubicunque bene est. unde Socrates respondit se esse mundanum, id est, totius mundi civem et incolam. Et Fabricius animo aequissimo Athenis exul philosophatus est, cui tamen illud tempus non accidisset, si legibus Epicuri paruisset. Similiter Democritus fugit tyrannum et Corinthum, fortunas suas mutavit, filios procreavit. Non enim stulte anteposuit exilii libertatem domesticae servituti.* — Verba *totius — arbitrabatur* omnia absunt ab uno Cod. Ox.; nec vero quisquam inde suspicetur ea esse glossatoris. Ipse enim Cicero eiusmodi solebat addere explicationes. Mon. 1. omittit *mundi*, idem cum Ox. D. Duisb. et Vind. 1. addit *esse* post *civem*, alius autem pro *se* exhibet *esse*. *Mr.*

Quid T. Albucius?] Quid de hoc homine alibi referat Cicero, vid. in Lex. Ciceron. Schützii T. I. p. 16. Scribitur eius nomen *Albutius* in Edd. ante Dav. (excepta Lamb.) itemque Ern. Nobb. Tbn. Sed optimi libri nobiscum faciunt. Unus Ox. habet *Tullius Albucius*, Rehd. *talbutius*. Ceterum vid. de eo Fabric. Bibl. Gr. III. p. 599. Wyttenbach. in Crzri et nostra Ed. Cic. de N. D. (maj.) pag. 737. In seqq. Cod. Marb. *animo exequitissimo*. Unus Ox. omittit *Athenis;* Mon. 1. et Ox. D. habent *philosophatur;* mox Rehd. *hoc ipsum*, unus Ox. *id ipsum*. Gud. 2. *accidisse*. Cod. Rehd. omittit *si*. *Mr.*

in re publica quiescens] „*Honores non cepisset*, privatumque semper egisset e praeceptis Epicuri.“ *Ern.* „Albutius dum honores ambit, dum rem publicam administrare pulcrum esse ducit, in exsilium eiectus est.“ *Beroald.*

Epicuri legibus paruisset] Pro Epicuri mente sapientem non πολιτεύσεσθαι tradunt bene multi. Vide Menagium ad Laertii X, 119. Hinc λάθε βιώσας decantatissimum fuit huiusce philosophi dictum, de quo Plutarchus Tom. II. pag. 1128. Themistius Orat. XXVI. pag. 324. Ἐπίκουρος ἐπῄνει τὸ ΛΑΘΡΑ ΒΙΩΣΑΣ. Leg. λάθε βιώσας. *D.*

Qui enim beatior Epicurus,] „Leg. *autem.*“ *Dav.* Ed. 2. Nihil monet contra Davisium Kühn., sed explicanda v. *enim* eum refutat: *enim*, dicens, non rationem reddit sententiae proxime antecedentis, sed referenda est ad verba superiora: *Patria est, ubicunque est bene.* Tres Oxx. *quid* pro *qui*, duo *qui* pro *quod*. *Mr.*

quam, quod Athenis, Metrodorus?] „Ita ordinant Victorii editio, Pal. sec. quart. quint. vulgo: *quam Metrodorus, quod Athenis.*“ *Gebh.* Enotatus est hic verborum ordo iam in marg. Lambb. et Goth. ex v. c. eumque habent, quod sciam, Codd. omnes. „Quod h. l. dicitur, significare videtur, Metrodorum non fuisse Atheniensem. Sed adversatur Diog. Laërt. X. 22. Cuius auctoritas cum viris criticis dubita-

vincebat, aut Polemo Arcesilam, quo esset beatior? Quanti vero ista civitas aestimanda est, ex qua boni sapientesque pelluntur? Damaratus quidem, Tarquinii, nostri regis,

---

tionem iniecerit, ea fortasse ita tolli possit, ut statuamus, Metrodorum, de quo hic loquitur Cicero, esse Stratonicensem, cuius facit mentionem idem Diogenes X. 9." *Bouh.* „Intellige Metrodorum non eum, qui Atheniensis fuit, i. e. Epicureum, sed alterum, Stratonicensem ap. Diog. X. 9. aut Scepsium." *Ern.* „Proprie Atheniensis, sed vulgo Lampsacenus dictus, Epicuri discipulus." *Kühn.* Wolfius in scholis eum Lampsaco esse oriundum ait. Sed vid. de ea re Jonsium de Scriptt. Hist. Philos. I. 2. 6. p. 18. Menag. ad Laërt. X. 22. In tribus Oxx. pro *quam, quod* est *quam quam. Mr.*

Aut *Plato Xenocratem vincebat, aut Polemo Arcesilam*] Dionys. Lambino placet *an Plato — an Polemo.* Forsan melius reponas, *ut Plato Xenocratem vincebat, aut Polemo Arcesilam,* quemadmodum diserte Reg. Pithoean. Med. Bak. et Petrens. *D.*

aut Plato Xenocratem vincebat, aut] „Habent nonnulli Codd., in his Reg. *At Plato:* alii, ut duo Leidd., habent *ut Plato — ut Polemo* cet. quibuscum facit ed. mea vetus. Non placent hae lectiones, neque aliae a viris criticis propositae. Nec tamen ipse reperio coniecturam, quae rem conficere videatur." *Bouh.* Non habet Cod. Reg. *at* sed *ut,* et sic septem Oxx. Gud. I. 2. Marb. Mon. 2. Altero loco *ut* habent Gud. 2. Marb. Mon. 2. Duisb. quatuor Oxx. Unus Ox. habet *et.* Solus Rehd. habet *an Plato,* quod volebat Lamb. Frustra. Variatur interrogatio, nec vero additur interrogandi particula. Ad *Plato Xenocratem* intellige *Atheniensis Chalcidensem;* ad *Polemo Arcesilam* vero *Atheniensis Pitaneum* sc. beatitate v. beatitudine vincebat. Scribitur in Cod. Mon. 1. *Palemo Ardusilam,* Ox. D. *Palemon Archesillam,* in alio Ox. est ut in Vind. 1. *Archesilaum,* in uno *Arcessidam,* in Gud. 2. *Pelomo Accersilam;* in Mon. 2. *Archesilam;* pergit Gud. 2. *quod esset beatior. Mr.*

Quanti vero ista civitas aestimanda est,] Ut h. l. *quanti* est pro *quam parvi,* ita in Somn. Scip. 7. (de Rep. VI. 23. p. 501. ed. nostr.) — Pro *quanti* in uno Ox. scriptum est *quin;* Rehd. Mon. 1. et unus Ox. habent *existimanda,* Mon. 2. *extimanda;* Gud. *sapientes,* omisso *que. Mr.*

ista civitas] „Quidam Romam intelligunt, ego Athenas: in qua urbe Socrates damnatus, Aristoteles, ne damnaretur, fugit: Themistocles, Aristides, Alcibiades aliique complures clarissimi expulsi sunt: in qua civitate oppressit virtutes invidia." *Beroald.* In seqq. scripsi ex Codd. optimis *Damaratus* cum Dav., ex Reg. Gud. 1. 2 Marb. (*Damarathus*) Vind. 2. Mon. 1. (*Darmaratus*) Mon. 2. Ed. P. marg. Lambb. quatuor Oxx. Quare videri debet Cicero h. l. formam doricam praetulisse, quamvis in palimpsesto Cic. de Rep. II. 19. p. 262. ed. nostr. scriptum videatur *Demaratus. Mr.*

Damaratus quidem] Sic Reg. Pithoean. et Balliol. Vulgo *Demaratus quidem. D.*

Damaratus quidem] Excidit *quidem* in Cod. Rehd. Correxit Dav. in Ed. 2. *quidam.* Male. Primum enim non necessario loqui debet videri Cicero de Damarato, quasi de obscuro quodam atque ignoto homine, quamquam scripsit de Rep. II. 19: *Fuisse enim quendam ferunt Demaratum;* deinde non recordabatur Davisius usus Ciceroniani, quo *quidem* addi solet nominibus propriis, ut sit fere i. q. *veluti, exempli causa, ut hoc utar.* Ad rem vid. quos laudavit A. Maius ad Cic. de Rep. l. c. et quae nos ibi cum Creuzero addidimus p. 262.

pater, tyrannum Cypselum quod ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, et ibi suas fortunas constituit, ac liberos procreavit. Num stulte anteposuit exsilii libertatem domesticae servituti?

38 Iam vero motus animi, sollicitudines, aegritudinesque
110. oblivione leniuntur, traductis animis ad voluptatem. Non
b. sine causa igitur Epicurus ausus est dicere, semper in pluribus bonis esse sapientem, quia semper sit in voluptatibus. Ex quo effici putat ille, quod quaerimus, ut sapiens semper

---

Scripsi autem *nostri regis* ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Vind. 1. Mon. 1. 2. Reliqui Codd. et Edd. omnes habent *regis nostri*, quod praetulissem, nisi optimis libris fuisset obtemperandum. — In Mon. 1. scribitur *tirannum*. De Cypselo vid. Herodot. V. 92. ibiq. interprr. In Vind. 1. eius nomen scribitur *Cypseum*; pro *quod* in marg. Crat. est *quem*. Est hoc correctoris, qui non concoqueret pronomen relativum tertio loco (post *tyrannum Cypselum*, quod cum vi praepositum est) collocatum. Pro *fugit* est *fugat* in Cod. Vind. 2. Pergunt Edd. A. B. S. E. M. L. Junt. Ven. nostr. Ald. Boul. Car. Steph. Brut. Lambb. Goth. Sylb. *Tarquinos*, Cod. Mon. 1. cum Ox. D. *Tarquinius Corinthum*, duo Oxx. *Tarquinii Corintho*, unus *e Corintho*, alius omittit *Tarquinios*, Gud. 2. habet *Tarquinius Corintho*. Tum Duisb. *fortunas suas*, Vind. 1. *suas constituit fortunas*: elegantius scilicet ex auctoritate librarii. In libris de Rep. II. 19. quem supra laudavi, haec ita dicuntur: *atque in ea civitate domicilium et sedes collocavit*. *Mr.*

Tarquinî Regis nostri] Tarquinium Priscum dicit. Historiam fuse narrant Livius lib. I. cap. 34. Dionys. Halicarnass. Lib. III. c. 46. et alii. *D.*

Num stulte — servituti?] „Sic MS. Guelf. et Edd. Ald. Davisius [in Ed. 2., nec vero in 3.] *Non — servituti.*" *Ern.* Se ita correxisse dixit Dav., rationem non addidit. Legitur *non* in uno Ox. In Duisb. est *nec*, sed supra lin. *num*. Manifesto *non* est vel correctoris vel interpretis. Male Gud. 2. *Nam*. In duobus Oxx. mira est lectio *arbitrii libertatem*. *Mr.*

c. 38. *Iam vero motus animi,*] Cod. Gud. *Iam animi motus*, omisso *vero*. Mon. 1. *oblivio re*. Duisb. *leniuntur oblivione*. Locutionem *animum traducere* amat Cicero: adhibuit eam ad Famm. I. 2. I. 5. in Verr. Act. II. L. II. 78, 192. de Or. II. 72. 293. Mox Cod. Vind. 2. habet *Nec* pro *non*, Gud. 2. omittit *igitur*; unus Ox. cum Vind. 1. vocem *semper*; posterior pro *quia* habet *quod*. Duisb. cum duobus Oxx. omittit *sit*. *Mr.*

Semper in pluribus bonis esse sapientem] Sapiens videlicet est vir bonus, et Epicurus ἀχώριστόν φησι τῆς ἡδονῆς τὴν ἀρετήν. Vide Laertium X, 132, 138. Hinc κἂν στρεβλωθῇ ὁ σοφός, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα statuit §. 118. *D.*

Ex quo effici putat ille — ut — sit.] De constructione *effici — ut — sit* vid. Ottonis Excurs. de Part. *ut* pro Acc. c. Inf. ad Cic. de Finn. II. 3. 6. p. 409—415. ubi nostrum locum tangit p. 412, explicatque: *Effici, ut* — est i. q. *rationibus probari, quomodo* —. Add. Creuzer. ad Cic. de N. D. III. 12. p. 535. ed. Cr. et nostr. maj. Rarior est in hac locutione Acc. c. Inf. Eum habes supra Tusc. I. 31. 77. de N. D. III. 13. 34. In Cod. Duisb. ordine verborum mutato scribitur: *semper sapiens sit beatus*. *Mr.*

beatus sit. — Etiamne, si sensibus carebit oculorum, si aurium? — Etiam. Nam ista ipsa contemnit. Primum enim, horribilis ista caecitas quibus tandem caret voluptatibus? quum quidam etiam disputent, ceteras voluptates in ipsis habitare sensibus: quae autem adspectu percipiantur, ea non versari in oculorum ulla iucunditate: ut ea, quae gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, in ea ipsa, ubi sentimus, parte versentur; in oculis tale nihil fit: animus III.

Etiamne, si sensibus carebit oculorum, si aurium?] His verbis in Cod. Mon. 1. Edd. A. B. S. E. C. V. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1. 2. HWolf. Rob. Steph. praefigitur Auditoris litera (*A.*), sequentibus Marci (*M.*). Et sunt illa obiicientis, quod distinctione significavimus lineolisque transversis. Bouhierius autem eam sibi non probari ait distinctionem, ipseque hanc proponit: *Etiamne, si sensibus carebit oculorum? Si auribus etiam. Nam ista ipsa contemnit.* Non inepte quidem (nisi quod emendandae distinctionis impetu ad mutandam vocem *aurium* in *auribus* abreptus est) sed videtur non reputasse vir doctus, *etiam* poni in respondendo pro *ita, omnino:* quod iam vidit Beroaldus. De hoc usu vid. iam Handium in Tursellino II. p. 567 sq. Dav. in Ed. 2. dedit: *Etiamne, si sensibus carebit, si oculorum, si aurium?* Quod probat in annot. Ernestus. Neque certe esset improbandum, si a Cicerone profectum esset: suppleremus enim *sensu,* ad separata illa *si oculorum, si aurium.* Sed nimis certe anxie cavit vir doctus, ne Cicero oculis plures uno sensu tribuere videatur, ne auribus item. In duobus Codd. Oxx. scriptum est *Etiamsi,* in uno *careat* pro *carebit:* quod manifesto est correctoris. Unus Ox. pro *contemnit* habet *contempsit*; Mon. 1. *illa* pro *ipsa.* In seqq. unus Ox. exhibet *honorabilis* pro *horribilis.* Intelligendum esse *horribilis* ita, ut sit i. q. quam adeo horrent homines, manifestum est. Ad sententiam vid. Passeratii Oratt. et Praefatt. p. 345 sq. (Ed. Paris. 1606. 8.) Cod. Gud. 2. omittit *tandem. Mr.*

quum quidam etiam disputent,] Cod. Mon. 1. et duo Oxx. habent *quidem,* Vind. 1. *disputant* cum duobus aliis Oxx. Iidem cum uno ex illis habent *his* pro *ipsis.* Codd. Gud. et Vind. 2. *manere* pro *habitare;* tum Duisb. et duo Oxx. *percipiuntur,* unus *percipiant;* duo alii *nulla* pro *ulla.* Gud. 2. omittit *oculorum.* Ad verba cum nostro loco convenit de Div. II. 3. 9. de rebus, *quae sensibus percipiuntur,* dicit: *eas quidem cernimus, audimus, gustamus, olfacimus, tangimus.* Pro *olfacimus* unus Ox. (D. qui alibi cum Mon. 1. conspirat,) *efficimus;* esse in veteri libro *olefacimus* dicitur in marg. Lambb. et Goth. indeque in marg. Verb.; quare verum non videtur esse, quod ait Forcellinus in Lexico h. v., Verburgium ipsum eam reperisse scriptionem in Cod. MS. Quamquam *olfacere* sine dubio ortum est ex *olefacere,* per syncopen. In Cod. Gud. 2. est *olfaciemus.* Verb. ex Cod., nescio quo, in marg. enotavit *palpemus* pro *tractemus:* quod si alicubi est, glossatoris est, Ciceronis non est. Isto verbo Cicero usus est tralate in Ep. ad Att. IX. 9. In Epp. ad Famm. X. 33. eâdem sententiâ *palparer* (Deponentis significatione) restituit Asinio Pollioni (eius enim est illa epistola) Victorius pro inaudito *palmarer,* ut sit i. q. blandirer. *Mr.*

in ea ipsa — parte versentur] Solus Lamb. (et cum eo Frc. Fabr.) edidit *versantur.* Quod factum probat Or. Et accedit Cod. Vind. 1. Nec tamen inde optimorum librorum lectionem correxerim. Cur enim non per attractionem quandam pendeat a superioribus:

accipit, quae videmus. Animo autem multis modis variisque delectari licet, etiamsi non adhibeatur adspectus. Loquor enim de docto homine et erudito, cui vivere est cogitare. Sapientis autem cogitatio non ferme ad investigan-
112. dum adhibet oculos advocatos. Etenim si nox non adimit

---

quum quidam etiam disputent — ? Cod. Duisb. exhibet *nihil tale fit;* in Gud. 1. est *tale nil fit,* Gud. omittit *fit,* duo Oxx. pro *fit* habent *sit.* Pergit Duisb. *animus enim accipit,* quod est glossatoris. Pergit Mon. 1. *quae videamus.* Ad verba: *animus accipit, quae videmus,* Wolfius in scholis confert Graecam sententiam: *νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει· τὰ δ'ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.* Est hic versus octonarius, sive ut ait Cicero, septenarius, Epicharmi, quem, aliquantulum turbatum, servavit Plutarch. de Fortuna c. 3. Ed. Wytt. Lips. p. 342. Ed. Hutt. T. VII. p. 303; ita scribendum:

νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει· τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλά.

Vid. nostras Lectt. Plutarcheas in Creuzeri Meletemm. II. p. 54. sq., ubi perperam (metro adversante) servavi *δέ. Mr.*

Animo autem multis modis] In uno Ox. deest *autem,* in duobus *licet.* Scribitur autem in Cod. Gud. *multimodis,* ex antiqua pronuntiatione, quam habes in versu Ennii apud Cic. de Or. III. 58. 218. ubi vero recte scripsit Or. *multi' modis.* Erat etiam *multimodis* in ipsis Ciceronis contextis de Finn. II. 26. 82: sed ibi recte nunc editur *multis modis:* ad quem locum, quae sunt dicenda, dixit Goerenz. p. 245. sq. coll. p. 699. Add. interprr. ad Corn. Nep. Themist. 10, 4. p. 125. ed. Bardili maj. Pergunt mox Gud. unus Ox. et Mon. 2. *etsi non.* Semper *etsi* et *etiamsi* confunduntur. Vid. Handii Tursellin. II. p. 596. 609. *Mr.*

Loquor enim de docto homine] Edd. ante Gebh. contra libros MSS. *loquor autem;* inversa ratione in seqq. post *sapientis* eaedem (excepta P.) habent *enim* pro *autem,* Codd. invitis. In Cod. Gud. scribitur *cui vivere et cogitare est;* idem in seqq. *non simul vel ferme.* Vind. 2. habet *cui vivere cogitare est.* In Gud. 2. legitur *sapientis autem est cogitatio.* In marg. Lambb. et Goth. dicitur esse in quodam veteri codice *cognitio,* cuius lectionis in nostris libris nullum apparet vestigium. De particula *ferme,* rariore apud Ciceronem, frequentiore apud Livium, vid. disputantem Handium in Tursellino II. p. 690—703. v. *fere, ferme.* De *non ferme* (gewöhnlich nicht) loquitur p. 695. In Cod. Marb. pro *investigandum* est *vestigandum,* quo verbo rarius utitur Cicero. Ad usum v. *non ferme* monet Stuerenburg. ad Cic. Or. pro Arch. p. 189 sq.: vocabulum *ferme* non fere aliter, paucissimis locis exceptis, apud Ciceronem inveniri, nisi praegressa particula neganti, atque ea quidem notione, qua nos solemus dicere nicht eben. *Mr.*

adhibet oculos advocatos] „Non placet *advocatos.*" *Ern.* Neque si abesset, eam vocem desideraremus: nunc cum adsit, cur eam abiiciamus, nulla est idonea ratio, praesertim cum sit haec locutio ex certissimo Ciceronis usu. Sic supra IV. 23: *non desiderat fortitudo advocatam iracundiam:* ubi nulla Ernesto suborta est suspicio. Sed habebat hoc vir eximius, ut uno loco aliquam expromeret emendationem, alterius simillimi plane immemor. Accedit Acadd. II. 27: *Adhibes artem advocatam etiam sensibus.* Est enim *advocatos adhibet* nihil aliud, quam *advocat, advocatosque adhibet.* Cf. quae posuit supra I. 31: *quid aliud agimus, cum — a negotio omni sevocamus animum, — — nisi animum ad se ipsum advocamus. Mr.*

vitam beatam, cur dies nocti similis adimat? nam illud Antipatri Cyrenaici est quidem paullo obscoenius, sed non absurdâ sententiâ est: cuius caecitatem quum mulierculae lamentarentur, *Quid aitis?* inquit: *an vobis nulla videtur voluptas esse nocturna?* Appium quidem veterem illum, qui

---

Etenim si nox non adimit vitam beatam,] Vere monet Beroaldus, acutius hoc esse argumentum quam verius: quod latius exponere non videtur necesse. — Scribitur *si non nox* in Cod. Rehd., *si vox non* in uno Ox. Ad verba *dies nocti similis* Neidius explicandi causa: „qualis est caeci.“ Cod. Marb. habet *dies nocti simileſ*; unus Ox. *adimatur* pro *adimat. Mr.*

Nam illud Antipatri Cyrenaici est quidem —] De Antipatro hoc Cyrenaico (qui distinguendus est a quatuor aliis, quorum apud Ciceronem fit mentio) vid. Diog. Laërt. II. 86. In Cod. Vind. I. est *Antipatris Cyrenaici*, in Gud. 2. *Antipatri scyreniaci*, in Marb. scribitur *Cirenaici*, in Mon. 1. *Cirrenaici*, mox idem *quam* pro *quidem*. Eam vocem plane omittit Cod. Gud. 2. Duo Oxx. habent *paullo ante obscoenius. Mr.*

sed non absurda sententia est] „Malim *est* abesse.“ *Ern.* Delevit Schützius *est*, Ernesto obsecutus: nec vero alium quemquam obsequentem habuit, sed habet suffragantem Cod. Gud. 2. In Gud. vero legitur: *sed non absurda etiam sententia.* Pergit Ed. P. *cuius quum caecitatem*, et sic Cod. Rehd. *Mr.*

Quid aitis?] „Hoc ego in loco dudum videram, pro *quid agitis*, scribendum esse *quid aitis*, nunc idem ex Cod. Vindob. [qui est noster 1.] enotatum reperimus. Vulgatum usus loquendi repudiat, quod nunquam usurpatur, quum quid absurdum aut certe mirabile ab alio dictum reprehendimus. Ibi locum habet *Quid ais?* — At forma *aitis* non agnoscitur a Grammaticis. — Nempe non a vulgaribus istis, qui hodie circumferuntur, quorum non magna apud nos auctoritas est. Talia accredimus Charisiis, Priscianis et aequalibus, apud quos nihil legitur eiusmodi.“ *FAWolf.* (in libro, quem laudavimus ad §. 101.). Obsecutus sum viro summo, cum nihil proclivius fuerit librariis et correctoribus, quam obliterare verbum ita rarum, ut alibi eius ne vestigium quidem se reperisse recordarentur. Fuisse autem in usu *aiţis* discimus ex Alcuino Grammatico p. 2118. Putsch. qui quod exempla non affert, ideo credi non debet nulla ad manum habuisse. Vid. etiam Ruddimann. Inst. Gr. Lat. I. p. 269. Habes etiam aliam huius verbi formam paullo insolentiorem apud Cic. Topic. 11: *negantia contraria aientibus:* quem locum laudavit Or. ad W. scholas. In seqq. Cod. Mon. 1. *an nobis* Ed. P. *ulla* pro *nulla*, Cod. Vind. 1. *illa voluptas nocturna videtur.* Rehd. et Duisb. *videtur nulla*, unus Ox. D. *videtur iocunditas nocturna?* Gud. 2. cum illo omittit *esse.* Mon. 1. item, sed exhibens: *videtur nocturna iocunditas? Mr.*

Appium quidem veterem illum] De v. *quidem*, sic nominibus propriis addita, ut sit pro *ut hoc utar*, paullo superius monuimus. De Appio Claudio Caeco Beroaldus haec: „Appii Claudii censura clara est, qua viam Appiam munivit et aquam Appiam in urbem duxit. [Causam caecitatis Appii refert Valer. Max. I. 1. 17. p. 27. sq. ed. Torren. ubi vid. interprr.] Pomponius J. C. hunc Appium scribit iuris civilis fuisse peritissimum actionesque scripsisse. De eodem Cicero de Sen. [6, 16.] *Ad Appii Claudii senectutem accedebat etiam, ut caecus esset. Tamen is, quum sententia senatus inclinaret ad pacem foedusque faciendum cum Pyrrho, non dubitavit dicere illa, quae versibus persecutus est Ennius:*

caecus annos multos fuit, et ex magistratibus et ex rebus gestis intelligimus in illo suo casu nec privato nec publico
p.250. a. muneri defuisse. G. Drusi domum compleri a consultoribus

---

Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant
Antehac, dementes sese flexere viai?

Deinde paullo inferius [11, 37.]: *quattuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat et caecus et senex. intentum enim animum tanquam arcum habebat, nec languescens succumbebat senectuti.* Ulpianus Lib. III. Digestorum ait caecum, utrisque luminibus orbatum, repelli praetoris edicto a postulando, quod insignia magistratus videre et revereri non possit: tamen senatorium ordinem retinere et iudicandi officio fungi posse ait. numquid magistratus gerere possit, dicit se deliberaturum, et exstat, inquit, exemplum eius, qui gessit. Appius denique Claudius caecus consiliis publicis intererat, et in senatu severissimam dixit sententiam de Pyrrhi captivis non recipiendis." — Unus Ox. omittit *veterem*, Gud. 2. vocem *illum*, Cod. Mon. 1. habet *illum veterem*. Satis, credo, causae delendarum, ad modum Beieri, harum vocum. In Vind. 1. est *multos annos fuit*. *Mr.*

ex magistratibus] „Ergo etiam caecus magistratus gessit." *Ern.* Vid. Beroaldum ad h. l. Cod. Gud. omittit *rebus* ante *gestis*. Mon. 1. et Ox. D. habent *intelligemus*. Alius Ox. pergit *nullo suo casu*. Gud. 2. omittit *defuisse*. *Mr.*

Gaii Drusi domum] „Sic praeit legendum Pal. quart. qui regerit *Gaii trusi*. Pal. tert. Gembl. *atrusi*, Fab. *atrisii*, Mart. *Gatrusi*, Pal. sec. *Gratrusi*. Vulgo *C. autem Drusi*, interpolatitie." *Gebh.* Praeter Lall. nemo recepit illud *autem*, quod habere videntur aliquot Oxx., postquam extrusum est a Gebhardo. Ex nostris habet solus Mon. 2. In Mon. 1. et Ox. D. est *C. Acrisii*, in Reg. Gud. 2. *G. atrusi*, in Gud. 1. *Gatrusi*, in Duisb. *Gaii atrisii*, in Rehd. *Gracco usu*; in uno Ox. est *Catrussis*, in alio *Catrussii*, in uno *Cn. Drusi*. De hoc Druso v. etiam Cic. in Bruto 28. Plenum eius nomen fuit. *G. Livius Drusus*. *Mr.*

C. Drusi] Valerius Maximus lib. VIII. cap. VII, 4. *Consimilis perseverantiae Livius Drusus, qui aetatis* (forsan *effoetis*) *viribus et acie oculorum defectus, ius civile populo benignissime interpretatus est, utilissimaque discere id cupientibus monumenta composuit. Nam ut senem illum natura, caecum fortuna facere potuit; ita neutra interpellare valuit, ne non animo et videret et vigeret.* Merito mirantur, hunc Livium inter ICtos non fuisse relatum a Pomponio Digg. lib. I. Tit. II, 35. seqq. *D.*

domum compleri a consultoribus solitam] „Immisi *a* ex Pall. quinque, Gemb. Martin." *Gebh.* Receperunt illud *a* Dav. (sine dubio ex Cod. Reg.) Lall. Ern. Nobb. Tbn. Neque ego volui discedere a lectione plurimorum Codd. quae ferri potest, quamquam *a* omissum magis placeret. Habet etiam Ed. P., habent Codd., exceptis, ut videtur, Vind. 1. Gud. 1., omnes. *Consultor* Ciceroni solus est is, qui consilium petit, aliis, etiam Sallustio Iug. 68. saepe is, qui consilium dat. Pro *compleri* Cod. Vind. 1. est *repleri*, idem in seqq. *videbamus solitam: sic accepimus, cum quorum.* Unus Ox. omittit *solitam*, Cod. Duisb. *accepimus solitam, quum sua ipsi non videbant, quorum res erat.* Vides accommodasse magistellum Ciceronis verba discipulis tironibus. Unus Ox. omittit *res*, alius habet *rex*; unus exhibet cum Mon. 1. *exhibeant*. In Ed. S. in antecedentibus est *accipimus*. *Mr.*

solitam accepimus: quum, quorum res esset, sua ipsi non videbant; caecum abhibebant ducem. Pueris nobis Gn. Aufidius praetorius et in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, et Graecam scribebat historiam, et videbat in literis. Diodotus Stoicus caecus mul- 39
113.

Gn. Aufidius praetorius] „Pighius in Annalibus ad A. U. C. 634. hanc phrasin putat esse mutilam excidisse enim vocem *caecus*, quae quidem ad explendam fulciendamque sententiam prorsus necessaria est. Si enim caecus non fuit Aufidius, quid mirum est fecisse eum omnia, quae Cicero commemorat? Caecitatem in Appio, in Druso, in Diodoto Stoico non praetermisit: cur omiserit in hoc Aufidio? Legi ergo possit: *Praetorius, caecus, et in senatu sententiam dicebat.*" *Bouh.* „Placet sane Pighii et Buherii coniectura. Sic et post additur *caecus* in Diodoto." *Ern.* Receperunt *caecus* FAWolf. Schz. Sed Or. ait non addidisse hoc Tullium, quia id tum vulgo notum fuerit. Ita certe in omnium librorum consensu cogitandum est: sed, si adesset, non respuerem. Ceterum abest etiam *caecus* capitis seq. initio, post *Diodotus Stoicus* in duobus Oxx. nec vero bonis. Scribitur autem *Gneus Aufidius* in Cod. Duisb., *G. N. Aufidius* in Gud. 1., *Gn. aut fidius* in Gud. 2; *gener aut filius* in uno Ox. Assentit Orellio E. V. E. Vogel. in Prolus. Bip. a. 1830. (Obss. ad aliquot Cic. locos) p. 17. De eodem Aufidio loquitur Cicero de Finn. V. 19. 54. ibi vero ei necessarium visum est addere caecitatis notam, cum non interponatur aliis caecis: *Equidem e Gn. Aufidio, praetorio, erudito homine, oculis capto, saepe audiebam, quum se lucis magis, quam utilitatis desiderio moveri diceret.* Ad structuram *et — nec*, Ciceroni non infrequentem (cuius sententia est *non modo —, sed ne — quidem*) vid. nos ad Cic. de Legg. I. 4. p. 31. add. Dr. J. Schadeberg. in Jahnii Annall. Supplem. 1832. I. 3. p. 420. ibiq. laudd. Refert G. J. Vossius de Hist. Gr. p. 475. Pighium voluisse legi: *licet caecus*. Mihi Pighius ad manum non est. *Mr.*

sententiam dicebat] Cod. Duisb. *dicebat sententiam*, unus Ox. omittit *nec — deerat*. Vind. 1. habet *laborantibus* pro *deliberantibus*, quod est Correctoris, qui sibi ultra Ciceronem sapere videretur. Prudentius etiam idem habet *scribere faciebat* pro *scribebat*. Unus Ox. *scriberet;* alius omittit sequens *et*. — *Graecam* vero *historiam* non esse *Graecarum rerum historiam*, sed historiam Romanam, Graece scriptam, monet Vogelius loco modo laudato p. 7. et Baehr. Gesch. d. Roem. Litt. Ed. 2. p. 351. *Mr.*

Et videbat in literis] „Liber vetus habet *et vivebat*. Sed non placet: verbum enim *videbat* ad Aufidii caecitatem refertur." *Ursin.* In marg. Goth. ut coniectura profertur *vivebat*. Idem in contextis habet Frc. Fabr. (nec vero Lamb. 1566. quem alibi constanter sequitur) in ann. autem, „Omnes, ait, libri *videbat:* recte. Etsi enim oculis captus ea, quae sub adspectum cadunt, oculorum sensu diiudicare non poterat; quia tamen in historia scribenda ceterisque literis in quibus versabatur, mentis acumine valebat, recte eum Cicero in literis vidisse affirmat, Sic Sophocles [vid. ann. Dav.]. „Habet etiam Sylb. in lemmate annotatis eiusdem sententiae *vivebat*, sed in contextis habet *videbat*. Habet *vivebat* etiam HWolfius, itemque Dav. in Ed. 2. iubente Bentleio, quibus accedit Bouh. addens, idem iam in mentem venisse G. J. Vossio de Hist. Gr. IV. 14. [Is enim, Etsi et, ait, *vivebat* legere possis. Sed prius malo, quia caecorum duntaxat exempla referuntur:]" Cum vero Auf. scripserit historiam Graecam sine dubio Graece [v. annot. anteced.] „dubium certe non potest esse,

tos annos nostrae domi vixit: is vero, quod credibile vix esset, quum in philosophia multo etiam magis assidue,

---

quin fuerit homo literatus *vixeritque* in literis.“ „Regii Codd. non recedunt a vulgata lectione *videbat*.“ *Lall.* „Mihi vulgatum, *videbat*, melius et elegantius videtur de Caeco.“ *Ern.* Unus ex Codd. nostris, Marb., a Bentleii partibus stat: sed neque Bentleii rationes, neque tantula istius libri auctoritas, permovere nos debent ad Ciceronem corrumpendum. *Mr.*

Videbat *in literis*] Pariter Sophocles in Oedip. Tyrann. vs. 396.

— ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσι
Μόνον ΔΕΔΟΡΚΕ, τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός.

Hoc olim monuit Pet. Victorius Var. Lect. III, 20. *D.*

c. 39. *Diodorus Stoicus*] „*Diodotus* Veneti.“ *Camerar.* Insedit pleraque omnia exemplaria scripturae labes in huius philosophi nomine, qui *Diodorus* passim legitur, cum *Diodotus* debeat.“ *Sylburg.*

Diodotus Stoicus caecus,] „Ut Victorius et Lambin. ediderunt, exprimendum duxi: quia sic quoque Fabr. Palatin. nam secund. *Diotodus*. Vulgo *Diodorus*.“ *Gebh.* „In Ven. 1491. Froben. aliisque vett. perperam legitur *Diodorus* Stoicus.“ *Dav.* Ed. 1. — Jo. Valensis in Compendiloq. p. 219 hunc locum ita habet scriptum: „*Diodolus* [sic] *Stoycus caecus multos annos vixit, cum in philosophia multo magis quam antea versaretur. Cui cum libri noctes et dies legerentur, geometriae munus tuebatur, verbis praecipiens discentibus, unde quamlibet lineam scriberent.* Ibidem: *Asclepiadem ferunt, non ignobilem philosophum, respondisse quaerenti, quid sibi attulisset caecitas, ut puero, inquit, uno esset comitatior.* Ibidem de Democrito privato luminibus.“ Probam nominis *Diodoti* scriptionem habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Marb. (hic *Diodothus*) tribus Oxx. Edd. Vict. Rob. Steph. Lamb. Frc. Fabr. Gebh. seqq. Unus Ox. *Deodorus*, reliqui *Diodorus*. Vocem *caecus* omittunt duo Oxx. et Gud. 2. Loquitur de eo Cic. Brut. 90. Acadd. II. 36. In Cod. Duisb. est *annos multos* et supra lin. *per*. *Mr.*

Diodotus Stoicus] Eius passim meminit Cicero. Auctor Dialogi de Orator. cap. 30. Cicero refert *se apud Quintum Mucium ius civile didicisse*; *apud Philonem Academicum, apud* Diodorum Stoicum *omnes philosophiae partes penitus hausisse*. Omnino lege *Diodotum Stoicum*. Respicit egregius ille scriptor ad nostri Brutum capp. 89. 90. *D.*

domi nostrae vixit,] „Sic rectius vet. Cod. Pal. quintus, ipse Lambin. quippe Pal. quart. *nostrae domui vixit*. Vulgo nostrae domi vixit.“ *Gebh.*

nostrae domi vixit] Restitui pristinum verborum ordinem, mutatum a Gebh. Lall. Ern. Wolf. Schz. Nobb. Habent *nostrae domi* Codd. Reg. (sine dubio, cum et Dav. ita dederit, et habeant Codd. Regio simillimi) Gud. 1. 2. Rehd. (hic *domus*) Marb. Mon. 1. 2. Ad locutionem cf. Cic. Phil. II. 19. 48: *cuius domi*; ad Att. I. 12. 3: *domi C. Caesaris*; ad Famm. IV. 7. 4: *Romae et domi tuae — malles vivere? — — Nonne mavis sine periculo tuae domi esse, quam, cum periculo, alienae?* Add. Herzog. ad Sallust. Catil. 28. p. 139. In seqq. Cod. Gud. 2. exhibet: *quod vix credibile;* Vind. 1. *quum e philosophia*, unus Ox. *tum in ph.* Ad structuram *quum — et quum — quumque* vide plane similes in Verr. A. II. Lib. V, 4, 8. in Cat. I, 13, 33. — Habet Cod. Vind. 1. *magis, quam antea, assidue.* In Edd. V. et Rob. Steph. est *more Pythagoreorum*, in uno Ox. *Pythagoraeorum*, in Mon. 1. *Pitagoreorum*. Omittit ille Ox. *uteretur;* Vind. 1. habet: *quumque libri noctes ei et dies* Gud. 2. *cum ei libri*

quam antea, versaretur, et quum fidibus Pythagoreorum more uteretur, quumque ei libri noctes et dies legerentur, quibus in studiis oculis non egebat: tum, quod sine oculis fieri posse vix videtur, geometriae munus tuebatur, verbis praecipiens discentibus, unde, quo, quamque lineam scriberent. Asclepiadem ferunt, non ignobilem Eretricum philo-

---

Verbum *legerentur* explicat Nissen. *praelegerentur;* magis Latine Kühn. *recitarentur. Mr.*

tum quod sine oculis fieri posse vix videtur] „Leviculam particulam *tum* pro *tamen* immutavi, iubente ac praeeunte solertissimo editore Victorio, tum Pall. quatuor prioribus.“ *Gebh.* Ex Edd. vett. nulla habet *tum*, praeter P. V. Rob. Steph. Sed habent *tum* Codd. et plurimi et optimi. In duobus Oxx. Vind. 1. Mon. 1. (*tñ.*) est *tamen*, in Gud. 2. *tunc.* in Gud. et Duisb. nescio utrum *tum* an *tamen* legendum sit compendium. In Edd. Vict. Rob. Steph. scribitur *vix fieri posse*; in Cod. Rehd. *videretur.* ut est in aliquot Oxx. Edd. Oliv. et Ox. *Mr.*

Geometriae *munus*] Sic *philosophiae munus* alibi noster. Longe vero mirabilius est, quod de Didymo narratur Alexandrino. Hieronymus de viris Illust. cap. CIX. *Didymus Alexandrinus captus a parva aetate oculis, et ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus praebuit, ut Dialecticam quoque et Geometriam, quae vel maxime visu indiget, usque ad perfectum didicerit.* Vide sis etiam Sozomenum III, 15. Socratem IV, 25. et alios. Quin et Cassiodorus de Inst. Div. Liter. cap. 5. postquam de Didymo verba fecerat, subdit *de partibus Asiae quendam ad nos* venisse *Eusebium nomine, qui se infantem quinque annorum sic caecatum esse narrabat, ut sinistrum eius oculum fuisse excavatum orbis profundissimis indicaret: dexter vero globus vitreo colore confusus sine videndi gratia infructuosis nisibus volvebatur. Hic — disciplinas omnes et animo retinebat, et expositione planissima lucidabat.* Ne autem laboret Annalium fides, facit Nicolaus Sandersonus, apud Cantabrigienses Matheseos Professor; nam eum, dum secundus laberetur aetatis annus, oculis privarunt variolae. Nihilominus tamen Mathematicarum disciplinarum peritissimus est, easque summa cum laude iam nunc docet vir eximius. *D.*

geometriae munus tuebatur] Quod coniecerat in Ed. 2. Davisius *geometrae*, in Ed. 3. merito silentio pressit, laudataque locutione *philosophiae munus* quasi refutavit. Sed, ut verum fatear, eum quidem locum, quo Cicero ita scripserit, neque ipse indicavit Dav., neque ego reperio: nam quod ait Cic. de Univ. 14. extr. *philosophiam mortalium generi deorum munere esse datam*, id aliud est. Ceterum ut scripsit Cicero Laelio 19, 67: *amicitiae munus*, ita potuit etiam dicere *geometriae munus*, ut sit i. q. omnia exsecutus est, quae ars ista fieri postulat, ut ei satisfiat. In Cod. Vind. 1. scriptum est *uiebatur* pro *tuebatur*: aeque inepte ac Cod. Gud. *geometrice.* Potest etiam conferri de Sen. 21, 77: *munere necessitatis perfungimur;* 20, 72: *munus officii tueri.* Post haec Gud. 2. habet *discedentibus* pro *discentibus*, Mon. 1. omittit *quo.* Pro *quamque* ex Cod. vet. in marg. Lambb. et Goth. scriptum esse dicitur *quam*, et ita edidisse Lambinum. Sed neque Frc. Fabr. ita edidit, qui alibi accurate sequitur Lambinum, neque Or., qui accurate Ed. Lamb. 1566. contulit, aliquid varietatis enotavit. *Mr.*

Asclepiadem ferunt non ignobilem nec inexercitum philosophum] „Mirum profecto est, tam turpe mendum tanto tempore hunc locum

sophum, quum quidam quaereret, quid ei caecitas attulisset,

foedasse et a nullo animadversum et sublatum fuisse. Nam praeterquam, quod nullam hoc auctore dignam sententiam ea verba prae se ferebant, nomen illud *inexercitus*, pro imperitus, vix capi posse puto. frequens autem est eo significatu, quo Virgilius dixit: *Nate Iliacis exercite fatis.* Manu scripti etiam libri ab hac tam rudi lectione dissentiebant, quamvis et ipsos nonnihil vitii occupaverat. id tamen facile corrigi potuit ab eo, qui diligenter et attente locum considerasset. Nonnulli enim habent *metricum*, pro *nec exercitum*, alii vero *haereticum:* quare emendavi, ut vides, parva mutatione facta, *Eretricum*. Fuerunt enim philosophi, qui *Eretrici* sive *Eretriaci* (quod tamen idem est) appellati sint: de quibus Cicero multis locis egit, sed in III. de Oratore his verbis: *Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes fere Socraticos esse dicebant, Eretricorum, Eriliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum,* cet. Asclepiadem autem hunc eius sectae fuisse docet Laërtius in vita Phaedonis his verbis: *καὶ τρίτοι κ. τ. λ.* [v. ann. Dav.]" *Victorius.* „Ven. *Eretricum philosophum.* Atque constat quidem fuisse Asclepiadem Phliasium, amicum summum Menedemi Eretreios, a quo Eretrici dicti, ut Cicero quoque docuit in Lucullo, et eundem in ultima senectute mortuum." *Camerar.*

Eretricum philosophum] „Sic Lamb. altera ed. in prima enim temere *non ignobilem medicum et philosophum.* Teneri tamen non possum, quin et aliorum librorum lectionem adscribam: quidam enim *non ignobilem nec inexercitum philosophum.* Quae lectio prae illa placet, nam *exercitus* fere in adversis dicitur. Maro:

— — — *nate Iliacis exercite fatis.*

Idemque P. Victorio videbatur. Medicum autem illum ex Oratore non hic Cicero innuit Prusiensem, Pompeii aequalem, (de quo Plinius refert, reliquis fere sui temporis illum repugnasse, quemque Galenus de Crisibus lib. III. *ἔξιν αἰτιολογικὴν* exercuisse scribit,) sed Phliasium illum, qui Menedemo Philosopho tanquam Pylades alter familiarissime sit usus: dictique ambo primum a Stilpone *Eliaci*, post a Menedemo Eretrieo *Eretrici*, ut nominat M. Tullius L. III. de Oratore, et Lucullo extremo: ubi tamen Lambinus mutat, nescio qua confidentia, *Eleatici*, cum Graece sit *Ἠλιαχοί, ἀπὸ τοῦ πλείσταvος Ἠλείου*, ut a Menedemo, quod is *Ἐρετριεύς* fuerit, Eretriaei appellati. Laërtius in Phaedone et Menedemo: *ὁ μέντοι Ἀσκληπιάδης προκατέστρεψεν ἐν Ἐρετρίᾳ γεραιὸς, ἤδη συξήσας τῷ Μενεδήμῳ σφοδρὰ ἐντελῶς ἀπὸ μεγάλων.*" *Schott.* N. Cic. II. 20. — „Ante Victorium legebatur *nec inexercitum*, eaque est lectio Beroaldi. Vict. quum in libris MSS. partim *metricum* partim *hereticum* invenisset, parva mutatione facta emendavit *Eretricum:* quam emendationem merito omnes docti ordine probasse videntur. Ego quum in MS. reperissem *Ascl. ferunt Creticum* philosophum, et apud Laërt. L. 2. de Eretrico Asclepiade tam multa legissem, hunc locum pro emendato habui; jam tantisper *ἐφέξω*, dum, quid Lambinum nostrum moverit, ex ipso cognovero." *Frc. Fabr.* „Retinui lectionem Victorii, quam et Lambinus secutus est, quia parum opis a libris Pall. aliisque, quorum prim. ut et Victorii *hereticum*, tert. *heretricum*, quod proxime accedit veritati. Palat. quart. Mart. *metricum*, Fabr. Gembl. *Criticum*, Palat. quint. *medicum*, ut et Lamb. in prima: *non ignobilem medicum et philosophum.* Vulgo *nec inexercitum*, quod per me placeat Schotto L. II. 21. Nodorum." *Gebh.*

Eretricum *philosophum*] Veteres edilt. *nec inexercitum philosophum*, quod Andr. Schotto Nod. Cicer. II, 21. placere non debuit.

respondisse, *puero ut uno esset comitatior.* Ut enim vel summa paupertas tolerabilis sit, si liceat, quod quibusdam

---

Mssti fere vel *Haereticum* vel *metricum* vel *criticum* vel *heretricum* vel *erretricum*, ut Reg. et Pithoean. quae quidem lectiones ad Petr. Victorii coniecturam quasi manu ducunt, eamque merito receptam esse suadent. Illi tuendae hunc Diogenis locum profert vir doctissimus: *Καὶ τρίτοι ἀπ' αὐτοῦ οἱ περὶ Μενέδημον τὸν Ἐρετριέα καὶ Ἀσκληπιάδην τὸν Φλιάσιον, μιτάγοντες ἀπὸ Στίλπωνος· καὶ ἕως μὲν τούτων Ἠλειακοὶ προσηγορεύοντο· ἀπὸ δὲ Μενεδήμου, ΕΡΕΤΡΙΑΚΟΙ.* Extat lib. II. §. 105. et nisi fallor, rem plane conficit. Addi tamen potest illud §. 126. *Ἀσκληπιάδου δὲ τοῦ Φλιασίου περισπάσαντος αὐτόν, (Μενέδημον) ἐγένετο ἐν Μεγάροις πρὸς Στίλπωνα — καὶ μέχρι μὲν τούτων Ἠλειακοὶ προσηγορεύοντο. ΕΡΕΤΡΙΚΟΙ δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ τῆς πατρίδος τοῦ, περὶ οὗ ὁ λόγος.* Hinc patet non esse cur *Eretrium* vel *Eretriacum* cum D. Lambino reponamus; licet enim Eliens. sec. *Eretrium* repraesentet, ad rationem tamen Victorianam proprius accedunt reliqui Codices, hique philosophi passim dicuntur *Ἐρετρικοί*. Vide Laertium I, 17, 18. 19. II, 61, 85, 126, 144. IV, 33. VI, 91. et Athenaeum lib. II. p. 55. *D.*

Eretricum philosophum] „Ed. mea vet. *nec inscitum philosophum.* Recte demonstrarunt Menagius ad Diog. Laërt. I. 17. et Dav. huius sectae philosophos dictos fuisse *Ἐρετρικούς* et *Ἐρετριακούς.*" *Bouh.* „Iam ante Victorium sic correxerat Corradus in Quaestura [p. 381. Ed. Ern.] Sic habet et MS. Guelf." *Ern.* Est in marg. Lambb. et Goth., Lambinum edidisse *Eretriacum:* fortasse scribendum esse *Eretrium.* Habent *Eretricum* Edd. inde ab Ald. Man. nisi quod in Sylb. operarum, ut videtur, errore est *Ereticum*, in HWolfii autem ex Ed. Erasmi vetus lectio *nec inexercitum.* Ceterum habent Codd. quoque *Eretricum*, in his Reg. Gud. 1. 2. Gud. et unus Ox.; *hereticum* Vind. 2. Mon. 2. Marb. Oxx. quinque; *Creticum* Duisb. Mon. 1; *metricum* duo Oxx. Vind. 1. *nec in exercitum.* Wolfius in scholis esse ait etiam in nonnullis *phreneticum*, quod fortasse iocans finxit. Ed. A. habet *ignobilem haereticum philosophorum.* Cod. Rehd. habet *aretricum.* In eodem, itemque in uno Ox. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 2. est *philosophorum:* quod videtur deberi librariis non intelligentibus vocem antecedentem, credentibusque contineri ea *ἐπίθετον* quoddam, ut v. c. Plato dicitur a Cicerone *deus philosophorum.* In marg. Lambb. et Goth. est coniectura *cum quidam ex eo quaereret;* Gud. 2. habet *quaeret,* Vind. 1. *quaererent. Mr.*

puero ut uno esset comitatior.] „Malim *essem comitatior*, ut diserte repraesentat MS. Cantab." *Dav.* Ed. 2. „Non habet haec lectio, cur editae anteferatur: simili enim modo obliquatur oratio supra c. 37: *Socrates quidem cum rogaretur, cuiatem se esse diceret, mundanum, inquit: totius enim* mundi incolam se et civem arbitrabatur." *Wopkens.* l. c. p. 114. [158 Hand.] Ceterum legitur *essem* etiam in Codd. Vind. 1. Duisb. Mon. 1. 2. et tribus Oxx. Nec vero ego eam lectionem inde commendaverim. Legitur etiam *ut uno puero* in Ed. Frc. Fabr. et Cod. Mon. 2; *uno ut puero* in Lamb. 1566, *ut puero uno* in Edd. ante Gebh. reliquis, exceptis P. V. Rob. Steph., in quibus is est verborum ordo, quem nos ex Codd. optimis plurimisque recepimus. In uno Ox. est *comitatu* pro *comitatior.* Tum Cod. Marb. *Et enim vel.* — *Puerum* intellige *servum;* quasi ditior factus. *Mr.*

Si liceat, quod quibusdam Graecis quotidie] Nimirum *mendicare;* quae honesta est *ἀποσιώπησις* et a Lambino probe intellecta. Ursinus

Graecis quotidie: sic caecitas ferri facile possit, si non de-
114. sint subsidia valetudinum. Democritus luminibus amissis alba scilicet discernere et atra non poterat. At vero bona mala, aequa iniqua, honesta turpia, utilia inutilia, magna parva poterat: et sine varietate colorum licebat vivere

---

coniecit, *si liceat, quod quibusdam Graecis, quiritare.* Sed non est audiendus. *D.*

si liceat, quod quibusdam Graecis quotidie,] „Ita habent libri vulgati: nec male: alii *si libeat,* non satis bene. Quid enim si libeat, non liceat autem? ut *liceat* hic significet concedatur, ut ipse docuit supra. Quod autem quidam putant locum adhuc restare mendosum, videndum num pro *quotidie* aptius sit *quiritare.*" *Ursinus.* „*Si liceat* sc. mendicare, quod Graeci dicunt *προσαιτεῖν.*" *Lamb.*

si liceat,] „Intelligunt *mendicare.* Sed cetera mihi non videntur consentire: *quod quibusdam Graecis quotidie.*" *Ern.* „Parasitari, opinor. Sed malim *si libeat.*" *Nissen.* Non inepte Nissenius. Sed hoc ineptum, quod Bill. eum coniecisse fingit: *si libeat — parasitari.* Vocem *si* omittunt quatuor Oxx., absorptum videlicet praecedente *sit*; excidit item in Cod. Mon. 2; unus Ox. omittit *si liceat* usque ad *possit,* aberrante scribae oculo a *sit* ad *possit.* In Cod. Marb. est *quod vel quibusdam.* Mon. 1. omittit *quotidie,* et pro *sic* habet *si.* Gud. 1. *Graeci.* Gud. 2. Rehd. *fieri* pro *ferri.* Vind. 1. *facile ferri*; Gud. *desunt,* unus Ox. *desinit. Mr.*

subsidia valetudinum.] Esse dicitur *subsidia ad valetudinem* in vet. Cod. in marg. Edd. Lambb. et Goth. et ita est in Edd. M. et Ald. Sed manifesto est vel glossatoris vel correctoris qui pluralem *valetudinum* non concoqueret, utpote paullo rariorem. Confert Kühner. Taciti Ann. VI. c. paenult. *medicus regere valetudines principis.* Minime tamen exemplis carent apud Ciceronem nomina abstracta plurali numero usurpata. Vid. quae collegit Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 87. ed. 3. coll. p. 484. med. *Mr.*

Democritus luminibus amissis] „Cf. de Finib. V. 29. 87. Plutarch. T. II. p. 246. Gundling., Otior. Part. III. c. 1. p. 51 sq. Menag. Origin. Italic. voc. Abbacinare. Heumann. Act. Philosoph. I. p. 671. Brucker. Hist. Philos. I. p. 1180. Democritum ob doctrinam in rebus naturalibus valde quoque laudat Aristot. de Generat. et Corrupt. I. 2. p. 684." *Schuch.* Vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 29. p. 640. Schott. Nod. Cic. II. 7. p. 319. sq. In seqq. Edd. fere omnes *alba scilicet et atra discernere.* Ex Edd. vett. sola P. *alba scilicet discernere et terra* [sic perperam pro *atra*] *non poterat.* Et hunc esse verborum ordinem in libris optimis, (quamquam et h. l. collatio nostra Regii tacet,) videmus inde, quod tacite eum recepit Dav. et habent Codd. Gud. 1. 2. Rehd. [hic *astra* pro *atra, sicile* pro *scilicet*] Gud. [hic *si* pro *scilicet*] Mon. 1. Marb. Vind. 2. Quare nos quoque eum recepimus. In Gud. 2. est *poterant* pro *poterat.* Inde ab h. v. aberravit ad eandem post duas lineas redeuntem (*parva poterat*) omniaque omisit media scriptor Cod. Rehd. Quae sequuntur *ἀσυνδέτων* paria, ita iungere amat Cicero. Vid. Beier. ad Cic. de Off. I, 17, 56. p. 134 sq. Turbat Cod. Mon. 1. qui ante *mala, iniqua, turpia, inutilia* quater interserit *et.* Idem omittit *utilia,* in duobus Oxx. excidit *iniqua.* Vind. 1. invertit *parva magna.* Ad structuram *non poterat — poterat* cf. A. Matthiae ad Cic. pro Milon. IX. 26. p. 224. *Mr.*

Et sine varietate] Reg. et Pithoean. *et si varietate.* Forsan *ei sine varietate* etc. *D.*

beate: sine notione rerum non licebat. Atque hic vir impediri etiam animi aciem adspectu oculorum arbitrabatur: et quum alii saepe, quod ante pedes esset, non viderent, il-

---

et sine varietate colorum] Dav. in Ed. 2. edidit *et ei sine:* quod, ut vides, retractavit in Ed. 3. Eam vero, quam in Ed. 3. protulit coniecturam Davisius, probavit Bouh. probavit item Nissenius. Ego non improbo: sed necessaria non est. Ceterum habet *et si* pro *et sine*, praeter Reg., etiam Gud. 1; sed Marb. et Rehd. habent *etsi sine*, Mon. 1. *veritate* pro *varietate*, idem *dicebat* pro *licebat*. Duo Oxx. omittunt omnia inde a *colorum* usque ad *aciem*. In Mon. 2. est *ratione* pro *notione*, itemque in tribus Oxx. In Cod. Rehd. legitur *At hic*, in Mon. 1. *hic viri*. Scribitur *impediri animi etiam aciem*, peiore ordine in Edd. vett. ante Dav. itemque in Edd. Verb. Lall. Oliv. Meliorem exhibent Codd. MSS. nisi quod in Rehd. qui traiicere amat vocabula, est *aciem etiam animi*; et in Gud. excidit *aciem*. Scripsit Cicero *impediri etiam*, i. e. non modo non augeri. Cod. Mon. 1. habet *aspectu oculorum*. Gud. 1. *aspectus:* sed correxit errorem eadem manus. *Mr.*

Impediri etiam animi aciem] Hanc ob causam oculis se privasse dicitur; Plutarchus tamen rem non ita se habuisse contendit. Vide Menagium ad Laertii IX. §. XLIII, 3. Noster de Fin. lib. V. cap. 29. Democritus (*vere falsone* quaereremus) *dicitur oculis se privasse*. Lego *vere falsone non quaeremus*; hanc enim disquisitionem sibi non suscipiendam esse Tullius arbitratur. Hieronymus ad Abigaum Epist. XXXII. p. 205. *Quosdam etiam mundi philosophos legimus, ut totam cogitationem ad mentis cogerent puritatem, sibi oculos eruisse.* Vide et lib. II. advs. Jovin. p. 365. Porphyrium περὶ ἀποχῆς lib. I. cap. 30. et Agellium X, 17. *D.*

Cum hi *saepe quod ante pedes esset non* viderent] Sic Cl. Bentleius, ut *hi* ad oculos referantur. Vulgo *cum* alii *saepe quod ante pedes esset non* viderint. At *viderent* est in Reg. Pithoean. et Med. *D.*

et quum alii saepe — non viderent] Non probavit Davisii, vel potius Bentleii emendationem (*hi*) Wopkensius l. c. p. 114 (158. Hand.), neque placebat ea Bouhierio. Sed nec alii eos viros secuti sunt. Et merito. Quid autem sibi velit Dav. dicens se restituisse *viderent* ex Codd. tribus, cum vulgo edatur *viderint*, nescio, cum omnes Edd. habeant *viderent*. Attamen etiam Wopk. l. c. *viderint* scripsit vulgo legi, correxitque *viderent*, vel et cum alii saepe, quod *ante pedes sit, non viderint*. Sed est fortasse *viderint* operarum errore in Ed. Gruteri Hamburgensi, quae nunc ad manum non est. Pro *alii* duo Oxx. habent *aliis*, unus *videret* pro *viderent*; Gud. 1. *aliis sepe. Mr.*

quod ante pedes esset,] „Sic ordinavi ex Victorii Ed. Pall. pr. tert. quint. Fabr. Vulgo *quod esset ante pedes.* Propert. *ante pedes caecis lucebat semita nobis.* Terent. Adelph. Act. III. sc. 3:

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa, quae futura sunt.

Fere ut Graeci πρὸ ποδῶν, πρὸ χειρῶν. ut Sophocles. Ideo minus assentio Pall. sec. tert. repraesentantibus: *quod ante esset, non viderent.*" *Gebh.* Scribitur *quod esset ante pedes* in Edd. P. A. B. C. M. L. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. Ald. Boul. Car. Steph. Herw. 1. 2. Brut. Sylb. Lambb. Goth. Leod., in Codd. non item. Habent *essent* Codd. Reg. Gud. 1. Mon. 1. In Gud. 2. legitur *ante pedes eius esset.* Ad sententiam conf. de Divin. II, 13, 30: *Democritus tamen non inscite nugatur, ut physicus:* quo genere nihil arrogantius:

in infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremi-

Quod' si ante pedes, nemo spectat: caeli scrutantur plagas.

Ubi vid. annot. nostr. p. 372. coll. Cic. de Rep. I, 18. p. 83. ed. nostr. *Mr.*

quod ante pedes esset,] „Cf. Interprr. ad Lucian. T. I. p. 238. Bip. Sophocl. Philoct. 827: *παρὰ πόδα.* Oed. Tyr. 130: *τὰ πρὸς ποσίν.* Antig. 1039: *τὰν ποσὶν κακά.* Heliodor. Aethiop. VI. 1. p. 224. Ed. Coray. Interprett. ad Viger. de Idiot. p. 601.“ *Schuch.*

ille infinitatem omnem peregrinabatur,] „Insolenter dictum, cui ut succurreret Lambinus, nihil intentatum, nil liquit inausum; quippe legit: *ille in infinitatem.* Sed illo melius Fabr. *ille per infinitatem.* Pal. vero quint. *illam infinitatem,* qui et mox legit: *ut nulla extremitate consisteret.*“ *Gebh.*

Illa infinitatem omnem peragrabat] Vulgo *ille infinitatem omnem* peregrinabatur: sed praepositionem deesse vidit Lambinus: quare legit, *ille* in *infinitatem omnem peregrinabatur.* Viro doctissimo praeivit Joan. Rivius ad Ciceronis Brutum cap. XC. Eam sane coniecturam quodammodo firmant Pal. quint. et Bak. qui *illam infinitatem* repraesentant. Eliens. autem sec. praeclare dat, *ille infinitatem omnem peragrabat.* Lucretius I, 75.

Atque omne immensum peragravit *mente animoque.*

Seneca Epist. LXXVIII. *Rerum naturam* peragranti *nunquam in fastidium veritas veniet.* Vide sis et lib. II. Fin. cap. 31. ac Lactantium Div. Inst. lib. IV. cap. II, 3. Opus tantum est, ut *illa,* scilicet acies animi, legatur: ac ita Reg. et Pithoean. *D.*

ille infinitatem omnem peregrinabatur] „Non necessarium est Bentleianum *illa.*“ *Wopk.* l. c. „Non receperim Davisii emendationem. Opponit Cicero hominem doctum, sed caecum, hominibus visu gaudentibus, sed inertibus, illosque his praefert. Ed. mea vet. itemque Cod. Reg. et aliquot alii: *ille in infinitatem omnem peregrinabatur.* Ita legendum: nisi malis cum uno Cod. Britannico, quod admodum veri est simile: *ille infinitatem omnem peragrabat.*“ *Bouh.*

Ipse infinitatem omnem peregrinabatur] „Reposui *ipse* pro *ille,* re et Latinitate postulante: *alii — ipse.* Sexcenta exempla sunt apud Ciceronem.“ *Ern.* „Non necesse videtur, ut vulgatum *ille* in *ipse* mutetur: at necesse, ut *in* addatur ex MSS. pluribus, auctore Bentleio.“ *Nissen.*

ille ni infinitatem omnem peregrinabatur,] Ita scripsi ex Codd. Bern. Marb. Mon. 1. cum Edd. S. E. L. HWolf. FAWolf. Schz. Or. Neque multum discedunt ii Codd. qui habent *ille infinitatem*: absorptum enim est *in* syllabâ eadem initiali vocabuli sequentis, scripti fortasse INFINITATEM, ut est in Codd. Gud. 2. Mon. 2. Rehd. Gud. Vind. 2. Edd. P. A. B. C. V. M. Asc. 1. 2. Junt. Ven. nostr. Herw. 1. 2. Rob. et Car. Steph. Ald. Sylb. Boul. Brut. Lambb. Goth. Leod. Gebh. Lall. Una tantum litera ab his differunt Reg. (nam verum non est, quod refert Bouh.) Gud. 1. qui habent *illa.* Ernestum secuti sunt Bipp. et Mannh. In Edd. Nobb. et Tbn. est *ille infinitatem omnem peragrabat,* ut est in Cod. Eliens. sec. Non male nisi haec lectio manifesto esset correctoris coniectura, ingeniosa sane, iudice Orellio, cui tamen *peregrinandi* verbum melius convenire videtur cum seqq. *ut nulla in extremitate consisteret.* Davisium nemo secutus est. Ex reliquis Codd. habet Vind. 1. *ille finitatem — pervagabatur,* Gud. *ille infinitatem — pervagabatur,* Duisb. *ille per infinitatem — peragrinabatur.* Rehd. *ille inf. — pere-*

tate consisteret. Traditum est etiam, Homerum caecum fuisse. At eiut picturam, non poësim, videmus. Quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae species formaque

---

grinatur. Iubet nostram scriptionem ipsa Latinitas, ait FAWolf. in illo Hoffmanni, quem non semel laudavimus, libro p. 98. Ad. v. *infinitas* vid. Gronov. ad Liv. 28, 32. p. 780. Ed. Elzev. Ad sententiam A. Schott. l. c. p. 319. — In seqq. Cod. Gud. habet *nulla etiam extremitate.* Cod. Mon. 1. *consiteret. Mr.*

Traditum est etiam Homerum caecum fuisse] Ad rem cf. Cammann.: Vorschule z. Iliade u. Odyssee p. 4 sq. Ad locutionem G. P. Schuppius in Prolus. Hanoviensi Grammatica p. 17. Krüger: V. d. Attraction (Unters. a. d. Gebiet d. Lat. Sprachlehre III.) p. 429 sq. Scribitur in Cod. Gud. *traditum etiam est. Mr.*

Traditum est etiam, Homerum caecum fuisse] Sunt qui volunt hoc prae senio contigisse. Vide Joan. Brodaeum Miscell. V, 9. et Scholiasten ad Luciani Tom. II. p. 17. Sane, quod monuit Velleius Paterculus lib. I. cap. 5. Homerum *si quis caecum genitum putat, omnibus sensibus orbus est.* Quin et Lucianus Ver. Hist. lib. II. p. 676. Ὅτι μὲν γὰρ, inquit, οὐδὲ τυφλὸς ἦν, (Ὅμηρος) ὁ καὶ αὐτὸ περὶ αὑτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπίσταμην. Fabulam exinde natam tradit Suidas, ὅτι οὐχ ἡτιήθη ἐπιθυμίας, ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἄρχεται. Ex Hesychio Milesio legendum ἔρχεται. At vero caecum fuisse nullus dubito. Hinc sub Demodoci persona semet ipsum describere suspicatur Maximus Tyrius Diss. XXII. eumque velut oculis captum finxere statuarii; quod ex Pausania et Cedreno notavit V. C. Gisb. Cuperus Apotheos. p. 6. Vide et L. Allatium de Patr. Hom. cap. 8. *D.*

At eius picturam, non poësin videmus] Vult noster, Homerum ita res describere, ut eae ipsae nobis ante oculos esse videantur, et hinc ἀγαθῷ ζωγράφῳ comparatur apud Athenaeum lib. IV. p. 182. A. eumque τὸν ἄριστον τῶν γραφέων vocat Lucianus Imag. Tom. II. p. 6. Vide et scriptorem vitae Homericae in Opusc. Galeanis p. 401. Certe non tradit Cicero, se Homeri picturam seu faciem pictam vidisse; quod perperam censuit vir doctissimus Gisb. Cuperus Apotheos. pag. 10. *D.*

At eius picturam, non poësin, videmus.] „Cf. I, 15. Auct. ad Herenn. IV. 28: *si poëma loquens pictura est, pictura tacitum poëma debet esse.* De Legg. III. 1. cum notis Turneb. p. 695. ed. Moser. et Crzr. Horat. A. P. 361. Plutarch. de Aud. Poët. p. 17. F: ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην τὴν ποίησιν, ποίησιν δὲ σιγῶσαν τὴν ζωγραφίαν: ubi optime de hoc loquendi genere Wyttenbachius p. 198. ut et Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 134. *Schuch.* — Scribitur in Cod. Mon. 1. *at enim picturam.* In Cod. Marb. scriptum est *At eius picturam non caecam fuisse videmus:* egregia scilicet correctoris emendatione. Scripsi *poësim* pro *poësin* ex sententia K. L. Schneideri in Ausf. Lat. Gr. II. (Formenl. I.) p. 297. et ita est sine dubio in multis Codd., sed enotatum est nobis tantummodo ex Gud. Rehd. Duisb. eodemque (cum ad Editiones collati sint, in quibus est *poësim*) referre possumus Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Ediderunt sic omnes exceptis Dav. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. In seqq. est *hora* pro *ora* in Cod. Mon. 1. idem habet *quis locus*, cum uno Ox. In Cod. Gud. 1. vox *Graeciae* nonnisi a 2. m. addita est. *Mr.*

quae species formae, quae pugna,] „MS. habet *quae species formaque pugnae:* quod ego nequaquam negligendum esse putavi.“ *Frc. Fabr.* „Vet. Cod. [videlicet in marg. Lambb. et Goth.] *quae species formaque pugnae:* non melius vulgata, causam norint sapientes.“

pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum,
b. qui ferarum, non ita expictus est, ut quae ipse non viderit, nos ut videremus, effecerit? Quid ergo? Aut Homero delec-

---

Gebh. Vides Davisium in ann. seq. non recte dixisse, habere eam, quam receperit, lectionem duos Gebhardi Codices. De suis enim tacet, cum a pridem vulgata sine dubio nihil recedant. *Mr.*

Quae species formaque *pugnae*] Vulgo *quae species* formae, quae *pugna*. Lectionem quam damus exhibent duo Codices Gebhardiani, eaque vera est. Sic *formam speciemque* iunxit Agellius XIX, 10. Vide sis Freinshemium ad Flori lib. II. cap. II, 8. *D.*

quae species formae, quae pugna] „Recte correxit Dav. ex aliquot Codd. [neque hic quidem ex suis]." *Bouh.* „Malim *quae species formae, quae pugnae*. Davisius dedit *formaque pugnae:* quod sensu eodem redit." *Ern.*

quae species formaque pugnae] Recepi hanc lectionem paucorum quidem librorum auctoritate, sed ratione fultam cum Dav. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. quibus nunc accedit Cod. Duisb. nec longe abeunt Marb. Vind. 1. *formae quae pugnae;* in Mon. 1. est *quae spes fortunae quae pugna*, in Gud. *quae spes fortune que pugna*. In Ed. Junt. compendio scriptum est *spēs*, qualis scriptio illis erroribus ansam dedit. Duo Oxx. habent *regnum* pro *remigium*. Post *non ita* addiderunt *ab eo* Edd. Lamb. et Frc. Fabr.; sine libris, ut videtur. Unus Ox. omittit *ut* ante *quae;* mox Rehd. habet *nobis ut videremus*. Vind. 1. *fecerit*, Mon. 1. *effecit*. *Mr.*

Quid ergo aut Homero delectationem animi] „Vulg. *Homero ad delectationem* [et sic dedit etiam Gebh. quamquam in lemmate Ed. Gron. *ad* omissum est. Lemma annot. Ed. Lond. habet *ad*, ut contextus:] contra quod eunt Pall. quinque, Fabr. Vatic. vero: *animi aut voluptatem cuique*. Fab. item Pall. secund. quart. quint. *delectationem animi aut voluptatem aut cuiquam*." *Gebh.* A. Schott. Nod. Cic. IV, 17. p. 389. se reperisse ait in vett. libris, brevius quam vulgatur, et concinnius: *Quid ergo Homero ad delectationem, aut voluptatem, cuiquam docto defuisse unquam arbitramur?* *Mr.*

ad delectationem] „Quam delevit praepositionem Davisius, re vera non habet unus Cod. Leid. Malim tamen restitui veterum Edd. lectionem." *Bouh.*

Quid ergo? Aut Homero delectationem animi] Vulgo *quid ergo aut Homero* ad *delectationem animi*. Praepositionem nesciunt Reg. Pithoean. Med. Bak. Balliol. et sex Gebhardiani. *D.*

Quid ergo? Aut Homero delectationem animi ac voluptatem, aut cuiquam —] Ita dedi cum Dav. Ed. 3. (nam in Ed. 2. dedit *an Homero*) Edd. P. FAWolf. Schz. Or. Tbn. (quamquam Schz. dedit: *Quid? ergo aut Homero*) ex Codd. Reg. aliisque Davisii et Gebhardi, Leid. Gud. 1. 2. Mon. 2. Ad quos proxime accedunt Mon. 1. Rehd. Gud. Duisb. in quibus est *aut* pro *ac*, Marb. in quo est *quicquam* pro *cuiquam*. Habent illud *aut* pro *ac* etiam Codd. Vind. I. 2. nec vero, ut videtur, omissa praepositione *ad*. In Vind. 1. et Gud. 2. est *cui docto*. Duisb. habet *unquam defuisse*. Ex Oxx. unus habet *Homeri*, tres omittunt *ad* ante *delectationem*, tres alii omittunt *ac*. *Mr.*

Aut ni ita se res haberet:] „Pal. tert. *aut nuda se res haberet*, quart. *aut nudas res haberet*." *Gebh.*

An, *ni ita se res haberet*] Vulgo *aut, ni ita se*. Nos Eliens. sec. paruimus. *D.*

Aut, ni ita se res haberet] „Mihi videtur cum Davisio *an* legendum pro *aut*, praesertim cum Codicis El. sec. accedat auctoritas."

tationem animi ac voluptatem, aut cuiquam docto defuisse unquam arbitramur? Aut, ni ita se res haberet, Anaxagoras, 115.
aut hic ipse Democritus, agros et patrimonia sua reliquissent? huic discendi quaerendique divinae delectationi toto se animo dedissent? Itaque augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt poetae, nunquam inducunt deplorantem caecitatem suam. At vero Polyphemum Homerus, quum immanem ferumque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit, eiusque laudare fortunas, quod, qua vellet, ingredi posset, et, quae vellet, attingere. Recte hic quidem. Nihilo enim erat ipse Cyclops, quam aries ille, prudentior.

Bouh. Probat idem factum Ernestus, recepitque *an*, quod ex Edd. vett. habent Crat. [sed marg. *aut*] Herw. 1. 2. Cupidius, quam debuit. Recte Billerb. neque hic, neque supra §. 109. *aut Plato* cet. interrogationem vere disiunctivam ait reperiri. In nostro Marb. legitur *arbitramur ut haberet*, omissis mediis; in Gud. 2. *aut nudas Ceres haberet*, in Gud. *habeat*. Vind. 1. 2. *ni ita res se haberet*, Ed. Alt. sola, ut videtur, omittit *se*, quod in hac locutione non raro deest. Vocem *hic* in seqq. omittunt Codd. Vind. 1. 2. De Anaxagora et Democrito vid. Schaubach. de Anaxag. p. 7. 8. *Mr.*

Anaxagoras — Democritus] Vide Menagium ad Laërtii II, 6. IX, 35. *D.*

et patrimonia sua reliquissent?] Abest *et* ab uno Ox. Habet *reliquisset* Wolfius in Ed. 1; et ita scriptum reperio in Codd. Bern. Vind. 1. Pergit Mon. 1. *et huic dicendi*, Duisb. *et huic quaerendi discendique*; in Gud. 1. est *relinquissent*. Unus Ox. habet *diem* pro *divinae*. Quod dixi esse in duobus Codd. *et* ante *huic*, coniiciebat legendum Bouhierius. *Mr.*

toto se animo dedidissent] „Libri quinque veteres in his Huraltinus et Danielis, habent *dedissent*: quod magis probo." *Lamb.* „*Dedissent* in nostro quoque MS. legitur." *Frc. Fabr.* „*Dedissent* exhibeo ex illis Codd. et quinque Pall." *Gebh.* *Dedidissent* restituit Dav. in Ed. 2. nulla ratione addita: in Ed. 3. tacite (videlicet ex Cod. Reg.) recepit *dedissent*. Cum utrumque recte dicatur, dedi, quod suadebant libri optimi: Reg. Gud. 1. 2. Oxx. omnes (nisi quod unus habet *dedisset*) Rehd. Gud. Duisb. Marb. Mon. 1. 2. et habent Edd. P. A. B. S. E. L. Ven. nostr. Asc. 1. Sylb. HWolf. Gebh. Ern. Nobb. Tbn. In seqq. habent *Tyresiam* Codd. Mon. 2. et Marb., duo Oxx. *plorantem* pro *deplorantem* cum Vind. 1; pro *caecitatem* est *civitatem* in Cod. Gud. 2; *Poliphemum* Codd. Mon. 1. 2. Marb. Solus Duisb. habet *Polyphemum suum*. Marb. *immanum*; Gud. *etiam loquentem*. Gud. 1. *fixisset* pro *finxisset*. Pro *laudare* solus Lamb. *laudantem*, et cum eo Frc. Fabr. Quod h. l. *fortunas* posuit pro *fortunam*, (cum plurali numero soleat uti pro facultatibus, re familiari, divitiis) id raro fecit Cicero: habet tamen Or. pro Sulla 23, 66: et *secundas fortunas amittere coactus est*. Ubi enim *fortunas* ponit pro facultatibus, non addere solet *secundas*. Cod. Mon. 1. habet *quod quo vellet*, et sic Edd. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Junt. Asc. 2. Herw. 1. 2. Rob. Steph. In Edd. M. Ald. est *quam*. *Mr.*

Cum ariete' etiam colloquentem facit] Arietem sane Polyphemus adloquitur Odyss. I, 447. Sed nullibi dicit, quae narrat Cicero: quapropter hoc *μνημονικὸν* videtur *ἁμάρτημα*. *D.*

et, quae vellet, attingere] „Quidam legi volunt: *et, quae vellet, adspicere*, Ego nihil muto." *Lamb.* „Fabr. Gembl. Mart. Palat.

40 116. In surditate vero quidnam est mali? Erat surdaster M. Crassus: sed aliud molestius, quod male audiebat: etiamsi, ut mihi videbatur, iniuria. [Epicurei] nostri Graece fere

---

sec. quint. *et quem vellet attingeret.* Palat. quart. *quod qua vellet attingeret.* alii *contingere,* alii *amtingere:* quale invexi ex MSS. Ovidio in Crepundiis." *Gebh.* „Unus Leid. *quid vellet.* Duo alii, quos praefero, *quem vellet:* idque placebat etiam Bentleio. Nec vero huic viro assentio, etiam verbum attingere corrigenti." *Bouh.* Dedi *attingere,* quamquam est in plurimis Codd. *attingeret,* cum facilius credas accommodasse correctores infinitivum antecedenti coniunctivo, quam coniunctivum mutasse in infinitivum. Et habent *attingere* Codd. Reg. (si fides silentio collationis) tres Oxx. Vind. 2. itemque Edd. M. Ald. Boul. Sylb. Brut. Lambb. Goth. Gebh. seqq. Scribitur *quod vellet* in uno Ox., *quem vellet* in Gud. 2. (qui paullo superius omittit *qua*) Rehd. Duisb. Marb. et uno Ox., *qua vellet* in Cod. Gud. Pergit Cod. Duisb. cum duobus Oxx. *recte id quidem.* Goth. et Lambb. in marg. ex vet. Cod. *et recte quidem;* Cod. Gud. 2. *Recte enim hic quidem.* Ed. P. omittit *ipse.* Cod. Mon. 1. habet *Ciclops. Mr.*

c. 40. *In surditate vero* —] „Utitur, praeter Nonium, huius loci testimonio Priscianus extremo libro tertio." *Frc. Fabr.* Nimirum propter voc. *surdaster.* Vid. Priscian. III. 7. 43. p. 137. ed. Krehl. Pro *vero* Cod. Gud. 2. habet *enim:* errore ex similitudine compendiorum (*u.* et *n.*) orto. In Cod. Duisb. est *esset mali. Mr.*

erat surdaster M. Crassus] „Grammatici autumant nomina in — *aster* desinentia esse deminutivae significationis. Cui sententiae duo potissimum nomina adstipulantur, *surdaster* et *recalvaster.* Nam *surdaster* dicitur modice surdus, et talem fuisse M. Crassum intelligi vult Tullius. *Recalvaster* vero, qui fronte sola calvus est, nec toto capite. Recalvastrum fuisse Socratem accepimus." Cetera autem fere omnia consimiliter terminata magis imitationem quandam significant, quam deminutionem: ut *Antoniaster, parasitaster, oleaster* et alia sexcenta." *Beroald.* Vocabulum *surdaster* est ἅπαξ λεγόμενον. *Mr.*

In surditate — M. Crassus] Laudat Nonius in *surditatem. D.*

sed aliud molestius] „Al. *sed illud molestius.*" *Goth.* „*Sed erat ei molestius.*" *Verbg.* ex MS. nescio quo. Dav. pro *sed* in Ed. 2. dedit *et,* nulla ratione addita. Ern. „pro *aliud,* ait, legendum *illud,* quocum et alibi permutatum *aliud* notavimus, notaruntque et alii." Ad v. *quod male audiebat* Beroaldus: „Vituperabatur, insimulabatur, et potissimum nota avaritiae, qua sitivit aurum Parthicum usque ad exitium." Camerarius: „ita Graeci χαχῶς κλύειν. Euripides: [Alcest. 700. Both.] χαχῶς ἀκούειν οὐ μέλει θανόντι μοι." „Facete ludit ἀξυμώρῳ et ambiguitate verborum, quem enim modo surdastrum dixit, nunc verbis ad illud malum significandum simul accommodatis utitur ad malam famam eiusdem viri significandam, cui (quod addit W. in scholis) nunquam favebat Cicero: quamvis hoc loco simultatem obtegat. Vid. Forcellin. v. audire p. 282. b. ed. Germ. *Videbatur* dicit, ait Kühn., quia loquitur de tempore, quo Crassus adhuc vivebat. — Scribitur in Cod. Gud. 1. *sudaster,* in Gud. 2. *surduster M. Cr. sed ea sed aliud*; in duobus Oxx. *etiam sicut mihi.* Unus Ox. habet *iniuriam.* Recte Nissen., contra Ernesti coniecturam, *sed aliud* explicat *sed aliud quid. Mr.*

Epicurei nostri] „Faërnus pro *Epicurei* legendum putabat *Opici:* quae mihi lectio optima videtur. Notum autem est cum ex Strabone tum ex aliis, *Opicos* Campaniae populos fuisse." *Ursin.* „*Graece*

nesciunt, nec Graeci Latine: ergo hi in illorum, et illi in horum sermone surdi: omnesque [id] nos in iis linguis,

---

fari nesciunt: melius in vett. libris *Graece fere nesciunt.*" *A. Schott.* N. Cic. IV. 17. p. 389. —

Epicurei nostri Graece fere nesciunt,] „Insulsius nobis vulgo *Graece fari nesciunt.* Sed hanc elegantiam debemus Pall. tert. quart. Fabr. Gembl. Vatic." *Gebh.* „*Epicurei* non apti h. l. unde varie hoc verbum tentatur. Davisius coniicit *operarii.* [In Ed. 2: ubi annotationi suae haec addidit: Obstat suspicioni, (tangi h. l. Epicureos, quorum principem, Epicurum, saepe indoctum appellat Cicero,) illud, quod tum temporis Romanorum nobilium magna pars Epicuri se partibus dedisset, iique fere Graecis literis erant exculti. An igitur reponendum *operarii nostri* —? an potius vox prima pro glossemate habenda?] Quia post *Graeci* nude dicuntur, credo et *nostri* nude positum a Cicerone, et *Epicurei* esse e nota glossatoris, qui didicerat, a Cicerone Epicureis infantiam obiici solitam." *Ern.*

Epicurei *nostri Graece fere nesciunt*] Faërnus legendum putabat *opici nostri*, eamque coniecturam optimam iudicabat Ursinus. Forsan Epicureos sugillat ob neglecta linguarum humaniorumque literarum studia, sicut eorum pater, Ciceroni passim *indoctus* audit. *D.*

Nostri Graece fere nesciunt, nec Graeci Latine] „Vulgo edebatur *Epicurei nostri.* — Recte vero Ern. v. Epicurei uncinis inclusit, ut glossema: Wolfius eiecit." *Schz.* Wolfius quoque in scholis ineptam dicit glossam v. *Epicurei*, eamque eiectam video etiam in Ed. Tbn. Ego cum Ern. Nobb. Or. uncinis inclusi, ut suspectam: eiicere nolui, cum, nisi hoc ipsum vocabulum a Cicerone scriptum est, aliud certe eius loco fuisse videatur. In uno Cod. Ox. est *Epicuri*, in reliquis omnibus MSS. *Epicurei.* Pro *graece* est in Cod. Gud. 1. *Graecae*, in Gud. 2. est *Epicuri nostri graece*, sed huic tertiae voci superscriptum est *Latini.* Pro *fere* habent *fari* Edd. ante Gebh., itemque quatuor Oxx. Gud. Mon. 1. 2. Rehd. [sed hic supra lin., in contextis *ferre*]. Verum vidit iam Schottus. Pergit Cod. Mon. 2. *ergo ii*, Duisb. ergo *hii.* Cum illo faciunt Edd. P. A. B. C. V. Junt. Asc. 1. 2. [sed marg. MS. hi] Ven. nostr. Herw. 1. 2. Rob. Steph. Post illorum Cod. Rehd. omittit *et.* Vind. 1. habet *in nostrorum.* Duisb. addit *sunt* post *surdi.* *Mr.*

omnesque id nos] „*Id* non video quid spectet. Antiqui scribebant *it.* inde mihi orta coniectura est, ut *item* legendum putarem." *P. Manut.* Manutii coniecturam receperunt Lamb. et Frc. Fabr. Refert autem Goth. in marg. a Lambino receptum esse *itidem.* *Mr.*

Omnesque id *nos*] Officit sensui vox media. Manucius et Lambinus reponunt *omnesque item*, vel *itidem, nos.* Mihi prorsus videtur delenda, nec eam agnoscunt Mss. Balliol. et Bak. Forte tamen, interpunctione mutata, rescribamus, *illi in horum sermone surdi omnes.* Quid? *Nos in his linguis, quas non intellegimus — surdi profecto sumus.* *D.*

Omnesque id nos] „Ingeniosa est Davisii coniectura: — *surdi omnes. Quid? nos* —. Sed cum *id* non sit in aliquot eius Codd, itemque in uno Leid. et mea Ed. vet., hoc solum vocabulum abiiciendum, reliqua lectio servanda videtur. Wopkensius Lectt. Tull. I. 21. studiosissime defendit illud *id.* Sed cum repetatur *surdi* in seqq., eius viri rationes evanescunt, neque cuiquam possunt satisfacere." *Bouh.* Dicit nimirum Wopkensius (p. 114 sq. 159. Hand.) „neutrius generis pronomen saepius venire pro eiusdem aut alius generis adiectivo, quemadmodum pronomen *id* hic exprimat adiectivum acce-

quas non intelligimus, quae sunt innumerabiles, surdi profecto sumus. — At vocem citharoedi non audiunt. — Ne stridorem quidem serrae, tum quum acuitur; aut grunditum,

---

dens *surdi.*" His addit nubem exemplorum et rationem: sed recte Handius: „Errat Wopkensius. Sequitur enim *surdi sumus.* Nemo autem dicere potuit: *omnes in his linguis id surdi sumus.* Quae a Wopkensio de hac nimia et falsa abundantia disputantur, nihil efficiunt. Ea enim, magna ex parte vera quidem non ad hunc locum pertinent. Scripsit Cicero, nisi totus fallor: *omnesque iidem nos in his linguis — surdi profecto sumus.* i. e. omnes item nos. Nam Latini adiectivam formam *idem* pro adverbio *item* ponere solent. Cic. de Amic. 18, 65: *est enim boni viri, quem eundem sapientem licet dicere, haec tenere in amicitia.* De Legg. I, 23, 61: *idemque quum caelum perspexerit* cet." „*Id* nullo modo verum est; puto legendum *item.*" *Ern.*

omnesque [*id*] *nos in iis linguis*] Uncinis inclusi *id*, cum sine dubio aliquid eius voculae loco a Cicerone scriptum fuerit, quod nunc obliteratum est. Nobiscum faciunt FAWolf. et Or. plane eiecit Sch. et post eum Nobb. et Tbn. Variari etiam hoc loco in scriptione vocis *iis*, ut sint libri, qui habeant *hiis*, Edd. quae habeant *his* (ut Dav. et pleraeque vett.), quisque exspectabit. Pro *quae sunt* Cod. Mon. 1. habet *quae sint*, idem *aut vocem citharoedi.* Cod. Marb. *citaredi. Mr.*

Ne stridorem quidem serrae tum, quum acuitur:] Quatuor Oxx. Gud. 2. et Gud. *nec stridorem.* Gud. 2. *fere quidem*, Duisb. *quidem ferri*, unde argutus quidam librarius in Vind. 1. fecit: *ne stridorem quidem serrae, cum acuitur ferrum*; unus Ox. Reg. Gud. 1. 2. *quidem fere*; Marb. *quidem fretum, cum*; Rehd. omittit *serrae.* Ad structuram *ne — quidem*, qua respondetur obiectioni eaque ut vana eliditur, vid. quae docuit Madvig. ad Cic. Philos. I. p. 90 — 96. in primis p. 95. ubi nostrum tangit locum. *Mr.*

aut grunnitum, quum iugulatur, suis;] „Cum Victor. consentiunt MSS. Suffridi, Vatic. Gembl. Vulgo *sus.*" *Gebh.* Vides voluisse Gebhardum exhibere *suis*: sed tamen in contextis remansit *sus*; neque hic error correctus est in Edd. Lond. Gron. Verb. Alt. quae habent contextum Gruteri. Praefert *suis* etiam Bouhierius. *Mr.*

Aut grunditum, cum iugulatur, suis] Vulgo *iugulatur sus.* Nos autem Victorianos Codices sequendos duximus, quibuscum faciunt Reg. Pithoean. Vatic. et Gemblac. Ita sane legit etiam Nonius in *grunnire. D.*

grunnitum, cum iugulatur sus.] „Davisius correxit *suis*: sed ita esset alieno loco. animal intelligitur sua sponte in *grunnitus.*" *Ern.*

aut grunditum, quum iugulatur, suis.] Scripsi *grunditum* antiquo more, quem habent Codd. Reg. Gud. 1. et Ed. Dav. vid. Nonium Marcell. p. 114. v. *grunnire*, et p. 464. v. *grundire.* In Cod. Marb. est: *acuitur aucutus gimnitum cum iugulatur*, Duisb. *tum quum iug.*, Mon. 1. *grunnitur*, in tribus Oxx. *grunitum.* Dedi item *suis*, quod non, ut Davisii commentum, debebat reiicere Ernestus. Iubent enim sic scribere Codd. Reg. Gud. 1. 2. Duisb. et quatuor Oxx. et habent ita Edd. V. Rob. Steph. Herw. 2. Leod. Lall. Dav. Oliv. Wolf. seqq. Neque veri est simile a librariis *sus* mutatum fuisse in *suis*, sed contrarium. Pergit Cod. Gud. 2. *nec cum quies volunt*, Rehd. *nec conquiescere volunt.* Mon. 1. post haec: *audiunt fremitum.* Unus Ox. omittit *maris.* Mon. 1. habet *eos fortes.* Marb. *delectat.* Vind. 1. *delectent.* Dedi deinde *antequam ii* pro *ant. hi* ex Codd. Mon. 2.

quum iugulatur, suis; nec, quum quiescere volunt, fremitum murmurantis maris. Et, si cantus eos forte delectant; primum cogitare debent, antequam ii sint inventi, multos beate vixisse sapientes: deinde multo maiorem percipi posse legendis iis, quam audiendis, voluptatem. Tum, ut paullo 117.
ante caecos ad aurium traducebamus voluptatem, sic licet surdos ad oculorum. Etenim qui secum loqui poterit, sermonem alterius non requiret. Congerantur in unum omnia, p.251.
ut idem oculis et auribus captus sit: prematur etiam doloribus acerrimis corporis. Qui primum per se ipsi plerum- a.

Duisb. marg. MS. Ed. Asc. 2. Edd. S. E. HWolf. Non enim est locus illi demonstrativo. In Mon. 1. legitur *sunt* pro *sint*. *Mr.*

Multos beate vixisse sapientes] Uncinis vocem cinximus ultimam; quod Cl. Bentleius iure faciendum notavit. *D.*

multos beate vixisse sapientes:] Cupidius, quam debuit, eiecit Schz. *sapientes*, quod videtur etiam eiecisse Wolfius in Ed. 1. quam expressit Billerb. Abest *beate* a duobus Oxx. In Mon. 1. est *multos beatos beate vixisset;* in Duisb. *multos vixisse beatos et sapientes*, in Rehd. *multos beate vocis esse sapientes — posse in legendis.* Verbis *paullo ante* respicit ad c. 38. §. 111. Unus Ox. habet *audiendi*. In Rehd. est *traducebamus ad aurium voluptatem*. In v. *traducebamus* desinit Cod. Gud. 2. in cuius fine manus aequalis, nec tamen eadem, adscripsit: *h' deficit unū foliū*. In Marb. scriptum est *sic liceat*. *Mr.*

Etenim qui secum loqui poterit] Codd. Reg. et Gud. 1. habent *quae* pro *qui*. „Dicit *secum loqui* de iis rebus, quas oculis viderit animoque perceperit.“ *Nissen.* Vid. quae supra §. 103. ad eandem locutionem annotavimus: Unus habet *non quaeret* pro *non requiret*. *Mr.*

Congerantur in unum omnia,] „Indicavi in Crepundiis, exhiberi in Fabriciano *congregentur*. Vatic. nunc *congregantur in unum.*“ *Gebh.* Est locus in Crepundiis I. 16. p. 51. (p. 394. Ed. Schminckii). In uno Ox. est *coganturin unum*. Quod est fortasse correctoris, qui recordaretur locorum, qualis est Epp. ad Famm. XV. 4: *cogere exercitum in unum locum*. Est in Cod. Mon. 1. *Cum gerantur*, in Duisb. *congregentur*. *Mr.*

ut idem et oculis] „Vulgo deest *et.*“ *Dav.* Ed. 2. „Ita etiam est, *et* oculis, in uno Cod. Leid. Davisius, qui sic edidit, nullius Cod. MS. auctoritatem apposuit.“ *Bouh.* Cum ex nostris Codd. nullus praeter Gud. assentiat, delevimus illud *et*, quod nemini, praeter Dav., necessarium visum est. Ad v. *oculis et auribus captus* conferri potest memorabilis locutio in Or. pro Rabir. 7, 21: *membris omnibus captus ac debilis*. In Cod. Duisb. est *acerrimis doloribus*: unus Ox. omittit *doloribus*. *Mr.*

Qui primum per se ipsi] „Pronomen relativum non videtur convenire huic loco. Saepius quidem est apud optimos i. q. *ille:* cuius usus multa exempla attulit Wopkens. II. 13. Lectt. Tull. Sed ibi tantum hoc videtur fieri, ubi vel confirmantur vel explicantur antecedentia: quod nostro loco non est. Multo igitur melius, opinor, ita legeretur: *Congerantur in unum omnia ut idem et oculis et auribus captus sit. Prematur etiam doloribus acerrimis corporis. Hi primum per se ipsi plerumque conficiunt hominem. Sin forte longinquitate producti* cet.“ *Bouh.* Nihil agere virum doctissimum non est, quod demonstremus. Cod. Duisb. omittit *primum* pergitque *plerumque*

que conficiunt hominem: sin forte longinquitate producti vehementius tamen torquent, quam ut causa sit cur ferantur: quid est tandem, dii boni! quod laboremus? portus enim praesto est, quoniam mors [ibidem] est aeternum nihil sentiendi receptaculum. Theodorus Lysimacho, mortem

---

per se ipsi. In uno Or. exciderunt verba *per se ipsi*, in alio *plerumque*. *Mr.*

dein si forte longinquitate producti] „In aliis omnibus est *sin forte:* in quo *primum* ἀναπόδοτον est: ut apud Terentium: *Primum iam de amore hoc comperit*, et in Lucullo Ciceronis: *Primum interest, sed id omittamus*: Ubi in vulgatis legitur: *Plurimum interest.*" *Frc. Fabr.* „Nihil mutandum. Hunc usum voculae *primum* comprobavit iam Turnebus de Partic. cap. 137. et Cortius ad Sallust. Iug. c. 86." *Wopkens.* l. c. p. 52. (p. 74. ed. Hand. cuius vid. ib. p. 73. annot. n. 84.) Or. quoque „nihil opus esse ait Lambini coniectura cum saepe v. *primum* non excipiatur ab altero *deinde.*" Nimirum in hoc ipso *sin* est illud *deinde* (*si*) quod respondere debebat antecedenti *primum*. De significatione ea vid. Beierum ad Cic. de Off. I, 15, 47. p. 115. coll. I. 14. 44, ubi docet, qualibus modis Cicero compensare soleat illud *deinde*, postquam praecesserit *primum* (p. 108 sq.). Pro *sin* in Cod. Rehd. et duobus Oxx. est *sint*; alii tres post *quid* omittunt *est* cum Mon. 2. Cod. Vind. 1. exhibet *dii boni, tandem quid est*, Cod. Marb. *quidem tandem* pro *quid est tandem*. *Mr.*

Quoniam mors ibidem est] Apertum Glossema, quod sagacissimus Bentleius primus vidit. *D.*

quoniam mors ibidem est,] „Satis est veri simile, haec verba glossatoris esse, perperam in orationis seriem receptam. Ego tamen vocem *mors* servaverim scripserimque: *portus enim praesto est mors, aeternum* cet." *Bouh.* „Uncinis inclusi has quatuor voces, sunt enim manifeste nota glossatoris, ut viri docti iudicavere. Verbum *mors* (vel *mortis*) tamen cum Buherio velim servari." *Ern.* „Mihi quidem *quoniam mors ibidem est* non a glossatore videntur profecta. Nam quid illa glossa sibi vellet? Sed pro *ibidem* legerim *quidem.*" *Nissen.* Eiecit istas quatuor voces Schützius, uncinis incluserunt FAWolf. et Nobb. Orellius ita assentit Nissenio, ut tamen nihil mutet, sed modo vocem *ibidem*, ut ineptam glossam, uncinis includat: quae iam in Ed. Tbn. plane est eiecta. Ego cum illo faciendum censui, ita tamen, ut v. *quoniam mors est* non intelligam *quoniam mors praesto est*, sed *quoniam mori potest homo, eique igitur, utcunque res cadit, in morte certum est omnium malorum refugium.* Sed id ipsum, opinor, voluit Or. In annot. ad Wolfii scholas commodius fortasse ait deletum iri distinctionem post *est*, ut iungamus: *quoniam mors est aeternum nihil sentiendi receptaculum.* Recte: et sic ego etiam locum exprimendum curavi. Codices nihil variant. *Mr.*

Nihil sentienti receptaculum] Lego *sentiendi*, prout diserte Reg. Pithoean. Med. ac Bak. et hanc lectionem praestat Augustinus Epist. LII. *In portu*, inquit, *non sentiendi vel nullus omnino sit — vel beatus.* Portui vero tranquillo placidoque mors passim comparatur. Vide Senecam Consol. ad Polyb. cap. 28. Epist. LXX. et in Agemem. vs. 592. ac Amm. Marcellinum XXXI, 5. *D.*

aeternum nihil sentienti receptaculum] „Verum est, *sentiendi* scribi apud Augustinum. Sed incidit fortasse vir iste in exemplar Ciceronis minus accurate scriptum, vel ipse oratoris Romani sermonem in Afrum loquendi genus, ut solebat, immutavit. *Nihil sentiendi*

minitanti: *Magnum vero*, inquit, *effecisti, si cantharidis vim consecutus es.* Paullus Persi deprecanti, ne in triumpho 118.

---

receptaculum, soloecum est, neque potest intelligi." *Bouh.* „Nec mihi placet *sentiendi*. *Nil sentienti* est: *quia nihil sentit mortuus*." *Ern.*

aeternum nihil sentiendi receptaculum] Recepit, quod volebat Dav., Gerundium *sentiendi* Wolfius, eumque secuti Schz. Or. probante Goerenzio ad Cic. Acadd. II. 31. 100. p. 183. Non enim agitur de eo, utrum homini Afro sit obsequendum, sed libris optimis et usui Ciceronis. Habent autem *sentiendi* Codd. Reg. Gud. 1. quatuor Oxx. Vind. 1. 2. Marb. Mon. 1. (hic omittit *enim* post *portus*) Mon. 2. Rehd. (hic *nil* pro *nihil*) Gud. Duisb. Bern. Similiter dixit Cicero Acadd. II. 31. 101. *habere percipiendi notam*. de Sen. 23: *commorandi deversorium — habitandi locum*. *Mr.*

Theodorus Lysimacho] Hac de re sic Seneca de Tranq. cap. XIV. *Minabatur Theodoro philosopho Tyrannus mortem — Habes, inquit, ut tibi placeas; hemina sanguinis in tua potestate est.* Valerius autem Maximus lib. VI. cap. II, 3. ext. *Theodorus Cyrenaeus Lysimacho regi mortem sibi minitanti, Enimvero, inquit, magnifica res tibi contigit, quia cantharidis vim assecutus es.* Stobaeus Serm. II. pag. 31. Θεόδωρος ὁ Κυρηναϊκός, *Λυσιμάχου τοῦ βασιλέως ἀπειλήσαντος αὐτὸν ἀναιρήσειν, Ἐλελήθεις με, εἶπεν, οὐ βασιλέως, ἀλλὰ ΚΩΝΕΙΟΥ δύναμιν ἔχων.* Vel ibi scribendum *κανθάρου*, vel, quod puto verisimilius, aliam famam secutus est auctor ille. Parī modo Perdiccae respondit Diogenes, uti quidem tradit Laertius VI, 44. *D.*

Theodorus Lysimacho] „Non fuit hic Lysimachus Macedoniae rex, ut falso existimabat Aldobrandin. ad Diog. Laërt. IX. 102. Hic enim centum fere annos post Ptolemaeum Lagi regnavit, cuius tempore vixit Theodorus philosophus. Fuit Lysimachus, ut Ptolemaeus, unus e successoribus Alexandri, Pergami rex. De cantharidum veneno Ovid. Ib. 310:

cantharidum succos, dante parente, bibas.

Vid. etiam Plin. H. N. XXIX. 4." *Bouh.* Quem ex Stobaeo laudat Dav. locum, is est Musonii Stoici. De Theodoro v. supra 1. 43. prc. — Cod. Mon. 1. habet *Lismaco*, unus Ox. *Lysimbaco*. Pergit Vind. 1. *minitanti mortem*. Mon. 1. *efficieti*. Mon. 2. *cantaridis*. Ad v. *cantharidis* vid. etiam Epp. ad Famm. IX. 21. ibiq. ann. P. Manutii. Paullo aliter scriptum reperio locum nostrum apud Jo. Valensem l. c. p. 219. ubi est: *Theodorus Lisimaco mortem minanti: magnum, inquit, effecisti, si cantharidis vim assecutus es.* *Mr.*

Paullus Persi deprecanti] Ita Reg. Pithoean. Med. et Petrens. ac eorum fide sic edidi. Vulgo *Persae*, quod eodem redit; nam rex ille Macedonum *Perses* vel *Perseus* Latinis dicitur. Vide Nic. Heinsium ad Velleii Paterculi lib. I. cap. IX, 4. *D.*

Paullus Persi deprecanti] Scripsit quidem R. L. Schneiderus in Gramm. Lat. II. 1. (Formenl. I.) p. 317 sq. iustam apud Ciceronem dativi huius nominis formam esse *Persae*. Sed cum praeter nostrum locum nullum afferre potuerit: nostro autem loco optimi libri habeant *Persi*, hanc formam praetulimus. Habent autem *Persi* Codd. Reg. Gud. 1. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. tres Oxx. unus Leid. vet. Ed. Boubieriu, neque discedunt Marb. in quo est: *paulus peraidae precanti*, unus Ox. *paulisper si*. In uno Ox. est *Paullus patri*, in alio *Paullus perse*, in Vind. 1. *Paullus Perse deprecante*, quod est correctionis. In Ed. 2. dedit Dav. cum reliquis *Persae*. Nobiscum facit, praeter Dav. in Ed. 3., sola Ed. Tbn. Ceterum vid. Schneiderum l. c. p. 73. 289. 315 — 321. Ceterum scribitur *precanti* pro *de-*

duceretur: *In tua id quidem potestate est.* Multa primo die, quum de ipsa morte quaereremus; non pauca etiam postero, quum ageretur de dolore, sunt dicta de morte: quae qui recordetur, haud sane periculum est, ne non mortem aut
41 optandam aut certe non timendam putet. Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quae in Graecorum conviviis

---

precanti in Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. I. 2. Junt. Herw. *In triumphum* legitur in Codd. Vind. 1. 2. Gud. et uno Ox. *Mr.*

In tua id quidem potestate est] „Revocavi (extrita vulgata hacce: *in tua id, inquit, potestate est:*) lectionem Victorii, Pall. pr. tert. quart. quint. Vat. Fabr. — Palat. sec. *id in tua quidem potestate est.*" *Gebh.* Dav. in Ed. 2. dedit: *in tua, inquit, id potestate est:* nihil addens, nisi vulgo legi, ut dedit Gebh. In tertia ad huius viri lectionem rediit, quam habent Codd. plerique, et Edd. V. Rob. Steph. Gebh. Dav. 3 seqq. In Vind. 1. Mon. 1. uno Ox. legitur *in tua inquit id quidem,* in Duisb. Mon. 2. *in tua id quidem inquit est potestate;* in Ed. S. *in tua id inquit quidem.* Reliquae Edd. eam habent, quam vulgatam lectionem dicit Gebh. Unus Ox. *in tua inquit potestate est. Mr.*

in tua id quidem potestate est] „Nempe, potes te interficere." *Ern.* Cum vero ista potestate non esse usum, sed, ut ait Beroaldus, maluisse turpiter triumphari, quam honeste mori, notum est. *Mr.*

multa primo die —] „MS. Palat. Codex vetustissimus et sincerissimus: *multa primordie*; ut sine ulla hallucinatione vel haesitatione subiiciat legendum: *Multa primore die,* ni mavis *primori,* quod eodem recidit." *Gebh.* in Crepund. III. 13. p. 137. (p. 505. ed. Schminck.) Addit ad hanc coniecturam exempla haec: „Onomasticum: primores, *τὰ ἄκρα.* Sic Lucil. *Primores erigit ungues.* Varro: *primoribus digitis stare.* Plaut. *in primoribus labris versabatur.* Ennius: *in primore fronte.* Postea tamen, et merito, istam emendationem silentio pressit. Ceterum est *primordie* etiam in antiquissimo nostro Gud. 1; *prima die* in Cod. Mon. 2. et tribus Oxx. Cod. Duisb. exhibet *de morte ipsa.* In Edd. S. E. et HWolf. est *de ipsa morte investigaremus atque quaereremus. Mr.*

Non pauca etiam postero] Tacite omisit Dav. vocem *etiam* in Edd. 2. et 3. fortasse etiam in prima: nullo assentiente libro. Pro *postero* Cod. Rehd. cum uno Ox. *postero die.* Pergit Vind. 1. *quum quaereretur*; tum Cod. Mon. 2. *dicta sunt;* Mon. 1. *qui recordaretur.* Vind. 2. post *ne* omittit *non.* In seqq. Cod. Vind. 1. *observanda videtur:* quae lectio correctoris manum prodit. Post *quae* excidit *in* in Cod. Mon. 2. et uno Ox. *Mr.*

c. 41. *In Graecorum conviviis* obtinet] Vulgo *obtinetur.* Eliens. sec. *continetur,* quod nihili est. Omnino legendum *obtinet,* ut nos edidimus; id quod flagitavit Latini sermonis ratio. — *Περὶ τοῦ Ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι* vid. Desid. Erasmum Adag. Chil. I. Cent. X. 47. *D.*

quae in Graecorum conviviis obtinetur] Nulla sane fuit causa, quare contra omnium Codd. auctoritatem corrigeret Dav. *obtinet.* Saepe eo verbo usus est Cicero pro *retinere,* ut in hoc loco: *Nos eam necessitudinem, quae est nobis cum publicanis, obtinere et conservare patiantur.* Ita est ad Qu. Fr. I. 1. 12. Utitur etiam verbo *obtineri* pro: locum habere. *Sententiam, quam vis obtineri,* supra I. 12. Nunquam fortasse *obtinet* dixit Cicero eâ sententiâ, quam ei tribuit Dav." *Bouh.* „Davisius correxit *obtinet,* non probante Buherio. mihi non displicet." *Ern.*

obtinetur: Aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi; aut, ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante discedat:

---

quae obtinetur] Receperunt Davisii correctionem FAWolf. Schz. Or. Tbn. Et Wolfius quidem in libro Hoffmanni, quem non semel laudavimus, p. 98: „Vera est, ait, correctio *obtinet*, pro malo illo *obtinetur*. Est illud Graecum ἐπέχει seu κατέχει, intransitive poni solitum in hac loquendi forma." Tractavit autem nuper hunc locum R. Klotzius in Quaestionibus Tullianis p. 127 — 132, defenditque lectionem librorum fere omnium ita, ut posthac eam non ultra sollicitatum iri existimem. Summa eius disputationis haec est: „Equidem tantum abest, ut *obtinet* credam a Latina consuetudine requiri, ut istud a Cicerone negem potuisse scribi, neque ab ullo scriptore, qui quidem non inquinate loqueretur. Nam quamquam nostri homines — saepe dicunt: *haec consuetudo obtinet;* non tamen adducor, ut id ab antiquis scriptoribus credam prius esse dictum, quam eo tempore, ubi iam, ut mores Romanorum, sic lingua coepta est depravari. Hoc praeclare intellexit Jo. Matth. Gesnerus, qui Thesaur. Ling. Lat. s. v. *obtineo*, iure negavit a bonis scriptoribus *obtinendi* verbum intransitive esse usurpatum, eumque locum, cuius ego causa haec dico, recte explicavit, ita ut diceret *obtineri* idem esse atque *observari*. Atque ut *tenere legem* est ein Gesetz halten, *sic obtinere legem* est ein Gesetz festhalten. — Locus, qui huic maxime respondet, est de Partit. Oratoria 37. §. 130: — — *Quae autem scripta non sunt, ea aut consuetudine aut conventis hominum et quasi consensu obtinentur.* — Atque ut lex dicitur *obtineri*, sic etiam *sententia obtinetur* — Conf. Tusc. I. 12. 26: *auctoribus quidem ad istam sententiam, quam vis obtineri, uti optimis possumus.*" Vid. eundem Klotzium in Jahnii Annall. 1832. I. 1. p. 68. 1833. 5. p. 62. Add. Geist. ib. 1832. 9. p. 28. Davisii coniecturae ex omnibus libris duo tantum favent, Gud. (si collationi fides: de qua non dubito:) et Marb., quem ipse contuli. In Gud. 1. antique scriptum est *optinetur*. Placuit autem illud *obtinet* viris doctis, quia ex Ulpiano aliisque Iureconsultis ita transiit in recentiorum libros vel elegantiores, ut summo iure locum suum obtinere videretur. *Mr.*

aut bibat, inquit, aut abeat.] „In Graecis est παρονομασία, quae dictum reddit elegantius. Ἢ πίθι, inquiunt, ἢ ἄπιθι, sic enim dixere πίε vel πῖνε, ut Athenaeus quoque ostendit Lib. X. Est et epigrammatis Graeci lusus de mensa amethystina, hinc ductus ἢ πιθέτω νήφειν, inquit, ἢ μαθέτω μεθύειν [Analect. I. p. 175.]." *Camerar.* „Cf. Diez. ad Isocrat. Paraenes. ad Demon. p. 159. (Ulmae, 1707. 8.)" *Schuch.* Ad rem cf. etiam Forcellin. v. *bibo* p. 326. c. ed. Germ. In seqq. Cod. Vind. 2. habet *aut ne* pro *aut enim:* ex similitudine compendiorum. *Mr.*

ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat] „Q. v. c. *in violentiorum multorum incidat*. non placet." *Goth.* et marg. Lambb.

Ne sobrius in violentiam vinolentorum] Bak. habet *vinolentiam multorum;* Balliol. autem *multorum vinolentiam*. Ipse quidem vulgatam retineo lectionem, quod etiam Reg. et Pithoean. faciunt: nam quod ait Mnesitheus apud Athenaeum lib. II. p. 36.

Τοῖς μὲν μέτριον πίνουσι καὶ κεκραμένον.
Εὐθυμίαν φέρει, ἂν δ' ὑπερβάλῃς, ὕβριν.

Euripides ibidem:

Πληγὰς ὁ κῶμος λοιδορόν θ' ὕβρεως φέρει.

Vide et pag. 38. E. Alexis apud eundem lib. X. p. 421.

sic iniurias fortunae, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. Haec eadem, quae Epicurus, totidem verbis dicit
119. Hieronymus. Quod si ii philosophi, quorum ea sententia

— φιλεῖ γὰρ ἡ μακρὰ συνουσία
Καὶ τὰ συμπόσια τὰ πολλὰ καὶ καθ' ἡμέραν, ποιεῖν
Σκῶψιν· ἡ σκῶψις δὲ λυπεῖ πλεῖον ἢ τέρπει πολύ.
Τοῦ κακῶς λέγειν γὰρ ἀρχὴ γίνετ', ἂν δ' εἴπῃς ἅπαξ,
Εὐθὺς ἀντήκουσας· ἤδη λοιδορεῖσθαι λείπεται,
Εἶτα τύπτεσθαι δέδεικται καὶ παροινεῖν —

Sie recte distinxit hos versiculos magnus ille Grotius Excerpt. p. 581. Adi sis et Horatium lib. I. Od. XVIII, 7. ac Lucianum in Dial. Iunonis et Iovis Tom. I. p. 216. *D.*

in violentiam vinolentorum] „Duo Leidd. et Ed. mea vet. habent *vinolentiam*. Sed perperam." *Bouh.* Habent *vinolentiam* quinque Codd. Oxx. Vind. 1. 2. Gud. Duisb. Mon. 2. In Vind. 2. Gud. est *in vinolentiam multorum inc.*, in Duisb. *in vinolentorum vinolentiam*, in Rehd. *in vinolentorum violentiam*; Mon. 2. Vind. 2. et unus Ox. *incidat aut discedat*; Reg. *ante dicebat*, cum Gud. 1. fere gemino. Mox Mon. 1. *fortune qui quas*. Habent etiam *vinolentiam* Ed. P. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. Sylb. HWolf. sed hic in marg. *viol.* *Mr.*

defugiendo relinquas.] Palatin. sec. Fabr. *diffugiendo*." *Gebh.* Ita etiam noster Duisb. Idem in seqq. *hiisdem verbis*, supra lin. *totidem verbis*. Vides glossam, quod saepissime factum est, in locum vocis Ciceronianae irrepsisse. Quam saepe Cicero dicat totidem verbis, non est quod doceam. Memorabilis autem est locutio Brut. 96, 328: *idque declarat totidem, quot dixit, ut aiunt, scripta verbis oratio.* *Mr.*

Dicit et Hieronymus] Reg. Pithoean. et Med. *dicit Hieronymus*. Forte *dicet Hieronymus*. *D.*

dicit Hieronymus] Abesse a nonnullis libris *et* ante *Hieronymus*, legimus iam in marg. Lambb. et Goth. Abest a quatuor Oxx. Reg. Gud. 1. Mon. 1. Vind. 1. 2. Gud. Rehd. Duisb. Bern. (a pr. m.) Edd. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Reliqui omnes habent *dicit et Hieronymus*, nisi quod sola Ed. Dav. exhibet *dicat Hieronymus*, nulla ratione addita. *Mr.*

Quodsi iis philosophis, quorum ea sententia est,] Ita est in vulgatis, imperfecte. Ego mallem *quodsi ii philosophi*, et infra *dicant attamen semper.*" *Ursin.*

Quodsi ii philosophi quorum] „Sequuti sumus Lambin. a [Palatin.] prim. secund. quart. Vatic. amplius invitati. Vulgo *quod si his philosophis.*" *Gebh.* Ita inde a Lamb. et Gebh. editum est: nec vero ita habent Codd. vetustissimi. Est enim *his philosophis* in Codd. Reg. (sine dubio, quamquam collatio nostra tacet) Marb. Gud. 1. Mon. 1. Rehd. Gud. Duisb. quatuor Oxx. et sic Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1. 2. Rob. Steph. Sturm. HWolf., *iis philosophis* in M. Ald. Car. Steph. Boul. Brut. Leod. Sylb. Sed cum ferri ea lectio non posse videatur, et habeant tamen, praeter Codd. Gebhardi, quatuor Oxx., cum eo faciendum esse censuimus. — In Cod. Vind. 1. legitur *quod si ii philosophorum ea sententia*, in uno Ox. *quid suis philosophis*; ubi *quid* ex compendio male lecto ortum est, *suis* vero ex *si iis*, literis iunctis et *i* sine puncto scripto. In Rehd. legitur *sententia est ea*. Unus Ox. omittit *ea* Quod sequitur *ut* post *sententia est*, id apud Ciceronem minime insolitum, qui eadem structura post verba *sentiendi*, *cogitandi*, *concedendi* haud raro utitur. Vid., ne alios excitem, Tursellin. de Particull. p. 1111

est, ut virtus per se ipsa nihil valeat, omneque, quod honestum nos et laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam et inani vocis sono decoratum esse dicant, et tamen semper beatum censent esse sapientem: quid tandem a So-

---

sq. Mox Cod. Duisb. *ut virtus ipsa per se.* Marb. *per se ipsum,* duo Oxx. omittunt *ipsa. Mr.*

omneque, quod honestum nos et laudabile esse dicimus,] „Insinuarunt copulam *que* Victor. Pall. prim. sec. quart. quint. Fabr. Vatican. neque nobis omittendam. Ceterum Pall. sec. quart. quint. al. vet. Cod. [in marg. Lambb. et Goth.] *dicamus.* Pal. pr. *ducamus.*" *Gebh.* Legitur *omne, quod* in Edd. ante Gebh. exceptis P. V. Rob. Steph., sed in Cod. nullo. Unus Ox. habet *omnes quod,* tres cum Marb. et Gud. 1. *omnesque* quod, Mon. 1. *omnesque ut quod.* Vind. 1. omittit proximum *esse.* Pro *dicimus* est *dicamus* in sex Oxx. Gud. 1. Mon. 1. Gud. Duisb., in Mon. 2. *ducamus.* Mon. 1. *casum quidam,* ex scriptione CASVM QVIDAM. Rehd. item *casum,* supra lin. *al. cassum. Mr.*

inani vocis sono decoratum esse. „Alii *inanis.* Sed illud servant Pall. secund. quart. quint. Vatic. denique Fabr. Gembl. ipsaque ed. Victorii." *Gebh.* Ante Gebh. habent *inani* nonnisi Edd. S. E. V. Rob. Steph. Herw. 2. Leod. Reliquae *inanis* cum Cod. Mon. 2. et quatuor Oxx. Pro *dicant* legitur *dicunt* in Edd. L. M. teste Or. Ex nostris nulla habet Indicativum. *Mr.*

Et *tamen semper beatum*] Vel cum Lambino Bentleioque delenda est vox prima; vel leg. *attamen. D.*

et tamen semper beatum censent esse] Voluisse Ursinum *attamen,* supra vidimus. Deleverunt *et* (quod delendum visum est etiam Goth. eique viro, qui annott. ad marg. Lambb. conscripsit), iubente Bentleio, Dav. in Ed. 2, Schz., uncinis incluserunt FAWolf. Or. Nobb.; Bouh. probabat *attamen.* Nos in omnium Codd. consensu servandam esse particulam duximus, quam cur intruderent Ciceroni librarii nulla erat ratio. Eam cum commode defendisse videatur G. Reinius in Quaestt. Tull. L. I. (Lips. 1832. 8.) p. 43, breviter eius rationes apponam: „Vocabulum *et,* omnium codicum scripturam, ut anacoluthon vitarent, plerique interpretum delerunt, vel uncis incluserunt. Sed anacolutha apud Ciceronem haud sunt rara, neque mutanda, etiamsi per facilem mutationem fieri possit. Hoc quidem loco nihil esse mutandum ex eo patet, quod hanc sententiam audientes neque anxie eam exigentes vocula *et* non offendimur. Contra si eam delemus, summa oritur inconcinnitas. Primum non placet indicativus *censent,* cum non videamus, unde pendeat haec enuntiatio: deinde enuntiatio posterior *quid tandem* etc. obscuratur; putamus enim, cum legentes ad *tamen semper* pervenimus, nunc ordiri enuntiationem posteriorem: et sic turbatur ordo. Denique interrogandum est, unde librarii contra omnem rationem adsumpserint *et:* delevisse eos nil mirum." — Cod. Rehd. exhibet *semper beatum tamen,* Gud. *tamen beatum semper.* Duisb. *esse censeant.* Scribitur *esse censent* in Edd. ante Gebh., exceptis V. Rob. Steph. Leod. *Mr.*

quid tandem a Socr. et Plat. perfectisque philosophis faciendum putes?] „Legendum censet Cuiacius *quid tandem a Socr. et Plat. profectis phil. fac. p.* Sic primo et secundo de Inventione: *ab Aristotele et Theophrasto profecti:* et tertio de Legibus: *Heraclides Ponticus profectus a Platone.*" *Sylburg.*

quid tandem a Socrate et Platone profectis philosophis] „Hoc malui, quia sic in Vatican. hocque olim Gulielmius. Sed ex quo li-

crate et Platone profectis philosophis faciendum, vides:
b. quorum alii tantam praestantiam in bonis animi esse dicunt,
129. ut ab iis corporis et externa obscurentur: alii autem haec

---

bro, non addit: quippe notat *perfecti a Socrate, διδαχθέντες*, malim tamen *profecti*, ut semper noster Cicero loqui consuevit." *Gebh.* Accedunt lectioni *profectis* Codd. Gud. 1. Rehd. [quamquam hic praeferre debebat *perfectis*: habet enim: *quid tandem Socrati et Platoni*] Vind. 2. septem Oxx. et Edd. post Gebh. omnes. Vind. 1. interpolationibus refertus: *a Socrate et Platone ceterisque perfectis philosophis. Est perfectis*, quod facile ex perperam lecto compendio oriri potuit, in Cod. Reg. Gud. Duisb. duobus Oxx.; Edd. P. V. Rob. Steph.; *perfectisque* in Edd. A. B. S. E. C. M. L. reliquisque ante Gebh. *Mr.*

Faciendum, vides] Sic Reg. Pithoean. Med. Balliol. aliique multi Codices. Vulgo *faciendum putes*. *D.*

faciendum, vides:] Cum ferri possit et explicari haec optimorum vetustissimorumque librorum lectio, nolui eius loco recipere eam, quae manifesto est correctoris, cum, quod nemo certe *putes* mutaturus fuisset in *vides*, tum, quod consimilis glossa, *censes*, est in Cod. Duisb. cui superscripta est antiqua lectio *vides*, non quasi explicatio, quae nulla est, sed ut veteris scriptionis vestigium. In Ed. 2. Davisius recepit *faciundum sit, vides*, sine dubio iubente Bentleio. Est autem *vides* in Codd. Reg. duobus Leidd. septem Oxx. Gud. 1. Mon. 2. Vind. 2. Ed. vet. Bouh. P. Ven. Alt. marg. Lambb. et Goth. Ad seqq. facile vides v. *alii* intelligi Peripateticos et Academicos, ubi vero redit *alii* (ante *autem*), significari Stoicos. *Mr.*

ut ab his corporis externa observent,] „Sic reperio in Pall. quinque, Fabr. Gembl. Martin. Vulgo inepte *obscurentur*." *Gebh.*

Ut ab his corporis et externa obscurentur] Sic Balliol. Med. et veteres editi. Vulgo *ut ab his corporis externa observent*. Reg. et Pithoean. *corporis* et *externa* observant: unde Cl. Bentleius legit *corporis et externa* obruantur. *D.*

Corporis externa observent:] „Non est dubium, quin corrigendum sit *corporis et externa*, ut bene vidit Bentleius. Ita est in Cod. Reg. uno Leid. mea Ed. vet. et plerisque aliis. Alius Cod. Leid. habet *obscurent*. Firmat hoc lectionem Manutiorum et Lamb., qui ediderunt *obscurentur*, quod merito placuit Bentleio et Davisio." *Bouh.* Recepit Dav. in Ed. 2. *obruantur*, quod suaserat Bentleius. — „Pro *observent* alii scrr. et edd. *observentur* [sic nullus plane liber, neque scriptus neque editus:] e quo Bentleius et Dav. fecere *obscurentur* [non hi: sed sic exhibent omnes ante Gebh.] Adiuvant MSS. qui habent *obscurent* [ita nonnisi unus Leid.] Lambinus et Manutius, Iunta etc. iam edidere *obscurentur*: nec dubitavi id revocare." *Ern.* Vides aliud egisse Ernestum, cum scriberet hanc annotationem. Ceterum recepit *obscurentur*, quamquam in lemmate annotationis habet *observent*. Ego autem primum cum Wolfio edidi *ab iis* pro *ab his*, ex Codd. Mon. 2. Duisb. Deinde post *corporis* addidi *et* ex Codd. nostris omnibus et Edd. plerisque. Deest autem *et* in Edd. Asc. 2. Cam. V. Rob. Steph. Junt. Herw. 1. 2. Denique scripsi *obscurentur* cum Edd. fere omnibus, exceptis iis, quae Gebhardum sequuntur, et Dav. 2; cum sit in Codd. duobus Davisii, quinque Oxx. Rehd. (sec. collat. Vratisl.), et unus certe Leid. proxime accedat, exhibens *obscurent;* Codd. Reg. et Gud. 2. habent *observant*, Ed. Ven. Alt. *observentur*, et in marg. *al. observent*, Cod. Vind. 1. *ut his corporis et externa serviant:* reliqui *observent*. Vid. etiam Censor. Halensem Editionis Laelii Gernhardianae 1826. 197. p. 746. *Mr.*

ne bona quidem ducunt; in animo reponunt omnia. Quorum controversiam solebat tamquam honorarius arbiter, iudicare Carneades. Nam quum, quaecumque bona Peripateticis, eadem Stoicis commoda viderentur: neque tamen Peripatetici plus tribuerent divitiis, bonae valetudini, ceteris rebus generis eiusdem, quam Stoici: quum ea, re, non verbis ponderarentur; causam esse dissidendi negabat. Quare

---

alii autem haec ne bona quidem ducunt] Scribitur in Cod. Vind. 1. *alii ne bona quidem haec dicunt*. Legitur etiam *dicunt* in quatuor Codd. Oxx. Rehd. Edd. S. et Rath., in uno Ox. *dicant*. Sequitur in Duisb. cum additamento interpolatoris *sed in animo*. In antecedentibus Mon. 1. et Marb. habent *nec bona quidem*. Duisb. in sequentibus: *tanquam honorarius arbiter solebat*. Scribitur *onerarius* in tribus Oxx. Vind. 1. Marb. Sed in marg. Vind. 1. est: *aliter honorarius*. Qui eligitur per *bonitatem iudex, honorarius dicitur*. Melius Ern. in Clav. Cic. „ad quem honoris causa arbitrium defertur." Cod. Mon. 1. habet *honorius*, Gud. *honoratus*. Similiter peccant Codd. apud Cic. de Fato 17, 39: ubi est: *Chrysippus, tanquam arbiter honorarius, medium ferire voluisse* (videtur): ubi vid. annot. nostr. p. 635. In marg. Lambb. et Goth. coniicitur *diiudicare* pro *iudicare*. Mon. 2. habet *indicare*. Post *nam* Duisb. cum duobus Oxx. Mon. 1. et Marb. omittit *quum*. Et sic Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. Junt. Unus Ox. omittit omnia inde a v. *eadem* usque ad *Peripatetici*. Alius Ox. habet *videntur* pro *viderentur*; Vind. 1. *tribuerunt*. *Mr.*

bonae valetudini, ceteris rebus] Cod. Mon. 2. *valetudine*. Pro *ceteris* in Edd. ante Gebh. (excepta P.) est *ceterisque*, et sic Codd. Rehd. et Vind. 1. contra usum Ciceronis, qui, cum tria enumerat, (h. l. *divitias, bonam valetudinem, ceteras res eiusdem generis*) omittere solet copulandi particulam. Vind. 1. omittit *rebus*, Rehd. habet *huius generis*. Mon. 1. omittit *cum ea re*; unus Ox. habet *res* pro *re*; alius *ponderetur* cum Cod. Duisb., Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. *ponderantur*, Ed. E. *ponderentur*. In uno Ox. scribitur *rebusque*, omissis verbis *generis eiusdem quam*. *Mr.*

causam esse desiderandi negabat.] „Sic Victorius, Pall. prim. tert. quint. Gembl. Mart. Vatican. At Pall. secund. quart. *desideranti*, Fabr. *disserendi*. Vulgo *dissidendi*." *Gebh.*

Causam esse dissidendi] Vulgo *desiderandi*. Sed editionum vetustarum lectionem merito revocavit Cl. Bentleius, quam et Eliens. repraesentat. *D.*

causam esse desiderandi] „Merito eos vituperavit Bentleius, qui hanc lectionem iis praetulerunt Codicibus, qui habent *dissidendi*: in quibus est Regius." *Bouh.* Hoc verum non est. Habet Reg. *desiderandi* cum plerisque. *Mr.*

causam esse dissidendi] Non potuimus obtemperare optimis plurimisque libris, qui exhibent *desiderandi*: quod, ut recte dixit Bentleius, sententiam turbat. Obsecutus igitur sum illi Davisii libro, uni Ox. Edd. A. B. S. E. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. Car. Steph. Ald. Sturm. Lambb. Goth. Boul. Brut. HWolf. Sylb. et rationi ipsi. In Mon. 1. est *disserendi*, et sic etiam Cod. Duisb. Sed hic supra lin. habet *desiderandi*. Nobiscum facit etiam marg. MS. Ed. nostrae Asc. 2. In seqq. Cod. Vind. 1. cum tribus Oxx. *negabant*, unus Ox. *negant*. In seqq. Cod. Mon. 1. habet quare *huic locum*. Fortasse

hunc locum ceterarum disciplinarum philosophi quemadmodum obtinere possint, ipsi viderint. Mihi tamen gratum est, quod de sapientium perpetua bene vivendi facultate dignum quiddam philosophorum voce profitentur.

121. **Sed quoniam mane est eundum, has quinque dierum disputationes memoria comprehendamus. Equidem me etiam conscripturum arbitror: ubi enim melius uti possumus hoc, cuicuimodi est, otio? ad Brutumque nostrum hos libros alteros quinque mittemus: a quo non modo impulsi sumus ad**

---

non intelligebat librarius *hunc locum* esse locum, i. e. caput philosophiae, de summo bono. Ad locutionem *ceterarum disciplinarum philosophi* cf. de Finn. V, 15, 13: *reliquarum philosophi disciplinarum.* Potest etiam huc afferri cum Vogelio (Obss. ad Cic. Prolus. Bip. 1830. p. 9 sq.) Cic. Brut. 30, 114: *quae propria est huius disciplinae philosophorum.* Ad v. *obtinere* cf. de Finn. IV. 28: *Stoici se posse putant duas contrarias sententias obtinere.* Pro *possint* est *possunt* in Cod. Mon. 2. et duobus Oxx. Cod. Duisb. omittit *est* post *gratum*, unus Ox. voculam *de*, alius habet *sapientia*, Rehd. *sapientium*, cum Edd. S. E. Pergunt duo Oxx. *persona* pro *perpetua.* Duisb. voci *bene* superscriptum habet *beate.* Mox Codd. Reg. Gud. 1. et duo Oxx. *quidam* pro *quiddam*; Mon. 1. *quidem. Mr.*

Sed quoniam mane est eundum,] „i. e. e Tusculano in urbem est redeundum." *Wolf.* in scholis. Cod. Gud. *mane eundum est.* Marb. *mane in eundem*, unus Ox. *mane est emulum.* Ad v. *equidem me etiam conscripturum arbitror* cf. de Legg. I. 4. 13: *Quin igitur ista ipsa explicas nobis his subsecivis, ut ais, temporibus, et* [i. e. deinde] *conscribis de iure civili subtilius.* Codd. Vind. 1. Marb. et Rehd. pro *equidem* habet *et quidem:* unus Ox. *A. Equidem:* duo omittunt *me*; in uno est *conscriptum*; in Rehd. *scripturum. Mr.*

Ubi enim melius] Unus Ox. *T. ubi*; alius habet *ibi* pro *ubi. Mr.*

Cuicuimodi *est*] De hac voce multis egit J. F. Gronovius ad Agellii lib. II. cap. 8. Eum vide. *D.*

cuicuimodi est,] Scribitur *cuiuscunque modi* in tribus Oxx. Mon. 2. Ed. P., *cuiuscunque*, omisso *modi*, in Gud., *cuiusmodi* in tribus Oxx. Duisb. Vind. 1. Marb. Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1; in Rehd. legitur *cui* est *otium*, in Mon. 1. *eiusmodi.* Verbum *est* omittunt unus Ox. Marb. Mon. 1. 2. Commendabat iam Camerarius *cuicuimodi* ex Venetis. Vid. annot. nostr. ad Tusc. III. 34. 83. ubi plura ad h. v. contulimus. Legitur *ad Brutum quoque nostrum* in Codd. Vind. 1. Mon. 1. Non concoquebant enim librarii *que* secundo vocabulo additum. Qua de re supra non semel diximus. Vid. eius usus sat multa exempla collecta a Gahblero in Jahnii Annall. 1829. II. 4. p. 393 sq. Mox Mon. 1. *libros alios quinque.* Dicit *alteros quinque*, quia iam prius quinque de Finibus libros ad eum miserat. *Mr.*

ad philosophicas scriptiones,] „*Philosophas* legitur in antiquo: et Plato φιλόσοφον φύσιν dixit, hoc est *naturam philosophicam.*" *Ursin.* „Nonius v. *lacessere* [p. 133 sq. ed. Mercerii et Lips.] habet *ad philosophiae scriptionem.*" *Goth.*

ad philosophas scriptiones] „Elegantius hoc in Pall. secund. quart. Ulrichian. Gembl. Alias *philosophicas.*" *Gebh.*

Ad philosophas *scriptiones*] Nonius in *lacessere* et *scriptio* dat *philosophiae scriptionem* et *scriptiones.* Multi codices *philosophicas*

philosophas scriptiones, verum etiam lacessiti. In quo quantum ceteris profuturi simus, non facile dixerimus: nostris

---

scriptiones. At recte recepta est lectio, quam praestant Ursin. Pall. sec. quart. aliique libri. Sic *φιλόσοφον σύγγραμμα, σπουδήν, ὑπόθεσιν, λόγον, μάθοδον etc.* passim dicunt Graeci. Vide modo Synesium Dion. p. 35, 36, 38, 48. et Theodoretum Haer. Fab. lib. II. cap. 3. Origenes in Celsum lib. I. pag. 50. de Phaedone: *Ἀπὸ οἰκήματος*, inquit, *ΤΕΤΕΊΟΥ αὐτὸν μετήγαγεν εἰς φιλόσοφον διατριβήν ὁ Σωκράτης.* Vox *ἑτέου* nihil significat. Lego *ἔτι νέον αὐτόν.* Pacuvius apud Agellium N. A. XIII, 8. *Ego odi homines ignava opera,* et philosopha *sententia.* Cui quidem dicto lubens adsentior, et simul his in Tusculanas curis finem pono. *D.*

ad philosophas scriptiones,] „Non video, cur non servemus scriptionem *philosophicas,* quam habet non modo Ed. mea vet. et fere omnes seqq. sed etiam Cod. Reg. [hoc falsum est: sed non semel vidimus virum doctissimum Codicis Regii scriptionem ad suam voluntatem fingentem:] duobus Leidd. et plerisque aliis. Unum exemplum ex Pacuvio poëta sumptum, et Graecorum loquendi modus nobis non persuadebit, Ciceronem ita a consueto sui sermonis usu recessisse." *Bouh.* Dixit Dav. in Ed. 1. „esse *philosophicas* in Codd. Norvic. Cantabr. et Petrens. Quod ad Nonii scriptionem monet nosse eruditos, illum Grammaticum vitiosas lectiones exhibere solitum." Non recepit Ern. *philosophas.* Sed FAWolf. Schs. Or. Nobb. [hic literas *io* uncinis inclusit] Tbn. Kleinius in ann. MS. scribit esse in Ed. Nonii a. 1476: *ad philosophiae scriptiones.* Wolfius in scholis „solum hunc esse ait locum apud scriptores vett., quo legatur *philosophicus*: semel apud Lactantium esse *philosophice* [Div. Inst. III. 14. 19. p. 341. Bünemann.] Neque Graecos habuisse adiectivum *φιλοσοφικός*, sed dixisse *φιλόσοφος λόγος, φιλόσοφον σύγγραμμα.* (Addit Or. Nonii scriptionem *philosophiae* probari non posse.) Sibi quidem *philosophas* unice verum videri, idque habere Codd. nonnullos." Addit Or. accedere ipsius Codicis Reg. scriptionem; quare in posterum loquendum esse de scriptionibus, scriptis, libris *philosophis:* itemque ad Att. 13, 29. verba *de philologis* intelligenda videri ita, ut sint generis neutrius, sicuti *φιλόλογα* et *φιλολογώτερα* aliquoties est in Epistolis ad Atticum. Klotzio autem in Censura Ciceronis Orelliani (Jahn. Jahrbb. 1833. II. 1. p. 56.) magis placet Nonii lectio *philosophiae scriptiones.* Circumscribi ait eodem genitivo adiectivum inusitatum etiam Acadd. II. 4, 17: *Ita facta est disserendi, quod minime Socrates probabat, ars quaedam philosophiae et rerum ordo et descriptio disciplinae,* ubi sint qui velint deleri *philosophiae,* alii *disserendi.* Sed *disserendi ars quaedam philosophiae* esse eine Kunst zu sprechen in der Philosophie. Ego quidem non ita confido Nonio, pessimis corruptionibus referto, ut in re dubia, cui fulciendae alius adhiberi debet locus aliquantum suspectus, eum auctoritati optimorum librorum et analogiae praeferam. Placet etiam *philosophas* Menckenio in Obss. L. L. p. 756. Est etiam apud Cic. ad Qu. Fr. III, 1, 2, 6. *Ea villa, quae nunc est, tanquam philosopha videtur esse.* Macrob. Saturn. VII, 1. p. 625: ed. Zeun. *verbum nullum nisi philosophum.* Ceterum edidit Orell. in Acadd. I. 2. extr. *philosophice scribere,* cum paullo superius scriptum sit *multa dicta dialectice.* Et habent *philosophas* Codd. Reg. Gud. 1. et unus Ox. Legitur autem *descriptiones* in Cod. Mon. 2. tribus Oxx. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. 1. pro *scriptiones. Mr.*

quidem acerbissimis doloribus, variisque et undique circumfusis molestiis alia nulla potuit inveniri levatio.

---

verum etiam lacessiti] „Quum Brutus librum de Virtute ad Ciceronem scripsisset.“ *Nissen.*

quantum ceteris profuturi simus] „Male vulgo *sumus.*“ Ern. „*Simus* habet Beroaldi aliqua editio apud Garaton. ad Milon. p. 132. Bonon. (non prima Bonon. 1496.) Iuntina, Lamb. Rursus Ern. ex conj. Wolf. Schz. Probant *sumus* Garaton. l. c. et Wopkens. Lectt. Tull. p. 145. habentque *sumus* Codd. noti et Edd. rell.“ *Or.*

quantum — profuturi simus,] Verum est, Codd. plerosque habere *sumus*, probarique id Garatonio et Wopkensio. Sed Wopkensium errare docuit Hand. ad eius Lectt. Tull. p. 205 sq. Ramshornium simile quid statuentem refutavit Zumptius in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1827. II. 3. ibiq. Litt. Anzeiger, V. p. 3 sq. Habent autem *simus*, praeter Edd. laudd., Or. Nobb. Tbn. ex vett. Lambb. Goth. HWolf., ex Codd. autem nostris Mon. 2. Duisb., posterior supra lin., in contextis autem *profuerimus*. Habent *dixerim*, pro *dixerimus*, Codd. tres Oxx. Mon. 1. Duisb. Gud. 1. Marb. laudatque Garaton. ex Ed. Rom. 1469. ad Cic. pro Mil. ed. Orell. p. 220 sq. ubi frustra illud sumus defendit. Pergit Cod. Gud. *nostris acerrimis doloribus;* unus Ox. omittit *variisque*. Ad structuram *nostris — doloribus variisque — molestiis — levatio* vid. Jentzen. Censura Insign. Loc. in Cic. libris de N. D. p. 17. Doeleckii Gramm. Germ. Lat. p. 106. Ad finem libri laudat Kühn. suum librum de Ciceronis in philosophiam meritis p. 40.

RICHARDI BENTLEII

EMENDATIONES

AD

CICERONIS TUSCULANAS.

EDITORIS PRAEFATIO.

Qui Editionis Davisianae tertiae repetitionem curavit, Gaisfordius, V. Cl., quae prodiit Oxonii secuni huius anno quinto, eidem repetitioni addidit Bentleii notas ineditas, quas asterisco notatas suis locis Emendationibus Bentleianis interposuimus, quod idem fecit in Editione horum librorum Orellius, V. Cl. Gaisfordii vero harum notarum ineditarum praefatiuncula, cui non magis, quam editioni ipsi, nomen summum apposuit, haec est:

»Quae tibi in manus traduntur Bentleii emendationes hactenus ineditae e Codice Bibliothecae publicae Cantabrigiensis, Nn. 3. 40. signato, maximam partem descriptae sunt. Ceterae e MS. Bibliothecae. Coll. SS. Trinitatis Cant. derivantur; quas asterisco praefigi curatum est. Et has quidem notas in usum Davisii olim conscriptas fuisse, fidem faciunt, quae ex praefationibus secundae et tertiae edd. deinceps subiecta habes:« —

Ed. sec. »»Meis notis omnibus praelo paratis recensionem suam, quam plerumque sequor, mihi in manus tradidit celeberrimus R. Bentleius; secumque statuit in animadversionibus huic libro adiungendis ostendere, quibus fundamentis nixae sint emendationes suae. Sed cum eruditissimus ille vir multis negotiis adeo sit impeditus, ut promissis stare non possit, isto Thesauro careas oportet impraesentiarum etc.««

Ed. tert. »»Quin etiam non paucas emendationes memoravi, quae perspicacissimo summi Bentleii debentur ingenio;

pluresquem emoraram, si vir celeberrimus, ut facere statuerat, in Animadversionibus huic libro subiungendis ostendisset, quibus fundamentis nixae fuerint. Cum tamen ea spes decolasset; multas lectiones, quas ille recipiendas iudicarat, a fide codicum pendere declaravimus etc. ««

» Quorum locorum inter se comparatione facta, ut et ex notis ipsis, patet Davisium a Bentleio Tusculanarum exemplar emendatum accepisse, quo ad edendum uteretur, ipsum autem Bentleium observationibus primae editioni subiunctis alias quasdam innectere, MSS. complurium lectionibus adiutum, praesertim codicis Regii Parisiensis, a Salmasio tantis laudibus celebrati, destinasse. Cum vero casu quodam, ut a viro longe doctissimo haud ita pridem accepi, collationes istae intercidissent, loca nonnulla eo consilio excerpta, ut animadversionibus instruerentur, intacta permansere, totumque adeo opus nunquam ad finem perductum est. «

AMICISSIMO IUVENI
JOANNI DAVISIO,
VIRTUTE, INGENIO ET ERUDITIONE PRAESTANTI,

SALUTEM.

Cum superioribus hisce diebus Ciceronis Tusculanas a praelo adhuc madentes et quasi musteas mihi obtulisses; ego autem cum summa doctrinae tuae et industriae expectatione ductus, tum et nota argumenti ipsius dignitate permotus, continuo rebus aliis relictis ad lectionem eius me accinxissem; utilissimam sane operam in libro illo explicando emaculandoque navatam tibi esse facile deprehendi: multa ibi erudite et apte e Graecis fontibus derivari; multa partim e codicibus scriptis restitui, partim sagaci coniectura per te erui et expromi; haud pauca denique, mendosa et ὑπονία, quae aliorum seu temeritas sive socordia nimis calide vel nimis patienter admiserat, suis quaeque momentis ponderata reiici et refutari. Illud tamen, ut fit, evenit, dum voluptate captus singula festinanter percurro; ut pauca hic illic, a te intacta et praetermissa, mihi vel in illo lectionis calore satis commode emendari posse viderentur; quaedam etiam a te tentata, quibus frustra, ut videbatur, curationem admoveras, felicius posse sanari. Quod ubi nescio qui, per communem credo amicum, ad aures tuas pervenisset: tu continuo me convenire, et obtestari, ut si quae mihi eiusmodi sub manu nascerentur, non cessarem ea chartis committere, quo cum tuis iam nunc Vertumnum Janumque spectantibus una ederentur. Quid multa? persuasisti, impetrasti: praesertim oblato ipso libro, quem Norvicensem appellas, cuius singularis praestantia iam diu mihi cognita erat atque perspecta: quippe quem ipse olim adolescens situ et pulvere deformem ex officinae Librariae angulo protraxi, ut ad illustriorem locum beatus concederet; Bibliothecam, dico, Viri summi Joannis Mori Episcopi Eliensis, quo quicquid ubique librorum est seu bonitate seu raritate commendatum quasi ultro et sponte sua confluxisse videatur. Ceterum eodem, quo tu nunc frueris, humanissimi Maecenatis beneficio, eundem hunc codicem annos aliquot secum habuit celeberrimus Graevius ὁ μακαρίτης, a cuius obitu bonis Literis paene funesto ad lares antiquos salvus revertebatur. Quod si Viro doctissimo et mihi dum fuit amicissimo vita longior obtigisset, ut haec Ciceronis Philosophica pari quo cetera nitore proferret in lucem; aliam, opinor, arborem tibi hodie concutiendam facile credidisses. Verum, cum ille in medio operis clivo sublatus est e rebus humanis, *Tu nunc eris alter ab illo;* tu telam ab eo inchoatam feliciter pertexes: quam ad rem non poenitendum tibi subsidium in Manuscripto tuo paratum est. Huius igitur tam praestantis exemplaris pactione, non difficile tibi fuit, quo me velles perducere. Sed nae tu ingenuae simplicitatis atque indolis non vulgaris hoc specimen edidisti. Quotus enim quisque est, ut nunc sunt mores, qui id ipsum quod tu oras, ambis, non in contumeliae et maleficii loco poneret? Ecquis horum hominum, qui nunc literas tractant,

aequo animo ferret, non dico corrigi aut castigari, sed vel doceri quicquam? Equidem me commemini in gravissimam et inexpiabilem viri satis noti offensionem incurrisse: nullam aliam ob causam, nisi quod corruptum poetae Graeci locum emendaverim; quem ille ante sollicitaverat, Musis omnibus iratis. Scilicet, audere quemquam sapere, ubi illi tali et tanto desipere contigerat, iniuria erat non ferenda. Tu vero, cum humanius, modestius, verecundius, tum etiam sapientius multo et recta quod aiunt via rem reputavisti. Quid enim tibi obfuerit apud aequos aestimatores; si quid mihi apte in mentem venerit, te fortassis effugerit? nempe aliis correctionibus subtilissime excogitatis abunde hoc compensas: nempe hoc idem Victorios, Manutios, Lambinos, Gruteros, alios effugerat: at quos viros? quibus nuperum Gruterianae editionis recoctorem annumerare, *et stellis maculam spargere candidis*, mihi sane religio est. Hos inter quos tu ita sequeris, ut saepe eos consequaris, saepe antecedas, siquid tibi aut peccatum forte aut non perspectum fuerit, non verebor ne a me admonitus mordearis et mutes colorem; nedum, quod quidam facere solet, rumparis invidia, bile et felle intumescas, pus denique et venenum in immerentem effundas. Quamobrem nota mihi et spectata tua probitate confisus, opellae huic quam a me exigis manum iam admoveo; candide libereque impertiturus, siquid in lectione semel dumtaxat iterata observaverim (scis enim una alterave diecula hoc quicquid est mihi natum esse) quod aut ad verborum sententiam aut dictionis puritatem spectet: nam minutiores illas varietates, quae neque sensum neque sermonem quicquam afficiunt, alii cuidam, qui in hoc mustaceo laureolam quaerit, lubens relinquo.

AD LIBRUM PRIMUM.

* Cap. 1. *Et melius tuemur et lautius*] Codex Gallicus, *latius*. Superne scriptum est *u*, inter *a* et *t*.

* Ibid. *Nam cum apud Graecos antiquissimum sit e doctis genus poëtarum*]

(Hunc locum ex iis esse, de quibus in fine Praefationis monuit Gaisfordius, ait V. Cl. Bardili.)

* Ibid. *Annis enim fere CCCCCX post Romam conditam Livius fabulam dedit*] Codex omnium veterrimus non agnoscit *enim*. Et rectius abest, cum mox sequatur *igitur*. Contra, excidit ex codicibus *primus*; *Livius primus fabulam dedit*; sic noster in Bruto c. XVIII: *Livius qui primus fabulam docuit*, et ibidem, *Is qui primus fabulam dedit*. Et Gellius XVII. 21: *Primus omnium L. Livius poëta fabulas docere Romae coepit*. Certe nisi revoces illud *primus*, claudicat et laborat Ciceronis argumentatio.

Cap. 2. *Oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum*] Repono *Obiicit*. Sic enim solet Noster. Infra IV. 33: *Quae de amore iuvenum scribit Alcaeus*. V. 3: *Ut scribit Ponticus Heraclides*.

* Ibid. *Nec tamen si qui magnis ingeniis in eo genere exstiterunt, non satis Graecorum gloriae responderunt*] Codex veterrimus, *Nec tamen sic, qui magnis ingeniis* cet. Atque ita Vaticanus et Palatinus Gebhardi. Recte. Nec tamen sic in eo rerum statu; licet in nullo honore tum essent poëtae, et paene in probro.

* Ibid. *An censemus, si Fabio*] Codex Gallicus mendose *censemus*.

* Ibid. *Non multos etiam apud nos futuros Polycletos et Parrhasios fuisse*] Etiam codex optimus *Polyclitos*: nihilo tamen minus *Polygnotos* cum tot viris doctissimis in textum adscisco. Tzetzes

enim tuo, qui Polycletum et statuarium et pictorem facit, nullam fidem habeo; praesertim quum duos eius Canones laudet, aliis omnibus unum tantum memorantibus. Scholiastes iste Luciani ineptissimus est, cui Polycletus γραφεὺς pictor solum, et non statuarius. Apud Aelianum codex scriptus non habet ὁ ζωγράφος, sed Πολύκλειτος [sic] tantum. *Polygnotus* facillime factus est *Polycletus*, quippe qui librariis altero erat notior. Sic in Anthologia Epigr. 3, 14. et rursus 4, 8. in picturam Salmonei: χεὶρ μὲ Πολυκλείτου Θασίου κάμε, corrigendum Πολυγνώτου. Polygnotus enim Thasius erat, Polycletus Sicyonius. Et ita vertit Grotius. *Ecce Polygnoti Thasii manus* — narrante Francisco Junio.

Honos alit artes, omnesque inoenduntur *ad studia gloria*] Cod. tuus Ms. *incendimur*: quod elegantius est. Sic pro Archia c. II. Trahimur omnes *laudis studio, et optimus quisque maxime gloria ducitur*. De Officiis I, 6. Omnes *enim* trahimur *et* ducimur *ad cognitionis et scientiae cupiditatem*. Igitur se quoque inter eos recenset qui gloria ducuntur: quo pacto et figuratior et honestior fit oratio.

* Ibid. Sic (*incendimur*) citat etiam Philelphus, te indicante, sub initiis typographiae. Si *incenduntur* placeret, mallem *Hominesque incenduntur*, potius quam *omnes*. Falsum enim est omnes ad studia incendi; quum plerique homines sint inertes et bonarum artium negligentes. *Incendimur* vero hanc vim habet, non *omnes* incendi; sed quotquot incenduntur, gloria incendi. Pro Rabirio cap. 10: *Non est ita, Quirites, neque quisquam* NOSTRUM *in Reip. periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis fructuque ducatur.*

* Ibid. *Quum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior*] Codices nostri: *Recusaret lyram, est habitus indoctior*. Hos sequimur.

* Cap. 3. *Post vero, Lepidum, Carbonem, Gracchos*] MSS. *Catonem*. Beroaldus primus locum restituit.

* Ibid. *Deinde ita magnos nostram ad aetatem*] Codex Gallicus: *Inde*: quod idcirco recipimus.

* Ibid. *Quod multi iam esse Latini libri dicuntur scripti inconsiderate ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis.*]

* Ibid. *Fieri autem non potest, ut recte quis sentiat.*]

* Ibid. *Nec delectatione aliqua allicere lectorem.*]

Quare si aliquid oratoriae laudis *nostra attulimus industria: multo studiosius philosophiae fontes aperiemus, a quibus etiam illa manabant*] Gebhardus illud *laudis* ex suis libris; cum priores haberent *Laudi*. Cui vero aut quibus aliquid laudis attulit? an arti *Oratoriae?* sic sane voluisse Gebhardus videtur. Sed illa duo iuncta sunt *oratoriae laudis*, ut Acad. IV, 1. *laus imperatoria*. Quare lege, ut olim *Laudi*: ne alioqui manca fiat sententia: et sic explica: Si oratoriae laudi hominum Romanorum aliquid attulimus, contulimus, contribuimus, adiecimus.

* Dixeram me suspicari, Gebhardum, qui deserto Victorio et prioribus, *Laudis* in textum receperat, voluisse ea vocabula distingui; ut *Laudis* genitivo sit casu, *oratoriae* dativo. Id uno verbo, ut absurdum, transmiseram. Ecce tamen Paedagogum, qui quod ego de Gebhardo suspicabar, de se aperte profitetur. Ubi vero reperit in Cicerone *Oratoria* absolute sine substantivo positum? Erant quidem olim, qui Ῥητορικὴν in Latinum transferentes *Oratoriam* vel *Oratricem* nominaverint; sed non ita Cicero, teste Quinctiliano *Instit.* 2, 14. Ipse *de Claris Oratoribus* c. 30: *ne haec quidem in civitate genera hac oratoria laude caruerant.* In *Oratore* cap. 29: *nulla est enim in ullo genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua adumbratio.* Corrige, *Laus Oratoria.* Hic infra 2, 2: *atque Ora-*

torum quidem laus ducta ab humili venit ad summum. Lege et hic *Oratoria.*

* Cap. 4. *Aristoteles, vir summo ingenio, scientiae copia*] Hoc scabrum est, nec Ciceroniani moris. Lambinus *Summo ingenio scientia, copia.* Bene; sed tu adhuc melius *scientia et copia. E* enim litera, quae ultima est *Scientiae,* in MSS. saepe notat coniunctionem *Et.* Noster in Oratore cap. 1: *Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia et copia ceterorum studia restinxit.*

Dicere etiam coepit, adolescentes docere, et prudentiam cum eloquentia iungere] Video te haec cum vulgo sic accipere, ac si asyndeton esset, pro *coepit dicere, et docere adolescentes.* Perperam quidem: quippe auferendum illud comma, et sine interpunctione legendum: *dicere etiam coepit adolescentes docere*: hoc est, coepit docere adolescentes etiam artem dicendi. Sic infra Tusc. I, 18. *Aristoxenus haec magistro concedat Aristoteli*; canere *ipse* doceat. Graeci, διδάσκειν τοὺς ἄους λέγειν.

* A veterrimo Codice abest *docere.* An legendum: *Dicere etiam coepit ad adolescentes, et prudentiam cum eloquentia iungere —? Dicere* hic est ῥητορεύειν.

* Ibid. *Sic nobis placet nec pristinum dicendi studium deponere, et in hac maiore et uberiore arte versari. Hanc enim perfectam philosophiam semper iudicavi, quae de maximis quaestionibus copiose posset ornateque dicere*]. Quid audio? Perfectam Philosophiam *in dicendo* consistere? ubi est igitur illa, dux et magistra *vitae, virtutis* indagatrix, expultrix *vitiorum, ars vitae, cultura animi?* Non magna *loquitur,* sed vivit. Vide porro argumentationis filum: *Hanc enim.* Maior, inquit, et uberior ars est, de quaestionibus philosophicis dicere, quam declamare. Quomodo maior et uberior ars? Tacet; et ab arte dicendi ad Philosophiam transit. Repono: *Hanc enim perfectam eloquentiam semper iudicavi, quae de maximis quaestionibus copiose posset ornateque dicere.* Quaenam sunt illae maximae? Non iudiciales et forenses, sed de finibus bonorum et malorum, de officiis, de natura deorum, et aliis eiusmodi. Infra 2, 3: *Academiae consuetudo, de omnibus rebus in contrarias partes disserendi, mihi placuit, quod esset ea maxima dicendi exercitatio.* Sic alibi ad eandem sententiam, de Oratore I. [c. 13.] *Plenum atque perfectum oratorem esse eum dicam, qui de omnibus rebus possit varie copioseque dicere.*

* Ibid. *Quum essent plures mecum familiares.*]

* Ibid. *Temptavi, quid in eo genere poessem.*]

* Ibid. *Sic haec nunc mihi senilis est declamatio*] MSS. omnes, *mihi nunc.*

* Ibid. *Ad id aut sedens aut ambulans disputabam.*]

* Cap. 5. *Enectus siti Tantalus? Num illud.*]

* Ibid. *Nec L. Crassus defendet, nec M. Antonius.*]

* Cap. 6. *Atqui pleni sunt libri contra ista philosophorum dissentium.*]

* Ibid. *Ubi ergo sunt hi.*]

Iam mallem Cerberum metueres, quam ista tam inconsiderate diceres. A. Quid *tandem?*] Ita quidem Victorius edidit, et eum temere secutus Gruterus, sive potius Gebhardus: a quo in omnes deinceps editiones manavit. At cod. Ms. *cur* tandem? unde statim emendavi, *qui tandem?* quod et ipsa sententia postulat. Postea, inspectis Lambini et Aldi Nepotis editionibus, sic ibi clare exstare comperi.

Ibid. *Si igitur non sunt, nihil possunt esse: ita ne miseri quidem* sunt.] Tolle illud *sunt;* quod minuit vim argumenti. *Nil possunt esse; ita ne miseri quidem.* Subintellige, *possunt esse.* Sic mox

c. VII. *ut faterer, qui omnino non essent, eos ne miseros quidem* esse posse. Lucretius III, 881.

Nec miserum fieri, qui non est, posse.

* Ibid. *Ut istuc dicam*; et mox: *istud ipsum.*]

* Ibid. *Qui tanta gloria, dignitate tanta sit orbatus.*]

* Ibid. Nam *istud ipsum, non esse, quum fueris, miserrimum puto.*]

M. Quid miserius, quam omnino nunquam fuisse?] Quid h. l. ponere voluerit Bentleius vides ex ann. in Ed. Dav. 2. ubi est: „Totam φῆσιν ita disponit Cl. Bentleius: *miserrumum puto: quin miserius, quam omnino nunquam fuisse.* M. *Ita... et nos, qui post mortem* etc."

Ibid. *Velim scire, ecquid de te recordere.*]

Cap. 8. *Quia si* mori *etiam mortuis miserum esset, infinitum quoddam et sempiternum malum haberemus* in vita. *Nunc video calcem: ad quam cum sit decursum, nihil sit praeterea extimescendum*] Ita omnes, credo, editiones, saltem quas ipse viderim. Sed aut ego Dialectica perversissime didici; aut falsissimum est quod hic infertur ut consequens. Quid enim? concedamus mori etiam mortuis miserum esse; ideone *in vita* sempiternum malum haberemus? minime vero: nam certe non ante mortem. Sed noli credere Ciceronem tam prave et inscite argumentari: sic enim lege et distingue: *Quia si mors etiam mortuis miserum esset, infinitum quoddam et sempiternum malum haberemus. In vita nunc video calcem; etc.* Vides, opinor, novam iam lucem exoriri. *Mors* lego, non *mori:* hoc enim in puncto temporis fit, illa sempiterna. Sic Cap. V. Malum *mihi videtur esse* mors. *Est* miserum *igitur, quoniam malum.* Ceterum geminus huic locus est lib. I. c. XLI. *Intelligamusque, si mors malum —: nam vitae miserae mors finis esse videtur; mortis, si est miserum, finis esse nullus potest.*

Cap. 9. *Animum autem alii animam; ut fere nostri declarant nomen. Nam et agere animam et efflare dicimus, et animosos, et bene animatos, et ex animi sententia. Ipse autem animus ab anima dictus est.*] Non incommode, opinor, ut et tu propemodum conieceras, legere possis: *alii animam, ut fere nostri: ipsum declarat nomen.* Ita Tuscul. III, 5. *Totum igitur id quod quaerimus quid et quale sit, verbi vis ipsa declarat.* Divinat. I, 42. *Quorum ostentorum vim, ut tu soles dicere, verba ipsa prudenter a maioribus posita declarant.* Sed dic sodes, quid sibi velint aut quo pertineant illa quae sequuntur? Equidem hic nihil video, neque possum animo concipere, quo tandem pacto declaretur *animum* esse *animam* (hoc est aërem) ideo quod Latine dicant *animosus*, et, *ex animi sententia.* Nihil stolidius absurdiusve dici potest. *Animosus*, inquit, et *animatus* derivatur ab *animo:* ergo qui haec derivata primi finxerunt, declararunt se credere *animum* esse *animam.* Haud vidi magis. Fruantur per me suo iudicio, qui a Cicerone huiusmodi quid proficisci posse existimant. Tu, si sapis, totum hoc, quod a mala manu notatum e margine in textum irrepsit, recide: et sic locum constitue: *Animum autem alii animam; ut fere nostri: declarat nomen ipsum: nam animus ab anima dictus est.**)

*) Ad hanc Bentleii emendationem Verburgius ita: „Bentleius totum hoc: *et agere animam — ipse autem* delet, tanquam a mala manu in textum receptum nulla ratione codicum MStorum habita, in quibus voces istae leguntur, ut aliae, quibus nulla movetur controversia. Quid hoc rei est? an ita tractanda sunt omnia, quae non intelligimus, aut quae videntur corrupta? Ne ipse quidem Bentleius, credo, id in aliis probaverit. Retinendae sunt igitur istae voces ab illo damnatae. Nec video, quid tantopere vir celeberrimus de earum absurditate queratur. Disputatio est de

Ibid. *Sed haec quidem quae dixi, cor, sanguinem, cerebrum, animam, ignem, vulgo: reliqua fere singuli, ut multi ante veteres.*] Quid vero est, quo referatur illud *ante?* quomodo autem, *si singuli* reliqua tenebant, eadem tamen et *multi?* Enimvero in omnibus quas vidi editionibus, labefactatur hic locus a prava distinctione: quae eo demum inhonestior est, quod, ut nuper in editione Batava, novum hic caput inchoetur. Tu sic distingue, et sequentia cum prioribus connecte. *Sed haec quidem, quae dixi, — vulgo: reliqua fere singuli: ut multo ante veteres, proxime autem Aristoxenus musicus idemque philosophus, ipsius corporis intentionem quandam, velut in cantu et fidibus, quae Harmonia dicitur.* Quorum haec est sententia: Animum esse cor, sanguinem etc. vulgo est creditum: reliquas opiniones singuli auctores tuentur; ut ignem Zeno, numerum Xenocrates, ἐντελέχειαν Aristoteles, *Harmoniam Aristoxenus proxime* quidem, sed non primus neque solus; nam *multo ante eum veteres in eadem erant sententia.* Hoc verum esse constat ex Platone et Aristotele, quorum loca hic apposite a te citantur. Repone insuper *multo ante*, non *multi*: ut mox c. X. de hac ipsa re: *Et tamen dixit aliquid, quod ipsum quale esset, erat* multo ante *et dictum et explanatum a Platone.*

Cap. 10. *Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse: verum numerum dixit esse, cuius vis in natura maxima esset.*] Codex vetus Sigonii, quod tu in notis tuis attingis, *negavit esse ullum: verum numerum dixit esse.* Unde P. Manutius, τῷ *verum* eiecto locum restituisse sibi visus est. Tu autem illud *verum* retines; et non, ut ille, pro adiectivo, sed pro coniunctione accipis, ut nunc vulgo fa-

---

animo et sede animi, quam quidam ponunt in corde etc. Romanos autem sentire animum in anima, sive oris halitu esse, vel inde patet, inquit Cicero, quod voces deductae ab *anima* adhibentur ad significandum id, quod animi, non animae, est proprium. Illud ut exemplis doceat, quosdam loquendi modos profert, ut *agere animam* et *efflare animam*, in quorum utroque vox *animam* habet vim τοῦ *animum*, ut et in plerisque aliis, quae affert, exemplis. Huc etiam pertinet Lucretianum illud a Beroaldo iam ad hunc locum adductum:

Atque animam verbi causa cum dicere pergam,
Mortalem esse docens; animum quoque dicere credas,
Quatenus est unum inter se, coniunctaque res est.

Ceterum locus persanatus erit, si *nomine* legeris, pro *nomen*, hoc modo: *Animum autem alii animam, ut fere nostri declarant nomine. nam et agere* etc. Quod autem Cicero subdit, *ipse autem animus ab anima dictus est*, nihil cum superioribus commune habet, sed est aliud argumentum, quo firmat animum esse in anima; sive eum propterea, quod in anima sedem habeat, ab ea esse dictum." Bouhierius autem: „Ingeniose Bentleius: sed ego, uno tantum vocabulo duplicato, mutatione minori locum sic restituerim: *Animum autem alii animam, ut fere nostri. Ipsum declarat nomen: nam et agere animam et efflare dicimus. Dicimus et animosos, et bene animatos, et ex animi sententia. Ipse autem animus ab anima dictus est.* Quae verba hunc mihi sensum efferunt: Aliqui putant animam nihil esse nisi auram quandam. In his sunt Romani: quod usus ipse nostri sermonis comprobat: dicimus enim *agere animam* etc. Vocibus quidem aliis utimur, quae videantur propius ad *animum* accedere: sed tenue discrimen est: nam ab *anima* est *animus*. Sic ego haec explicari oportere iudico. Veri quidem simillius videtur vocem latinam *animus* fluxisse a Graeca ἄνεμος, quae communis sententia est. At enim non tam quid in re sit, quaerimus, quam quid in verbis Ciceronis."

ciunt: vel ex codice tuo scripto probas, *Illum vero numerum dixit esse.* Atqui illud pro Manutio dicere liceat, utramvis coniunctionem, seu *verum* sive *vero*, dure hic et coacte versari: neque enim sententia tale quid postulat. Alter ex tuis manuscriptus, et vetustior et fidelior, cum Sigoniano fere consentit: habet enim *negavit esse illum*, et pro varia lectione *ullum*: *verum* autem similiter agnoscit. Lego una literula mutata: *Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse* ullum: *Merum numerum dixit esse, cuius vis, ut iam ante Pythagorae visum erat, in natura maxima esset.* Eleganter, ni fallor, *merum numerum*, ψιλὸν ἀριθμόν, merum et purum sine figura et corpore. Ita noster saepe alibi; *merae nugae, mera monstra, solitudo mera, merae proscriptiones, meri Sullae.* Ceterum de Xenocratis sententia aliud plane narrat in Acad. IV, 39. *Tresne partes habeat animus, an simplex unusque sit? si simplex, utrum sit ignis, an anima, an sanguis? an, ut Xenocrates, mens nullo corpore? quod intelligi, quale sit, vix potest.* Ergo qui hic *numerum* esse animum statuit, ibi *mentem* esse vult. Neque tamen quidquam vel in codicibus varietatis est, vel editoribus dubitationis. Tu vero fidenter repone *numerus nullo corpore;* quod cum scriberetur Nums, facilem errori ansam porrigebat. *Mens* vero et per se cum sententia loci, et alias cum historia pugnat. Nemesius de Natura Hominis cap. II. p. 70. *Πυθαγόρας δὲ ὡρίσατο τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, ᾧ καὶ Ξενοκράτης ἠκολούθησεν,* hoc est, *Pythagoras definivit animum, Numerum seipsum moventem: quem et Xenocrates secutus est.*

Ibid. *Eius Doctor Plato triplicem finxit* animam: *cuius principatum, id est ratiouem, in capite sicut in arce posuit.*] Ita omnes editiones: sed vitiose; ut patebit, si animum advertas. Quippe de *animo* hic disserit Cicero: *Animae* autem vocabulum, si quando hic usurpat, pro *aëre* accipit; ut paullo ante, *Animum autem alii animam, ut fere nostri.* Quare, ut evitetur ambiguum non sine crimine admittendum, rescribo, *triplicem finxit animum.* Atque ita clare uterque tuus codex exhibet. Quin et Codex Lambini eleganter, *triplicem finxit animi naturam. Animus* autem hic Ciceroni, qui Graecis ψυχή: ut mox c. XI. *Evolve diligenter Platonis eum librum, qui est De animo.* Hoc est, *Φαίδων ἢ Περὶ ψυχῆς.* Quare in hoc capite, ubi Dicaearchi opinionem sic refert, *Nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane, frustraque Animalia et Animantes appellari: neque enim in homine inesse animum,* vel animam, *nec in bestia*: omnino auctor sum, ut verba *vel animam* eiiciantur, utpote a varia Lectione marginali in textum intrusa. Nam in Graecis Dicaearchi non nisi unum vocabulum esse potuit ψυχὴ. *Εἰκῇ λέγεσθαι Ἔμψυχα· οὐδὲ γὰρ ὅλως ἐνεῖναι τὴν ψυχὴν οὔτ' ἐν ἀνθρώπῳ, οὔτ' ἐν ἀλόγῳ ζώῳ.*

Cap. 11. *Harum sententiarum quae vera sit, deus aliquis viderit: quae veri simillima, magna quaestio est. Utrum igitur inter has sententias diiudicare malumus, an ad propositum redire? A. Cuperem equidem utrumque, si posset: sed est difficile* confundere.] In Lambini et Aldi Nepotis, et credo in aliis plerisque ante Gruterum editionibus sic habetur, *Sed est difficile* non *confundere.* Hoc, opinor, ab iis invectum est, qui sententiam ipsam crederent particulam illam flagitare. Quid ergo? an difficile erat *non confundere* sententias tam varias, tam inter se diversas? Quas enim enumeraverat, fere erant hae: *Animum esse cor, aut sanguinem, cerebrum, animam, ignem, harmoniam, numerum, ἐντελέχειαν, nihil.* Crassa profecto Minerva fuerit, qui has tam dissidentes non sine confusione tractare et diiudicare poterit. Sed in nullis usquam codicibus repertum est illud *non*: quod iccirco Victorius omiserat, in ea re plerumque fidus, ne dicam superstitiosus. Quin et a suis omnibus abfuisse testatus est Gebhardus; sicque manum de tabula tollit, quasi insititiae particulae eiectione

res confecta esset, et sententia explicata: quae, aut multum ego fallor, aut eo magis haeret et impedita est. Quid enim, obsecro, sibi volunt, *sed est difficile confundere?* Enimvero potius distincte, distribute, enucleate scribere difficile est; confundere, dormitare, labi longe facillimum. Quorsum autem *difficile*, quasi vero id *studio et data opera* fieret, et in orationis virtutibus esset, ut res *confunderentur?* apage lectionem tam stultam, tam portentosam. Viderunt scilicet hoc, qui illud *non* invitis codicibus introduxerunt: viderunt quoque credo qui rursum eiecerunt; sed cum loco labanti medicinam non reperirent, silentio rem dissimulare prudenter est visum. Ego vero, cum in uno ex tuis codicibus *confundere*, in altero *confutare* vidissem exhiberi; continuo ex ipsa sententia veram lectionem extudi, quae sic se habet: *Cuperem equidem utrumque, si posset; sed esse difficile confitere:* hoc est, *confiteris.* Atque haec emendatio ex ipso solo quasi sponte nascebatur. Dixerat enim Cicero, *Quae ex his sententiis vera sit, supra hominem esse diiudicare; quae veri simillima, magnam et arduam quaestionem esse.* Ergo quod ipse confessus erat esse difficile, modestus interlocutor veritus est ab eo exigere.

Ibid. *Nam si cor aut sanguis, aut cerebrum est animus; certe, quoniam est corpus, interibit cum reliquo corpore: si anima est,* fortasse dissipabitur; *si ignis, exstinguetur: si est Aristoxeni harmonia, dissolvetur.* Quid *de Dicaearcho dicam, qui nihil omnino animum dicat esse?*] Ubi illud vide, ut in ceteris sine dubitatione pronunciet, *interibit, exstinguetur, dissolvetur*: in illo solo timidiuscule agat, *fortasse dissipabitur.* Quid autem? anne maiore vi opus est, ut solidum corpus, cor aut cerebrum, intereat; quam ut anima, aër nempe levissimus, dissipetur? Immo vero *anima* vel natura sua facillime dissipabilis: ut cuivis potius quam huic attribui debeat illud *fortasse.* Tamen ita exhibent omnes quas vidi editiones. Sed levi distinctione haec macula abluetur, si sic refingas: *Si anima est fortasse, dissipabitur.* In ambiguo scilicet relinquit, ut Academicus, utrum cor, aut sanguis, aut anima, aut ignis, aut harmonia sit; nihil definit, nihil percipit. Illud porro quod sequitur, *Quid de Dicaearcho dicam,* durius meo iudicio et violentius infertur: quod sic emolliendum: *Si est Aristoxeni harmonia, dissolvetur*: nequid *de Dicaearcho dicam, qui nihil omnino animum dicat esse.*

Cap. 15. *Adspicite, o cives, senis Ennii imagini' formam:*
Hic vestrum pinxit *maxima facta patrum.*]

Hic sequeris Gebhardum, qui ex codicibus Palatinis non adeo antiquis, ut ex ipsis lectionibus facile est coniicere, reposuit illud *pinxit*; cum priores editiones habuissent *panxit. Pingere,* inquit, *est poetarum ποικίλλειν, δαιδάλλειν.* Et tu quoque Simonideum illud affers, *Poesin esse picturam loquentem, Picturam poesin silentem.* Recte quidem hoc Simonides: multa enim in utraque similia: unde Horatius, *Ut pictura, Poesis;* et *Pictoribus atque poetis.* Sed quid tum postea? Ergone *pingere* est poema condere? idcirco et vicissim, *Poetari* erit tabulam pingere. Enimvero hic iudicio est opus. Quamvis enim, *pingere* cum aliis adiunctis et comitantibus quae metaphoram et declarent et illustrent, satis belle dici poterit pro *Carmen scribere*: non tamen *pingere* per se et nude positum idem poterit significare. *Multa Dircaeum levat aura cygnum,* figurate et splendide ab Horatio dictum est: adiuncta enim satis testantur de Poeta Pindaro haec intelligi. Sed vitiose et putide et *κακοζήλως* loqueretur, qui *Cygnum* pro Poeta absolute diceret. Si *calamo pingere, versibus pingere* dixeris, agnosco poetam: si nude dixeris *pingere,* neminem nisi pictorem intelligo. Atque hoc per omnia fere tralationum genera latissime patet. Repudietur ergo illud *Pinxit*; ne advenae, qui spectatum

veniant, non Poetae structum monumentum, sed Pictori arbitrentur. Ceterum cur tu lectionem veterum *Panxit* a Prudentio arcessis, et non prius a Lucretio, Horatio, et Cicerone ipso?

Cap. 16. *Unde animae excitantur obscura umbra aperto ostio*
Alti acherontis, falso *sanguine, mortuorum imagines.*]
Deseris hic Gebhardum, qui ex manuscriptis suis dederat *Salso sanguine;* ut et prius coniecerat Turnebus: qui quidem *salsum sanguinem* quasi perpetuo epitheto a Latinis veteribus Tragicis dictum autumat. Mirum tamen, sanguinem, qui non sit, salsum appellari: et praeterea loca sunt suspecta, ne addam aperte mendosa: ut illud Ennii ex Cresphonte apud Macrobium VI, 2.

Neque miserae lavere lacrimae falsum sanguinem.

Ubi reponendum cum viro summo Gerhardo Vossio *lacrimis salsis.* Citatur etiam ex Accii Phinidis apud Nonium in Lavit:

Salsum cruorem guttis lacrimarum lavit:

Sed rectius hodie editur, *salsis cruorem* etc. Quare abeat Gebhardus cum insulsa illa lectione, *salso sanguine:* et videamus, siquid in altera melioris sit frugis. Vossius imagines mortuorum *falso sanguine* dici existimat; *quia non sunt id quod videntur: quippe exsangues umbrae dumtaxat.* Sed paucis, credo, approbabit hanc interpretationem. Durus et ferreus poeta sit, qui sic loqui sustineat: potius *falso corpore:* nam *sanguis* ne in viventibus quidem videri potest, nisi vulneratis. Quid ergo? an conjecturam meam expetis? Equidem sic locum constituerim:

Unde animae excitantur, *obscurae umbrae*, aperto ostio
Alti Acherontis, *fuso* sanguine, mortuorum imagines.

Umbrae sunt ipsae animae; ut Virgilius, *Exsangues terrifat umbras: fuso* autem *sanguine* non cum Vossio ad *imagines* refero, sed ad *excitantur. Unde,* inquit, *excitantur fuso sanguine.* Scis, opinor, haec omnia ex Homeri *Νεκυίᾳ* Odyss. λ'. esse desumpta: ubi animae mortuorum ad sanguinem fusum advolabant, nec nisi eo degustato proloqui quidquam poterant.

Ibid. *Pherecydes Syrius* primum *dixit animos hominum esse sempiternos.*] Recte tu quidem et docte reponis *Syrius;* quod fuse, si bene memini, persequitur Holstenius ad Porphyrium. Sed aliud quid leviculum sane restat, cui tamen curatio adhibenda est. Quippe legendum *Primus dixit,* non *primum.* Quod iam et Lambinum vidisse video. Ita passim Scriptores boni. Noster his ipsis Tuscul. I, 25. *Aut qui* primus *omnibus rebus imposuit nomina.* V, 1. *Qui* primi *se ad philosophiae studium contulerunt.* V, 2. *Nec eos, a quibus vita hominum instructa* primis *sit, fuisse philosophos arbitrantur.* V, 4. *Socrates autem* primus *Philosophiam devocavit a coelo.* Nunquam aliter loquitur.

Ibid. *Pythagoras — tenuit magnam illam Graeciam, cum* honore *et disciplina, tum etiam auctoritate.*] Illud mecum perpende, *cum* honore, *tum* auctoritate. Quasi vero honos et auctoritas res essent multum disiunctae et diversi plane generis: de huiusmodi enim usurpari solent eae particulae *cum* et *tum.* Hoc primum. Tum et illud vicissim considera, *honore et disciplina:* ubi duo copulantur, tamquam si cognata essent et coniunctissima, quae vix ullam habent affinitatem aut similitudinem. Profecto, si hanc sententiam consectatus fuisset auctor, hac potius verborum structura usus esset: *cum disciplina, tum etiam honore et auctoritate;* sed in recepto ordine tuendo omnes codices consentiunt. Agnoscis iam, opinor, orationis huius vitia: quae tamen facile deterseris hac levi emendatione. *Pythagoras — tenuit magnam illam Graeciam, cum more et disciplina, tum etiam auctoritate.* Noli dubitare, quin ita scripserit Cicero, qui saepissime

haec coniungit, *more et instituto, more et consuetudine*, vicissim *instituto et disciplina, consuetudine et disciplina*. Pro Deiotaro c. 10. *Imitari potius avi tui* mores disciplinamque *debebas*. Pro Corn. Balbo c. 19. C. *Caesar inveteratam quandam barbariam ex Gaditanorum* moribus disciplinaque *delevit*. Pro Flacco c. 5. *Nisi nostri* mores et disciplina *plus valerent, quam dolor et simultas*. Et iterum, c. 7. O morem *praeclarum* et disciplinam, *quam a maioribus accepimus*. Et alibi, *Quid umquam domus ista viderat, nisi pudicum, nisi ex optimo* more et *sanctissima* disciplina.

Cap. 17. *Platonem ferunt — de animorum immortalitate non solum sentire idem quod* Pythagoras, *sed* rationem *etiam attulisse*, quam, *nisi quid dicis, praetermittamus*.] Codex tuus, optimae is quidem notae, primo habet *Pythagoram*; quae vera lectio est. *Ferunt Platonem idem sensisse, quod Pythagoram*: non *Pythagoras*. Sic Tuscul. IV, 20. *Ipsum illud aemulari, obtrectare non esse inutile: cum aut se non idem videat consecutum*, quod alium; *aut alium idem*, quod se. Idem deinde codex, *rationes* attulisse, *quas*. Rectissime: complures enim attulit Plato, non unicam. Sic mox c. XXI. *Ut enim rationem Plato nullam afferret* (*vide quid homini tribuam*) *ipsa auctoritate me frangeret*: tot autem rationes *attulit, ut velle ceteris, sibi certe persuasisse videatur*.

* Pro *Codex tuus habet* lege *codices nostri habent*: et l. ult. lege, Codex Cantabrigiensis.

* Ib. *In Italiam venisse* (*et in ea quum alios multos, tum Archytam Timaeumque cognovisse*)] Quae uncinis inclusa sunt, a veterrimis quoque nostris absunt. Nescias utrum aliunde huc adoptata sint, an propter τὸ ὁμοιοτέλευτον exciderint.

* Ib. *Quae, nisi quid dicis, praetermittamus*: et mox: *an tu, quum me in summam exspectationem adduxeris, deseris?*] Ita Codices: sed repono levi mutatione: *nisi quid vis*: et: *Ain' tu*. Exempla passim obvia sunt. Pro *vis* surrepsit illud *dicis*, quia praecesserat. *D*.

Ibid. *Num igitur dubitamus*, an, *sicut pleraque, sic et hoc? quamquam hoc quidem minime: persuadent enim mathematici, terram in medio mundo sitam ad universi coeli complexum quasi puncti instar obtinere*.] Quocumque te verteris, numquam hercle efficies, ut haec oratio recto pede incedere videatur. Quo enim referes illud *an?* vides, opinor, sententiam mutilam et claudicantem. Quod et ille recte deprehendit, qui in codice tuo sic interpolavit, *An sicut pleraque, sic et hoc sub dubitatione accepimus?* Certe, admisso illo *an*, necesse est eiusmodi quid sequatur. Quod tamen cum nullus alius codex agnoscat; tutior et facilior medicina quaerenda est. Dele igitur *an*; et sic lege ac distingue: *Num igitur dubitamus, sicut pleraque, sic et hoc? (quamquam hoc quidem minime: persuadent enim mathematici) terram — quasi puncti instar obtinere?* Nullae iam salebrae relictae sunt; omnia complanata. Num, inquit, dubitamus terram instar puncti esse, sicut pleraque dubitare solemus nos Academici? immo hoc quidem minime: nam mathematicis rationibus convicti manus dare et assentiri cogimur.

* Dele *sic et hoc* et in fine notae adde: Absunt a veteribus nostris *sic et hoc*.

Ibid. *Reliquae duae partes, una ignea, altera animalis, ut illae superiores* (terrena et humida) *in medium locum mundi gravitate ferantur et pondere, sic hae rursum* (vel sursum) *rectis lineis in caelestem locum subvolent, sive ipsa natura superiora appetente, sive quod a gravioribus leviora natura repellantur*.] Ubi primum haec legeram, continuo subodoratus sum mendum subesse. Quid enim illud, *ipsa*

naturâ? nihil profecto aliud, quam *natura rerum communis*: atqui illa haud magis *superiora* appetit, quam inferiora sive media. Ergo falsum hoc et absurdum, ideo ignem et aërem caelum versus subvolare, quod *ipsa natura* superiora appetat. Legebam igitur, *Sive ipsae naturâ superiora appetentes.* Ubi *natura* perinde est ac *natura sua.* Postea vero inspecta Lambini editione, animadverti virum doctissimum *τὸ appetentes* ex veteri codice protulisse, *ipsae* autem ex coniectura. Et tamen hic est, quem ubique bonus ille Gebhardus prae se contemnit, sugillat, conculcat: quo, si verum amamus, tam longe inferior ipse est, ut nullo modo sit comparandus.

* Post *legebam igitur* adde: *etsi veteres nostri nihil nos hic adiuvent*

* Ib. *Multo etiam integriora ac puriora sunt ut a terra longissime se efferant*] Sic cum aliis etiam nostri Codices. Sed quo, quaeso, pertinent aut referuntur illa neutrius generis *integriora ac puriora?* Dixerat Cicero, si *animi* sunt vel animales vel ignei, perspicuum est eos sublime ferri: mox addit, si vero vel numerus *est animus* vel quinta essentia, multo *integriora* cet. Unde ex ordine et filo orationis perspicuum est, aut corrigendum esse, referendo ad *Animus, multo integrior ac purior est, ut — efferat,* aut, si ad *Animos* referas, *multo integriores ac puriores sunt.* Posterior modus magis arridet. Mox Codices nostri, *Horum igitur aliquid est animus:* non, ut vulgo, *animus est.*

* Cap. 18. *Bene enim illo proverbio Graecorum praecipitur*] Nostri omnes MSS. ordine suaviore *illo Graecorum proverbio.*

* Ib. *Quam tamen Democritus — animalem esse voluit*] *Repone* ex nostris omnibus *volt* pro *volait.* Et mox, pro *Ex quibus omnia,* ut MSS. nostri habent, Nonius in v. *Constat* locum hunc citans, habet *unde omnia,* et ita codex Nonii Cantabrigiensis 800 annorum *Ex quibus* est interpretatio τοῦ *unde.*

* Cap. 19. *Iunctus* (animus) *ex anima tenui et ex ardore solis temperato, ignibus insistit*] Codex Gallicus omnium veterrimus a prima manu *iuntis,* sed a secunda superscriptum est *iunctus.* Et mox, *calorem adeptus est,* nulli ex nostris codd. agnoscunt *est.* Ergo totus locus, *cum modo si in tum* mutaveris, sic constituendus est: „*Quam regionem quam superavit animus, naturamque sui similem contigit et agnovit, iunctis ex anima tenui et ex ardore solis temperato ignibus insistit. Tum enim sui similem et levitatem et calorem adeptus, tanquam paribus examinatus ponderibus nullam in partem movetur.*“ Emendatio perspicua est.

* Ibid. *Patritam illam et avitam philosophiam*] Sic reponunt ex Nonio, in v. *Patritum.* Atqui nostri omnes codices hic exhibent, *Patriam illam et avitam.* Neque Nonio fidem habemus, quum et alibi (Act. I. Verr. cap. 5.) Cicero *Patriam rem et avitam* dixerit, nusquam *patritam.*

Cap. 20. *Etenim si nunc aliquid assequi se putant, qui ostium Ponti* viderunt — *aut ii qui Oceani freta illa* viderunt:] Attende, obsecro, ad seriem orationis: et videbis, admisso illo *viderunt,* necessario requiri, ut dixerit, *aliquid assecutos se putant:* alioqui temporum ratio non sibi constabit. Sed tamen alia via tentanda curatio est. Lege enim: *Etenim si nunc aliquid assequi se putant, qui ostium Ponti viderint — aut ii qui Oceani freta illa viderint.* Res ipsa per se manifesta est.

* Post *viderunt* adde: (*quod codices tamen omnes ingerunt.*)

* Ibid. *Ut non solum Physici docent, verum etiam medici.*] MSS. Codd. concinnius, *ut non Physici solum docent.*

* Ibid. *Quae quasi fenestrae sunt animi*] Codd. nostri, *sint.*

* Ibid. *Quo minus percipiat, quale quidque sit*] Cod. Cantab. *perspiciat.* Recte: ut mox, *quanta spectacula animus esset habiturus.*

Cap. 21. *Liberatos enim se per eum dicunt gravissimis dominis,* terrore *sempiterno, et diurno ac nocturno metu. Quo* terrore? *quo metu?*] Vereor equidem, ne *gravissimi* illi *domini* non nisi unus solusque sit: quo enim differunt *terror* et *metus?* Iuncta quidem interdum haec vocabula reperies: sed hoc ex more rhetorum, qui ad amplificandam orationem cognatas et similes dictiones coacervant. Stoici quidem, qui omnia in pulvisculum diffringunt, sic haec partiuntur et definiunt, ut terror sub metu, quasi species sub genere, comprehendatur: Terror, inquiunt, est metus concutiens. Esto: at nihilominus putidissimum plane fuerit binos hinc dominos confingere. Tu lege, literula abiecta: *Errore sempiterno, et nocturno ac diurno metu. Quo errore? quo metu?* Hinc illa Ciceronis, quae mox sequuntur: *Non pudet philosophum in eo gloriari, quod haec non* timeat, *et quod falsa esse cognoverit?* Ubi *timeat* ad metum retulit, *falsa* ad errorem. Noti sunt Lucretii versus, quos ter quaterque inculcat,

Hunc igitur terrorem *animi* tenebrasque *necesse est,*
Non radii Solis, neque lucida tela diei
Discutiant, sed naturae species ratioque.

Terrorem et tenebras hic vocavit, quae Cicero *metum et errorem.*

* Ibid. *Acherontia templa — obsita tenebris loca*] Etiam nostri duo veterrimi, *Acherunsia,* hoc est *Acherusia:* neque agnoscunt τὸ *obsita.*

* Ibid. *Ex quo intelligi potest,* etc.] Hunc locum ita refinges ex MSS. nostris: *E quo intelligi potest, quam acuti natura sint,* QUONIAM *haec sine doctrina crediturі fuerunt: praeclarum autem nescio quid adepti sunt, quod didicerunt, se totos esse perituros.* Priores editiones: *ex, qui, fuerint, qui.*

* Cap. 22. *Ut, si iam possent in homine uno cerni omnia, quae nunc tecta sunt, casurusne in conspectum videatur animus.*] Omnes et MSS. et editi, *in homine uno.* At quorsum quaeso *uno?* Qui minus, si in *pluribus?* Repone certissima coniectura, *in homine vivo:* quippe in homine mortuo iam excessit animus ex corpore, neque ibi quaerendus est.

* Ibid. *Multo difficilior occurrit cogitatio, multoque obscurior*] Duo nostri veteres ἀσυνδέτως, *multo obscurior.*

* Ibid. *Cogitatione complecti non possumus.*] Tolle negativam etiam nostrorum veterum auctoritate.

* Ibid. *Hunc igitur nosse nisi divinum esset,* non esset hoc acrioris *cuiusdam animi praeceptum, sic ut tributum deo sit, hoc est, se ipsum posse cognoscere*] Vetusti duo nostri, *Praeceptum tributum a deo sit hoc, se ipsum p. cognoscere.* Unde sic totus locus refingendus est: *Hunc igitur nosse, nisi divinus esset, non esset hoc acrioris cuiusdam animi praeceptum, tributum ut deo sit.* Lege, inquam, *divinus: Hunc,* animum scilicet, *nosse, nisi* is *divinus esset,* non esset dignum Apolline praeceptum. Tandem vero illa, *hoc est, se ipsum posse cognoscere,* prorsus abscinde. Quomodo enim *praeceptum* cuiquam et, *posse* se cognoscere? Non utique *praeceptum* hoc; sed vis, potentia, facultas.

* Cap. 23. *Quod autem motum adfert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde*] MSS. nostri omnes, *alicunde,* non *aliunde.* Recte; ut respondeat τῷ *alicui.* Nam *alicunde* perinde est, ac si dicas, *ab aliquo:* at *aliunde* est *ab alio.*

* Ibid. *Nam ex principio oriuntur omnia*] Codd. nostri omnes, *E principio,* et sic Macrobius.

* Ibid. *Nec a se aliud creabit*] Codd. nostri cum Macrobio *nec ex se.*

* Ibid. *Omne caelum omnisque natura*] Recte Lambinus aliique ex Platone ipso, *omnisque terra: πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γῆν.* Facilis librariis lapsus erat ex compendiosa scriptura *tra, nra. Quae si est una ex omnibus, quae* se ipsam *semper moveat.*] Scribe *se ipsa:* ut et tu alibi facis; et sic semper boni auctores.

* *Quae si est una ex omnibus, quae se ipsam semper moveat*] Scribi *se ipsa:* ita locum citat et Macrobius, et sic semper boni auctores.

* Ibid. *Licet concurrant plebeii omnes philosophi*] MSS. nostri meliore ordine *omnes plebeii.* Et mox *ab ea familia;* non, ut editi, *ab illa.*

* Ibid. *Ego vero facile sum passus*] MSS. nostri omnes rectius: *facile sim passus.*

* Cap. 24. *Ad ea sic ille respondit ut puer*] Sic quidem codices: verum corrige, *Respondet:* quippe praecedit illud: *Socrates interrogat*; non *interrogavit.*

* Ibid. *Ut gradatim respondens eodem perveniat, quasi Geometrica didicisset*] Pro *quasi* codex Gallicus omnium veterrimus, *quo si:* quod et Lambinus ex coniectura dederat. Sed et aliud mendum adhuc restat: Repone *eo demum perveniat.* Recte *demum,* quia *gradatim.*

* Ibid. *Ut discere nihil aliud sit, quam recordari*] Sic editi: sed Codd. nostri omnes: *nisi,* non *quam:* ut paullo inferius, *Ita nihil est aliud discere, nisi recordari.*

* Ibid. *Idque solum esse, quod semper tale sit, qualem ideam appellat ille, nos speciem*] Repone ex Codicibus nostris, *Quale εἰδέαν:* et praeterea, ut hic *εἰδέαν appellat ille,* Socrates scilicet, ita vide, an non superius paullo corrigendum sit, *quas ἐννοίας vocat,* non, ut vulgo, *vocant.*

* Ibid. *Quid est enim illud, quo meminimus? aut quam habet vim, aut unde naturam. Non quaero*] Iure Manutio aliisque displicuit illud *naturam,* ut supervacaneum. Tu vero libenter admittis: *quia vim* (inquis) *et naturam saepe coniungit Cicero.* Ita sane est: saepe *coniungit*: at hoc in loco *disiungit, aut vim, aut naturam*: quum tamen vis et natura idem prorsus significent. Manutius reponit *undenam:* sed nusquam, credo, eo verbo usus est Noster. Lambinus mavult, *unde natam:* et sic sane Codd. quidam recentiores. Verum ideo minus placet, quia in redditione mox habemus: Quae *sit illa vis, et unde sit, intelligendum puto.* Vides nec *unde natura sit,* nec *unde nata sit* hic comparere. Crediderim unius literae mutatione posse locum sanari: *aut quam habet vim aut unde? Iam non quaero, quanta memoria Simonides* cet. *de communi omnium memoria loquor.*

Cap. 25 *Quorsus igitur haec spectat oratio? quae sit illa vis et unde, intelligendum puto. Non est certe nec cordis, nec sanguinis, nec cerebri, nec atomorum.* Anima sit ignisve *nescio.*] Recte tu quidem, cum priores haberent, *anima sit animus ignisve nescio,* amovisti illud *animus:* quippe quod nulli usquam codices agnoscant. Restabat tamen aliquid maius: illud enim, ut vulgo fertur, *anima sit ignisve nescio,* ne latinum quidem est. Siquidem post *nescio* aut *an* aut *ne* omnino hic requiritur. Et quidem olim Lambinus coniiciebat, *anima sit ignisne, nescio*; ego nunc legendum existimo, *An anima sit ignisve, nescio.* Quarum lectionum illa hoc significabit, *Utrum ex duobus sit;* nostra, *Unumne ex duobus sit.* Quid inter haec intersit, si probe intelligis: posteriorem duntaxat sensum huic loco convenire intelliges. Ita enim mox inferius: *sive anima, sive ignis sit animus:* et c. XXVI.

si deus aut anima aut ignis est. Sed nondum etiam emendatus est hic locus. Non enim hic quaerit quid sit animus, sed quae sit natura et unde? Lege ergo totum locum meo periculo: Non est certe nec cordis, nec sanguinis, nec cerebri, nec atomorum: an animae sit ignisne, nescio. Et iam opinor, nova ratio nata est, cur illud animus, quod vulgatae editiones male addidit, vel furcillis eiiciendum sit.

* Post eiiciendum sit, adde. Porro omnes nostri Codd.: Quae si illa sit, aut unde sit, intelligendum puto. In editis deest sit.

* Ibid. *Terrae tibi aut hoc.* Venustius abest aut a Codd. nostris: *Terrae tibi, hoc nebuloso et caliginoso caelo.* Si aut inseris, tum terram hic solidam et aridam intelliges: quod absurdum.

Ibid. *Quid? illa vis quae tandem est, quae investigat occulta, quae inventio atque excogitatio dicitur? Ex hac ne tibi terrena mortalique natura concreta ea videtur? aut qui primus (quod summae sapientiae Pythagorae visum est) omnibus rebus imposuit nomina? aut qui dissipatos homines congregavit, et ad societatem vitae convocavit? aut qui sonos vocis etc.*] Scire equidem ex te velim, quo referantur illa toties hic repetita *Aut qui*: non enim video quorsum pertineant, neque ullum exitum orationis invenio. Tot ergo rerum inventores, quos hic enumerat, nominum, literarum, astronomiae, frugum, vestium, tectorum, quid? quid agunt vel quid sunt denique? nihil omnino; ut quidem hic locus vulgo nunc legitur. Tu vero sine dubitatione repone: *Ex hacne tibi terrena mortalique natura* **concretus is** *videtur, aut qui primus — omnibus rebus imposuit nomina; aut qui* etc. Hoc est; nihil ne divinitus habuit, nihil aurae coelestis, nihil ignis aetherii? nosti illud Lucretii de Empedocle:

Ut vix mortali videatur corpore cretus.

Ceterum tam turpe mendum Librariorum solemni audaciae acceptum referimus: cum enim praecesserat *inventio atque excogitatio*, statim hi τὸ *concretus is* ne latinum quidem esse arbitrati, permutarunt terminationes, ut eodem genere adiectivum cum substantivo, ut putabant, amice concordaret.

* Post *concretus is* adde, (*vel esse*).

* Ibid. *Et memoriam esse signatarum*] Codd. nostri omnes alio ordine, *Et esse memoriam, signatarum rerum in mente vestigia.*

Ibid. *Quorum conversiones omnesque motus qui animus vidit, is docuit similem animum suum eius esset, qui ea fabricatus esset in coelo.*] Redige, quaeso, haec mecum ad calculum: *Qui*, inquit, animus vidit, *is* (id est, animus) *docuit* animum suum similem *eius esse*. Ergo hic habemus *animum animi*: satis hoc belle? alius, opinor, dixisset, *is docuit se similem eius esse.* Sed alia paratior medicina est. Lege certissime: *Quorum conversiones omnesque motus qui* **animo** *vidit, is docuit similem animum suum eius esse* etc. Noster De natura Deorum I, 18. *Epicurus autem, qui res occultas et penitus abditas non modo viderit* animo, *sed etiam sic tractet* etc. Ibid. II, 64. *Totam licet* animis, *tamquam oculis* lustrare *terram.* Academ. II, 40. *Aut si etiam dormientes aliquid* animo videre *videamur*. Ovid. Fast. IV.

Appius est auctor; Pyrrho qui pace negata
Multum animo vidit, *lumine captus erat.*

Et alii passim. Sed et hoc iam nunc a Lambino video occupatum: adeo ut rursus indigner eius hominis vicem, cui saepe recte monenti, seu prae invidia et livore, sive prae coecitate et ignorantia, nemo obtemperare voluit.

Ibid. *Ut tarditate et celeritate dissimillimos motus una regeret conversio. Quod si in hoc mundo fieri sine deo non potest; ne in sphaera quidem eosdem motus Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari.*] Nihil variant Codices scripti; ut tamen cur a Ciceronis

manu esse numquam crediderim. Quid enim sibi vult *in hoc mundo?* an plures et infinitos quidem mundos constituit, ex sententia Democriti et Epicuri? Nugae merae: nullus quippe apud illos *mundi aedificator Deus:* omnia casu et fortuito ex atomorum concursu. Atqui hic ex Platonis sententia loquitur: lege itaque inverso ordine: *Quod si hoc in mundo fieri sine Deo non potest, ne in sphaera quidem* etc.

* Cap. 26. *Aut eloquentiam sine quadam vi maiore fluere*] Nostri Codd. omnes ordine venustiore: *sine maiore quadam vi fluere.*

* Ibid. *Nisi, ut Plato ait, donum; ut ego, inventum deorum.*] Omnes nostri omittant *τὸ ait: ut Plato, donum; ut ego, inventum deorum.*

* Ibid. *Quid porro inventio! profecto id, quo nec in deo quicquam maius intelligi potest.*] Duo veterrimi nostri pro *nec* habent *ne:* unde facilis nascitur emendatio: *quo ne in deo quidem maius intelligi potest.*

Ibid. *Non enim ambrosia deos aut nectare,* aut *Iuventate pocula ministrante laetari arbitror.*] Geminus fere locus est De Natura Deorum I, 40. *At poetae quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant, et aut Iuventatem aut Ganymedem pocula ministrantem.* Verum ut hic locus rectus est et integer, ita prior ille in mendo cubat. Quale enim illud, *Laetari ambrosia, aut nectare, aut Iuventate?* Quid? cibusne, obsecro, est Iuventas, an potio? Vides nunc, opinor, quod tuum est acumen, sententiae labem; quam nullo negotio expurgaveris, si sic legeris *τῷ aut* deleto: *Non enim ambrosia deos aut nectare, Iuventate pocula ministrante, laetari arbitror. Pocula* vero intellige *ambrosiae aut nectaris;* quorum utrumque interdum pro liquoribus venditant Poetae, *et ambrosiae succos,* cum licuerit, spargunt.

* Ibid. *Ut Euripides audet dicere, Deus*] Nostri omnes: *ut E. dicere audet.*

Ibid. *Nam ut illa natura caelestis et terra vacat et humore: sic utriusque harum rerum humanus animus est expers: sin autem est quinta quaedam natura ab Aristotele* inducta: primum *haec et deorum est et animorum.*] Sic dedit Gebhardus, quem nollem tam presso pede sequereris. Quo enim pertinet *primum? primum haec est deorum et animorum:* quid secundum? nihil. Tu vero labantem sententiam distinctione hac sustenta: *sin autem* est quinta quaedam naturâ ab Aristotele *inducta primum:* haec et deorum est et animorum. Quid clarius? sic alibi noster De Oratore: *Qui hoc* primus *in nostros mores* induxit. Iam autem sic plane interpunctum video ab Aldo nepote: et in ora sui libri posuerat Lambinus: sed aerugo et fatuitas Gebhardi noluit hunc ducem sequi.

* Ibid. *His ipsis verbis in Consolatione haec expressimus*] Melius omnes nostri: *hoc expressimus.*

* Cap. 27. *Seiuncta ab his usitatis notisque naturis*] Non satis capio, quomodo *naturae,* perinde ac *mores, consuetudines,* possint dici *usitatae.* Sed egregie succurrit vetus noster Regius, *ab his visitatis:* quae lectio est Ciceroni asserenda. Ita saepe alibi, tam apud hunc, quam apud alios scriptores, *inusitatum* hodie fertur, ubi et MSS. et sententia dictent *Invisitatum.* Vide Gronovium patrem ad Livium (27, 39.).

* Ibid. *Itaque quicquid est illud, quod venit, quod sapit, quod vult, quod viget, caeleste et divinum est, ob eamque rem aeternum esse necesse est*] Repone ex nostris tribus: *Ita quicquid est — quod vivit, quod viget, caeleste et divinum; ob eamque rem aeternum esse necesse est.* Ita noster alibi ter quaterque duo illa coniunxit *vivere et vigere.* Quid quod vetusti Codd. apud Nostrum non *vult* exhibent

solent, sed *volt*, quod longius abest a *vivit*. Porro ordo in sequentibus hic est: *necesse est, caeleste et divinum sit, ob eamque rem aeternum.*

Cap. 28. *Non valet tantum animus, ut* seipsum *ipse videat.*] Ita post Victorium Gebhardus: sed inepta lectio est et lutulenta. Codex tuus scriptus, *ut seipsum videat.* Corrige, *ut se ipse videat*, Geminatio in Mstis nata est a varietate lectionis.

* Post *Gebhardus* adde: *et ita Codd. nostri.*

* Ibid. *Vim certe, sagacitatem, memoriam, motum, celeritatem videt*] Cur quasi duo et diversa memorat primo *motum*, deinde *celeritatem?* nisi forte, quum *motum* dicat, tardum est languidum significet; quod ineptissimum. Vetus noster Britannicus: *motu*, non *motum*. Repone certissime: *sagacitatem, memoriam, motus celeritatem videt.* Sic infra, cap. 29. ubi haec fere repetuntur: *sic ex memoria rerum, et inventione et celeritate motus vim divinam mentis agnoscito.*

* Ibid. *Deinde conversionis celeritatem tantam*] Codices nostri omnes, *Dein conversionis:* et mox: *dierum ac noctium;* non, ut vulgo, *atque.*

Ibid. *Globum terrae — duabus oris distantibus habitabilem et cultum, quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, unde*

— horrifer
Aquilonis stridor gelidas molitur nives.]

Recte tu quidem, quem alii unum Trochaicum fecerant, in senarios dispertitum esse voluisti, auctore Censorino. Quod et e Nonio elicere potuisses, qui ex Accii Philocteta sic citat, *ubi horrifer Aquilonis* etc. sed aliud restat maius, quod et priores omnes et te fugit. Illud enim contemplare modo, *sub axe posita ad stellas septem.* Qui, obsecro, verborum ordo? quae autem locutio? Certe hoc non habet indolem Ciceronianae dictionis. Nimirum et haec quoque Accii verba sunt, non Tullii: et sic locus est distinguendus, et ad par Iambōrum redigendus:

Quarum altera, quam nos incolimus,
Sub axe posita ad stellas septem, unde horrifer
Aquiloni' stridor gelidas molitur nives.

Ibid. *Coelum* mitescere, *arbores frondescere,*
Vites laetiscere, *pampinis pubescere,*
Rami baccarum ubertate incurviscere.]

Ex libris scriptis hi *nitescere* exhibent, illi *mitescere.* Prius in vetustis editionibus insederat, posterius arripit Gebhardus. Quo tamen iure de loco suo deiicitur illud prius? cum et versum numerosiorem efficiat et ποιητικώτερον sit, et placere debeat vel ob illud Lucretii de eodem tempore verno:

— tibi suaves Daedala tellus
Submittit flores; tibi rident aequora ponti,
Placatumque nitet *diffuso lumine* caelum.

Illud vero adhuc peius, quod cum priores edidissent,

Vites laetificae *pampinis pubescere:*

hic et ex unico quidem codice admittit in textum,

Vites laetiscere, *pampinis pubescere.*

Perperam profecto. Cum enim in vulgata lectione, de rebus illis singulis, *caelo, arboribus, vitibus, ramis, segetibus, fontibus, pratis* unum duntaxat habeatur pronuntiatum: hic inconcinne duo adhibet de vitibus, *laetiscere*, et *pubescere*: quae tamen vix aut ne vix quidem inter se differunt. Iam quod existimat eos codices, in quibus exstat *laetificare*, patrocinari lectioni a se inductae: quam prave et nullo iudicio? Quanto veri similius ex divisa diphthongo laetificae,

more in vetustioribus exemplaribus solemni, profluxisse illud *laetificare;* unius duntaxat literae insertione? Accedat huc, quod iam olim Nonii codices *laetificae* agnoverint. Illud sic colligo. Versiculum hunc tertium laudat in verbo *Incurviscere,* ex hoc ipso loco: alibi autem ex alio auctore, Sisenna scilicet, citat *laetiscere.* Atqui, si hic eius codices τὸ *laetiscere* habuissent, sine dubio etiam hac usus esset auctoritate, quae sub manu, sub oculis versaretur.

* Post *versaretur* adde: Codices nostri omnes *nitescere* habent et *incurvescere;* non, ut Nonius citat, *incurviscere.* Porro Codex Gallius *Laetificare* habet, Regius *Laetificae.*

* Ibid. *Hominemque ipsum quasi contemplatorem caeli ac deorum, ipsorumque cultorem*] Locus sine dubio mendosus: quid enim? an, ut homines *contemplantur* caelum et caelestia, nimirum oculis, ita et deos possunt? Ergo dictio vitiosa est, sed multo magis sententia; quae ut nunc fertur, *ponit sibi et sumit* dari *Deos,* quum dicit *contemplator Deorum et cultor:* atqui ipse Cicero non *ponit* esse deos, sed ex his ipsis *probat* esse: ut statim: *Haec igitur et talia innumerabilia quum cernimus, possumusne dubitare, quin his praesit aliquis vel effector vel moderator tanti operis et muneris?* Vides, opinor, iam dudum, quam inepte et praepostere habeant vulgati Codices *contemplator et cultor deorum:* dum in eo est auctor, ut probet, nondumque rem confecit, dari deum vel deos. Duo ex nostris Codices, *ac deorum* eorumque *cultorem:* at Gallicus omnium veterrimus, *deorum* eorum *cultorem:* sine coniunctione. Repono, audaci fortasse, si literas spectes, sed necessaria ad sententiam emendatione, *contemplatorem caeli ac terrarum cultorem, atque hominis utilitati agros omnes et maria parentia.* Ut enim *Terrae cultor,*

Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis,

ita, si agri *parent* hominis utilitati, necesse est, ut prius ab homine *colantur.* Recte igitur *Terrarum cultorem.*

* Cap. 29. *Haec igitur et alia innumerabilia quum cernimus*] Ita quidem editi, codicesque nostri omnes. Recte tamen Gulielmius ex coniectura: *Haec igitur et talia.* Absorptum est *t,* quia litera eadem praecesserat. Sic paulo post, hoc ipso capite: *His et talibus rationibus adductus Socrates.*

* Ibid. *Si haec nata sunt, ut Platoni videtur, vel si semper fuerint*] Lege ex nostris omnibus *fuerunt,* ut antea, *nata sunt.*

* Ibid. *Omnique pulchritudine virtutis*] Codd. Gallicus Regiusque, *omniaque* mendose: sed ex eo mendo fortasse corrigendum, *Omnisque pulchritudine virtutis:* ut infra c. 40: *Et in omni virtute ponamus.*

* Ibid. *Sed alias: nunc ubi sit animus.*] MSS. nostri non agnoscunt *nunc ubi.* Lege ergo: *Sed alias: ubi sit animus; certe quidem in te est.* In *capite,* inquit, est animus, ut equidem credo: sed *Alias,* ubi sit, disputabimus: *certe,* quod nunc sufficit, *in te est.*

* Ibid. *Etsi ignores et locum et faciem — Etiamsi eius ignores et locum et formam*] MSS. nostri omnes ordine inverso: *Etsi eius ignores et locum et faciem — etiamsi ignores et locum et formam.* Omnino rectius.

* Ibid. *Nec interire igitur*] Cod. Gallic. *Ne interire igitur.*

* Ibid. *Quasi discessus et secretio et direptus earum partium*] Codex Britannicus *diremptus*: et sic cum Lambino et Manutio reponendum est. Quippe partes, quae ante interitum *iunctione* aliqua tenebantur, per interitum non *diripi* certe, sed *dirimi* sunt dicendae.

* Ibid. *Et quum paene in manu mortiferum illud teneret poculum*] Codd. nostri duo veterrimi *tenens.* Quod sequor, eiecto illo

quum: Et paene in manu iam mortiferum illud tenens poculum. Mox pro *ascendere* Codex Gallicus *escendere.*

Cap. 30. *Nam qui se* humanis *vitiis contaminavissent,* et *se totos libidinibus* dedissent, *quibus caecati,* velut *domesticis* vitiis *atque flagitiis se inquinavissent, vel Rep. violanda fraudes inexpiabiles concepissent, iis devium quoddam iter esse, seclusum a concilio deorum*] In his verbis non ita multis ter quaterve a dormitantibus librariis peccatum esse suspicor. Sed primum apponam integrum locum, ut mihi legendum videtur; tum de ratione emendationum videbimus. Scribo igitur, *Nam qui se immanibus vitiis contaminavissent, aut se totos libidinibus dedidissent, quibus coecati, vel domesticis stupris atque flagitiis se inquinavissent, vel rep. violanda fraudes inexpiabiles concepissent, iis devium quoddam iter esse* etc. Principio, illud quod vulgo fertur *humanis vitiis* quam sententiae adversum sit, tu considera. Nam certe *humana vitia* sunt, quae in quemvis hominem cadunt, quae naturae humanae imbecillitas a se defendere et depellere non potest. Ovidius Fast. I, v. 299. de Astronomiae inventoribus loquens, tamquam supra mortalem conditionem evectis,

Credibile est illos pariter vitiisque locisque
Altius humanis *exseruisse caput.*

Atqui hoc loco non de mediocribus et ignoscendis vitiis Ciceronem loqui manifestum est: hinc enim mortalium turpissimos et contaminatissimos ponit, illinc castissimos sanctissimosque: quorum hos ad deorum sedes recta ire post mortem, illos iter devium capessere a beatis sedibus quam maxime diversum. Lego igitur, quod proxime ad librorum scripturam videtur accedere *immanibus vitiis,* quo epitheto Horatius noster usus est Sermon. II, 4. v. 76.

Immane *est* vitium *dare millia terna macello.*

Mox lego, *aut se totos* etc. Non enim eosdem, sed diversos intelligit; priores, sceleratos, fraudibus, rapinis, caedibus grassantes; posteriores, voluptarios, qui ventri et gulae et libidinibus serviunt. Certe haec vitia quodammodo contraria sunt, nec facile in unum eundemque hominem cadunt. Lege deinde *dedidissent* cum Victorio et codice ex tuis meliore, quod et hic et saepe alias perperam immutavit Gebhardus. *Dedere* enim maius quid et significantius notat, quam *dare;* pro captivo se tradere, in servitutem addicere, mancipare. Confirmatur hoc et ex adiuncto *totos dedidissent:* sic Noster de Legibus II, 2. *Pro qua mori, et cui nos* totos dedere *debemus.* Ad Atticum IX, 4. *Sed tamen, ne me* totum *aegritudini* dedam, *sumsi mihi quasdam tamquam θέσεις.* Tuscul. V, 39. *Huic discendi quaerendique divinae delectationi* toto *se animo* dedidissent; ubi iterum contra Victorium et tuos codices Gebhardum sequeris male interpolantem *dedissent.* Sequitur deinceps, *Quibus caecati,* velut *domesticis* vitiis *atque flagitiis se inquinavissent:* hoc est, *quibus* seu sceleribus, sive libidinibus (nam ad utrumque hoc refertur) *velut* domesticis vitiis etc. Quid, malum, illud *velut?* an scelera, fraudes, rapinae sunt *domestica* vitia? immo vero haec ut disiuncta et disparata ponuntur. Lego ergo levissima mutatione, *vel domesticis flagitiis,* vel *re publica violanda.* Alioqui impedita prorsus oratio est, neque exitum sibi reperit. Haec quidem emendatio, utcumque fiat ceteris, longe certissima est, sed aliud quid etiam restat. Vide enim illud, *Quibus* vitiis *et libidinibus caecati, vel domesticis* vitiis *se inquinavissent:* Quam frigide, quam illepide hic repetitur illud *vitiis?* an quidquam sapit aut elegantiae aut copiae Tullianae? Quamobrem aut legerim, *domesticis stupris atque flagitiis,* aut *domestica nequitia atque flagitiis:* illa enim apud Nostrum una cum flagitiis non semel iuncta legimus.

* Ibid. *Ut cygni, qui non sine causa Apollini dicati sunt, sed quod ab eo divinationem habere videantur, qua providentes, quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur, sic omnibus et bonis et doctis esse faciendum.* Plura hic sunt, quae manu medica indigent. Primo *sint* habent, non *sunt*, codices nostri omnes. Deinde pro *qua* recte tu ex coniectura *quasi* reponis. Mox pro *moriantur*, quod Codices exhibent, ego corrigo *moriuntur*, et sic codex tuus Batiolensis: *Ut cygni, sic omnes:* imo vero, *sic homines;* et sine dubio legendum: *sic hominibus bonis et doctis esse faciendum.*

* Ibid. *Quod his saepe usu venit, qui quum acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent*] Recte veteres nostri *deficientem*, non, ut recentior, *deficientibus:* quod ex ipsius Socratis verbis patet in Platonis Phaedone (p. 99. d.) ad quae hic respicit Cicero: *μὴ πάθοιμι, ὅπερ οἱ ΤΟΝ ΗΛΙΟΝ ΕΚΛΕΙΠΟΝΤΑ θεωροῦντες καὶ σκοπούμενοι πάσχουσι. διαφθείρονται γάρ που ἔνιοι τὰ ὄμματα, ἐὰν μὴ ἐν ὕδατι, ἢ ἔν τινι τοιούτῳ σκοπῶνται τὴν εἰκόνα αὐτοῦ.* Ceterum impedita est oratio, et vel illud *quum*, ut Manutius et Lambinus viderunt, vel, retento *quum*, eiiciendum erit *ut*; et praeterea notandum, τὸ *venit* hic perfecti temporis, non praesentis esse, nam alioqui dicendum esset *intueantur* et *amittant.*

* Ibid. *Itaque dubitans, circumspectans, haesitans, multa adversa revertens, tanquam in rate in mari immenso nostra vehitur oratio.*] Ex toto filo et colore facile est divinare, desumpta haec esse ex poëta quodam veteri. Pro *revertens* codex noster recentior *reverens.* Vide, an sic satis commode ad Trochaicos redigi queant:

— *Itaque dubitans, circumspectans, haesitans,*
Multa adversa reverens, tanquam ratis in immenso mari,
Nostra vehitur ratio — —

ubi *reverens* vetuste pro *metuens:* ut Terentius [Phorm. 2, 1, 3.]: „*Non simultatem meam revereri saltem?*“ *Ratio* autem cum Lambino lege, non *oratio*, ut codd. habent. Nam de mentis acie nunc agit, quae diu contemplando hebescit: quam ob causam (nota τὸ *itaque*) *ratio* nostra dubitat, haesitat. Et praeterea, si pars versiculi est, ipsum metrum flagitat, ut *ratio* legatur.

* Ibid. *a magistratu aut aliqua potestate legitima*] Nostri Codices omnes, *aut ab* aliqua.

* Cap. 31. *Secernere autem a corpore animum, nec quicquam aliud est quam emori discere.*] A veteribus duobus nostris abest *est quam;* unde certo emendandum, *nec quicquam aliud est mori discere.* *E* vice *Est* in MSS. est tralatitium.

* Ibid. *Satis quidem tu in Consolatione*] Notri duo veteres concinnius, *Satis tu quidem.*

Ibid. *Veniet tempus* (moriendi) *et quidem celeriter; et sive retractabis, sive* properabis: *volat enim aetas.*] Recte quidem nunc vulgo editur *retractabis:* cum veteres editiones et codices aliquot scripti *retardabis* habuerint: quod natum videtur ex illo altero *properabis*, cui scilicet contrarium et ἀντίθετον ponendum videbatur *retardabis.* Ceterum uno verbo feliciter restituto, de altero erat cogitandum. Quid enim est *properabis* ad mortem? hoc certe est voluntariam mortem ante diem sibi arcessere: quod hoc ipso loco auctor tamquam illicitum et nefarium damnat. Quid ergo? equidem corrigendum puto, *sive retractabis, sive obtemperabis:* quod si compendiose et cum P *optep.* scripseris, more in veteribus libris recepto, minimum aberraverit a vulgata lectione. *Retractare* autem et *obtemperare* sunt plane antitheta: et sententia exurgit aptissima. Moriendum, inquit, erit; seu iniquo animo et ingratiis, sive aequo et libenter; seu renuas et tergiverseris, sive pareas et morem geras. Huc apposite

accedunt illa Graeca Cleanthis, quae Latine eleganter vertebat Seneca, Epist. 107.

Duc me, parens celsique dominator poli,
Quocumque placuit: nulla parendi *mora est;*
Adsum impiger: Fac nolle: *comitabor gemens;*
Malusque patiar, quod pati licuit bono.
Ducunt *volentem fata, nolentem* trahunt.

* Post *retractabis* adde: *ut MSS. nostri omnes.* — Post *trahunt* adde: Et fortassis ex his ipsis *nulla parendi mora est* reponendum erit: *sive retractabis, sive parebis:* quod Davisius noster suggessit.

* Ibid. *A. Quid refert? Adsunt enim, qui haec non probent. M. Ego autem nunquam ita te in hoc sermone dimittam, ulla uti ratione, ut mors tibi videri malum possit*] Prius personarum notae hinc auferendae sunt: quippe totum hoc Cicero loquitur: ut et sententia indicat, et vocabulum *autem:* nam alioqui dixisset *Ego vero.* Deinde recte cum Manutio et Lambino distinguis et corrigis, *ita — dimittam, ulla uti ratione mors tibi videri malum possit:* nisi quod malim, *ulla ut ratione,* ne ambigua dictio *uti ratione,* quae librariis fraudi fuit, etiam nunc lectoribus imponat.

* Ibid. *Catervae veniunt contradicentium, non solum Epicureorum*] MSS. nostri omnes, *Nec solum.*

* Cap. 32. *Num vis igitur audire, cur, etiamsi ita sit, mors tamen non sit in malis?*] MSS. duo nostri veterrimi, *Num non vis igitur audire.* Sed Schioppi codex (narrante Andrea Schotto) *Numne vis:* quod placet. Deinde MSS. nostri, *Ista sit.* Nescias, utrum scripserit auctor, *ista sint,* an *ita sit.*

Ibid. *Sed me nemo de immortalitate depellet. M. Laudo id quidem: etsi nihil* animis *oportet confidere.*] Ita post Victorium edidit Gebhardus, manuscriptis suis serviliter addictus, quantovis detrimento sententiae. Quid enim? *nihil ne oportet animis confidere?* hoccine ut Cicero dixerit? Quid igitur tam longa hac disputatione actum est? quorsum illa, nisi ut spem nobis et fiduciam faciat immortalitatis animorum? Quo pacto autem *laudat* fiduciam interlocutoris, si *nihil* iubet confidere? Haec sunt pugnantia. Quare revoca veterem lectionem a Manutio et Lambino traditam: *Sed nihil nimis oportet confidere.* Recte quidem. Hoc enim caventis est et spem alentis ac corroborantis; illud contra spem omnem praecidentis et abnegantis.

* Dele *suis,* et insere (*nam et nostri sic habent*).

* Ibid. *Eos dico, qui aiunt animos manere, e corpore quum excesserint*] Nostri Codd. omnes numerosius: *Qui aiunt manere animos, quum e corpore excesserint.*

* Ibid. *Illud autem quod non modo facile ad credendum est, sed eo concesso, quod volunt, consequens, id certe non dant, ut, quum diu permanserit, ne intereat.*] Pro *id certe* et nostri et aliorum Codices *idcirco.* Recte, si recte distinguas: *Illud autem* (*quod non modo facile ad credendum est: sed eo concesso, quod volunt, consequens idcirco*) *non dant, ut quum diu permanserit, non intereat.* Hoc est, si concedas *diu permanere* animum, corpore vacantem: *idcirco,* ob eam concessionem consequens est, *ut maneat* perpetuo.

* Ibid. *Nasci autem animos: quod declarat eorum similitudo, qui procreantur.*] Duo nostri veterrimi: *quod declaret — qui procreentur.* Recte: nam modestius est, *Quod declarare queat;* ut illud est arrogantius, *Declarat.*

Cap. 33. *Nihil necessitatis affert, cur nascantur animi, similitudo. Omitto* similitudines: *vellem adesse posset Panaetius; vixit cum Africano.*] Nihil pravius et ineptius hac lectione. Nam ubicumque dicimus *Omitto* aut *Mitto;* nostra significamus nos mittere argumenta,

quae si opus fuerit proferre possemus: at hic contra adversarii argumentum se dicit omittere: nam ex *similitudine* ingeniorum, qua filii parentes suos referre solent, Panaetius probare voluit *animos nasci*. Ergo subtilissime sane fortissimeque disputat, qui id, quo ab adversariis urgetur, non refutare, sed omittere se profiteatur. Quid, quod id ipsum falsum est, *se omittere similitudines*: pergit enim argumentum a similitudine ductum pluribus exemplis refellere. Quid multa? legendum esse contendo: *Omitto dissimilitudinem:* nam codex tuus *similitudinem* singulari numero exhibet. Duplici scilicet ratione Panaetii argumentum convellit. Primo, ait, posito talem esse animorum similitudinem; ea tamen efficitur, non quod ipsi animi a parentibus nascantur, sed quod animi mores fere suos et indolem ducant a temperamento corporum, quae sine dubio parentum corporibus cognata et similia sunt. Negat secando eiusmodi similitudinem esse perpetuam: *Omitto*, inquit, *dissimilitudinem*: Africani quippe et Crassi et multorum clarorum virorum filii et nepotes parentibus dissimillimi erant. Addere potuisset et suum Marcum: sed is qui vir futurus esset nondum ostenderat.

* Pro *nascantur* l. *nascatur, animi similitudo.* — Lege: *omitto Dissimilitudines. Duplici* cet. Et infra lege, *dissimilitudines.*

* Cap. 33. *Multorumque aliorum virorum clarorum*] Nostri omnes concinnius, *clarorum virorum.*

* Cap. 34. *M. Video te alte spectare et velle in caelum migrare.* A. *Spero fore, ut contingat id nobis: sed fac, ut isti volunt, animos non remanere post mortem; video nos, si ita sit, privari spe beatioris vitae.*] Notae personarum, quae (ut iam monui) nullae sunt in Codd. vetustis, male hic ab editoribus collocatae, sententiam obfuscant. Tu sic eas constitue: *M. Video te alte spectare, et velle in caelum migrare: spero fore, ut contingat id nobis: sed fac, ut isti volunt, animos non remanere post mortem. A. Video nos, si ita sit, privari spe beatioris vitae.*

* Ibid. *Democritici negant.*] Sic et nostri Codices. Sed repone, ut alibi Cicero, *Democritei* vel *Democritii.* Graece *Δημοκρίτειοι.*

Ibid. *An quoniam ipse animi discessus a corpore non fit sine dolore? ut credam ita esse, quam est id exiguum! et falsum esse arbitror; et fit plerumque sine sensu, nonnunquam etiam cum voluptate: totumque hoc* leve *est, qualecumque est: fit enim ad punctum temporis.*] Considera sodes illud *qualecumque.* Id enim eam vim in hoc loco habet, quasi diceret, *Totum hoc* leve *est, quantumvis* grave *sit:* quo quid putidius et absurdius dici potest? Sine dubio scripsit Cicero, *Totum hoc breve est, qualecumque est.* Hoc est: Seu *grave* sit, ut illi contendunt, seu *exiguum,* ut ego quidem existimo; certe *breve est:* cur? *quia fit ad punctum temporis.*

* Ibid. *Discessus ab omnibus his, quae sunt bona in vita. M. Vide, ne a malis dici verius possit*] A vetere Cod. Britannico abest *τὸ bona.* Unde eruo veram (nisi fallor) lectionem: *Discessum à bonis his, quae sunt in vita.* Et vides, quam apposite nunc respondeat, *A malis verius.* At si altera lectio stet, sic potius dixisset auctor: *Vide, ne, quae mala sunt, dici verius possit.* Mox habet noster: *A malis igitur mors abducit, non a bonis.* Et iterum: *Mors nos a malis, non a bonis, abstraxisset?* Denique, *Utrum tandem a bonis, an a malis discessisset? tum profecto videretur a bonis.*

* Ibid. *In quo nosmet ipsos, quantum potuimus, consolati sumus*] Sic quidem Codices, qui manu exstant, universi. Sed auctor dedit: *In quo nosmet ipsi, quantum* cet. Sic veterrimi Codices apud Gellium et alios: sed recentiores interpolaverunt, ut passim *se ipsum* pro *se ipse; sibi ipsis* pro *sibi ipsi.*

* Ibid. *Hoc quidem a Cyrenaico Hegesia*] Nostri omnes concinnius: *Et quidem hoc a Cyr.*

* Ibid. *quum nihil ei accidisset adversi*] Nostri Codices, *quum ei nihil accidisset.*

* Ibid. *Hegesiae liber est Ἀποκαρτερῶν, quod a vita quidam per inediam discedens* cet.] Non placet τὸ *quod:* id siquidem postulat in priore colo, *Dictus Ἀποκαρτερῶν, quod.* Repone igitur *in quo a vita* cet. hoc est, *in quo libro.* Sic infra cap. 43. *Socrates quid senserit, apparet in eo libro, in quo moritur.*

* Cap. 35. *Metellus ille honoratus quattuor filiis*] *Honoratus* illud, etsi omnes Codd. asserunt, non est unius assis: scribe certissima coniectura: *Honoratis quattuor filiis.* Id enim felicitatis culmen Metello erat, quod quattuor filios haberet, omnes amplissimis honoribus auctos. Audi Plinium, Hist. Lib. 7. §. 45: *Q. Metellus quattuor filiis illatus rogo, uno Praetorio, tribus Consularibus, duobus triumphalibus, uno Censorio.* Valerius Max. 7, 1. 1. *Quattuor filios sustulit — omnes superstites et Honoratissimos.*

* Ibid. *At quinquaginta Priamus: e quibus septem et decem iusta uxore nati*] Nostri Codd. omnes *septemdecim.*

* Ibid. *Priamum autem tanta progenie orbatum*] Tolle *autem* cum MSS. nostris omnibus: ut et editis plerisque.

* Ibid. *Quasi vero ista vi quicquam tum potuerit ei melius accidere*] Omnes ubique Codd. habent *vel quicquam,* non *vi quicquam:* quod ex coniectura tantum reponebat Manutius aliique. Nimirum, quia ad anapaestum illum referebant:

Priamo vi vitam evitari,

quasi in vocabulo illo *vi* praecipua quaedam vis esset, et digna, quae a Cicerone repeteretur. Profecto languide potius frigideque exit *vi:* et fortius esset *gladio* vel *ferro,* vel aliquid eiusmodi. Quid multa? Bene se habet *vel:* mendumque in alia voce latet, una literula abstergendum. Lege enim: *Quasi vera isti: vel quicquam tum potuerit ei melius accidere.* Dixerat Cicero: *Nec tam flebiliter illa canerentur.* Haec redarguens iam respondet, *Quasi vera ista,* lamenta scilicet, non ficta et scenica sint: nec illa lamenta vera esse: nec rem ipsam lamentis dignam: quum nihil tum melius ei potuerit accidere.

* Ibid. *Quod si ante accidisset, tamen eventum omnino amisisset: hoc autem tempore sensum malorum amisit*] Nostri quoque Codd. *accidisset;* sed sine dubio reponendum, ut priscae habent editiones, *Quod si ante occidisset:* Priamus scilicet: ut paulo ante: *Hic si vivis filiis incolumi regno occidisset.* Et illud percipe: Si legis *accidisset,* hoc est *vis accidisset,* consequens esset, ut mox subintelligas: *vis amisisset, vis amisit:* quod ineptissimum. Sed *vis* illa per correctionem nostram plane evanuit. Mox illud *tamen eventum* nullo modo ferri potest. Quidam reponunt *tum:* ego propius, et (credo) verius *talem,* hoc est, *tam tristem eventum,* tam cruentam mortem. Postremo codd. nostri omnes, ordine venustiore, *Hoc autem tempore sensum amisit malorum.*

Cap. 35. *Non liberi* deleti: *non fortunae omnes a victoribus possessae.*] Cum ceterae omnes editiones habeant *defleti;* tu ex Manuscripto tuo reponis *deleti. Cnaeus enim,* inquis, *et Sextus Pompeius nonnisi post obitum patris sunt interfecti.* Nescio an quid velis recte intelligam. Quippe, opinor, eam ipsam ob rationem, non quadrat huc illud *deleti;* quod Pompeii liberi nonnisi post parentis caedem deleti sint. Cicero enim hic de iis *calamitatibus* loquitur, quas ipse *hausit* Pompeius. Sed interitus filiorum, nihil quicquam attingebat patrem, qui tum e vita excesserat, et malorum sensu carebat. Quid,

quod ne Ciceroni quidem, nedum Pompeio convenit, quam substituis, lectio. Sextus enim Pompeius, alter ex Pompeii liberis, Ciceroni ipsi superstes fuit, et res magnas gessit per annos bene multos. Qui ergo hic dicere potuit, *liberi deleti*? Quare nolim sollicitari lectionem vulgatam: *defleti* enim a Pompeio liberi, utpote iam omnibus praesidiis nudati, et ruinis patris sine dubio obruendi; quippe, ut Graeco versu dicitur,

Νήπιος, ὅς πατερα κτείνας παῖδας καταλείπει.

* Ibid. *Non fortunae omnes a victoribus possiderentur*] Sic et nostri omnes Codd. nec cum Manutio substituendum *possessae*.

* Cap. 36. *Opinor haec incommoda sunt carentis*] Concinnius Codd. nostri omnes: *Haec, opinor, incommoda sunt carentis*.

* Ibid. *Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum*] Codices nostri omnes *arguendum*. Vel legas: *hoc promendum — argumentum:* vel dicas, quid sit *premere argumentum*.

* Ibid. *Dicitur enim alio modo etiam carere*] Sic codd., sed is *alius* modus plane *idem* est, ac superior modus, *febri carere*. Quare pro *alio* repones *illo*.

* Ibid. *Carere enim in morte non dicitur; nec enim esset dolendum; dicitur illud, bono carere, quod est malum.*] Fateor me haec non intelligere. Codices nostri tollunt prius *enim*; in reliquis nihil mutant. Pro *carere in morte* Lambinus aliique, nescio unde, reposuerunt *carere malo*.

* Ibid. *regno carere*] Codd. nostri omnes, *regno te carere*. Recte: nam sequentia hoc postulant, *Dici autem in te satis subtiliter non potest*.

* Cap. 37. *Ad non dubiam mortem concurrerunt*] Sic et nostri Codd. Sed placet Fulvii Ursini liber, qui habebat *cucurrerunt*: quod vel sine codice reponendum foret.

* Cap. 38. *Propter brevitatem vitae nunquam longe potest abesse*] Codices nostri omnes, *nunquam potest longe abesse*.

* Ibid. *Non gloriae cupiditate, quam sensurus non sit*] Corrige, *non sis*: ut ostendunt sequentia: *quam gloria, etiamsi tu id non agas, consequatur*.

* Ibid. *Natura vero sic se habet*] Veteres nostri cum Victorii editione: *se sic habet*.

* Ibid. *Quam* (mortem) *qui leviorem faciunt, somni simillimam volunt esse*] Ita scripti editique. Sed primo pro *leviorem* repono *leniorem*: id somni comparatio postulat, qui *lenis, mollis, placidus appellatur*. Lucretius 3, 990. de morte: *Nonne omni somno securius exstat?* Denique, cur, sodes, leniorem? utique dictum oportuit aut *lenem* aut *lenissimam*. Ergo iterum repono, *Quam, quo leniorem faciant, somni simillimam volunt esse*.

* Ibid. *Endymion vero, si fabulas audire volumus, nescio quando*] MSS. omnes, *ut nescio quando*. Eleganter: *Endymion vero, ut nescio quando obdormivit, nondum, opinor, est experrectus*.

* Ibid. *Et dubitas, quin sensus in morte nullus sit, quum in eius simulacro videas esse nullum sensum*] Iterum his subvenit Fulvii Ursini codex, qui, reiecto illo *sensum*, sic sententiam claudit: *quum in eius simulacro videas esse nullum?*

* Cap. 39. *Nondum gustaverat, inquiunt, vitae suavitatem*] Omnes nostri Codd. *inquit*. Recte: vide notas nostras ad Horatium (*Serm.* I. 4. 79.)

* Ibid. *At id quidem ipsum in ceteris rebus melius putatur.*] Tolle illud *ipsum*, quod nulli ex nostris Codices agnoscunt.

* Ibid. *Nonne modo pueros*] Omnino poëtae cuiusdam verba sunt, et versus trochaici:

Modo pueros, modo adulescentis, in cursu a tergo insequens,
Nec opinantis adsecuta est —

* Ibid. *Sed quia ultra nihil habemus, hoc longum ducimus*] MSS. omnes: *dicimus*, recte, ut mox: *Pro rata parte a vita longa aut brevia dicuntur:* ubi cod. Britannicus: *parte vita.* Vel lege, *pro rata parte aut longa*, vel *ita longa.* Nam etsi alicubi *a vita* pro *ab hominibus* recte dicatur: hic tamen vel illud *ab hominibus* putidissimum esset; metuendum scilicet erat, ne *a bestiis* dici crederemus. Ceterum muta interpunctionem: *Ut cuique data sunt pro rata parte, ita longa* cet.

* Cap. 40. *Contemnamus igitur omnes ineptias: quod enim levius huic levitati nomen imponam?* Repone certissime *lenius*, hoc est *mollius, clementius.* Scilicet illa *levitas* acerbiore nomine digna erat, quam *ineptiarum.* At si *levius* legis, contrarium plane indicas: nempe nullum levius viliusve nomen inveniri posse, quam *ineptias.*

* Ibid. *Cogitationibus molestissimis effeminamur*] Sic quidem Codd., et eorum mancipium Gebhardus. Sed si *molestissimis*, quomodo, quaeso, *effeminamur?* sur non potius *cruciamur, torquemur?* Hic erat iudicio opus. Recte igitur editiones veteres *Mollissimis*: quod si ideo totum spernimus, quia de coniectura venit, non ex libro: quid frustra nunc opera abutimur, aut quid de nostris ipsorum coniecturis augurari possumus?

* Ibid. *Quodsi expectando et desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur: pro Di immortales, quam iter illud iucundum esse debet*] Scribe, negantibus licet Codicibus, *pendemus animi*: ut et alii et Cicero ipse passim loquuntur. Deinde repone ex nostris omnibus, *quam illud iter*, non, ut et Victorius dedit, *iter illud.*

Ibid. *Proh dii immortales!* quam iter *illud iucundum esse debet; quo confecto, nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura fit!*] Ita nunc et superiore saeculo editum est ex codicibus, ut aiunt, Manuscriptis. At editiones principes verbo auctiores sunt. *Quam optabiliter iter illud iucundum esse debet.* Unde, amabo, hoc prodiit? certe non a correctoribus: quia vel prima fronte absurditatem suam prodit. Ergo veri est similius, ut verbum tam aperte mendosum potius ab his eiiceretur et textu, quam ab illis textui insereretur. Videtur ab auctoris manu sic fuisse, *Quam optabile iter illud et iucundum esse debet.* Sic alibi iunxit duo illa *optabile* et *iucundum*, De Finibus I, 6. et Ep. Fam. V, 12. Ex *optabile iter* natum est illud *optabiliter.*

* *Vereque ei, qui venenum praebuerat, mortem est eam auguratus*] Sic editiones: atqui non Critias venenum Theramени *praebuit*, sed carnifex. Nostri omnes *praebiberat*: ut et plurimi apud Gebhardum. Unde facillima erat certissimaque emendatio, *cui venenum praebiberat*: quod quidem Critiae praebibit, quum dixit, *Propino hoc pulchro Critiae.* Glossarium Graeco-Latinum: *προπίνω, propino, probibo.* Corr. *praebibo.*

* Ibid. *Quis hanc animi maximi aequitatem in ipsa morte laudaret, si mortem malum iudicaret?*] Ego vero non laudo hic socordiam et *ἀβλεψίαν* Editorum: omnes enim nostri codd., et ipsorum quoque, ut credo, habent inverso ordine *Maximi animi aequitatem*: quod ipsum concinnius et numerosius est, quam illud alterum. Sed ex vero ordine nunc comperto praeclara insuper nascitur emendatio: nam *aequitas animi* et *maximi animi* plane diversa sunt et *δυύστατα.* Tu lege: *Quis hanc maximam animi aequitatem*: quod perinde est ac si dixisset, *Quis hanc maximam aequanimitatem*: sed a verbo illo, etsi Terentiano, Cicero abstinuit.

* Cap. 41. *Ut aut sensus omnino mors omnes auferat*] Lege

cum omnibus nostris Codd.: *ut aut sensus omnino omnes mors auferat*: quanto hoc numerosius et pulchrius!

Ibid. *Si mors ei somno similis est, qui placatissimam quietem affert: dii boni, quid lucri est emori? Aut quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur, cui similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis? Quis me beatior?*] Impedita sane oratio; adde quoque, scabrosa et aspera. *Cui nocti*, ait, *similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis.* Atqui illud non pro concesso sumendum erat, sed probatione indigebat. Illud deinde, quam ex abrupto, *Quis me beatior?* non agnosco Ciceronem ita temere et intempestive exclamantem. Lege vero, et distingue, me fideiussore: *Quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur? Cui si similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis, quis me beatior?* Illud *si* hic absorptum est a sequente syllaba, prorsus ut supra Cap. 25. An. *An animae sit ignisve, nescio.*

* Ibid. *Id multo iam beatius est, te, quum ab his, qui se iudicum numero haberi volunt, evaseris*] Et lectio et distinctio nos fallit. Codices nostri omnes non *te*, sed *tene*. Lege ergo, *id multo iam beatius est. Tene, quum ab his* cet.

Ibid. Et *haec quidem hoc modo: nihil autem melius* aestimo, *Sed tempus est, inquit, iam hinc abire me ut moriar; vos, ut vitam agatis. Utrum autem sit melius dii immortales sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem.*] Quid, malum, illud *aestimo*, aut quorsum? Neque enim ad praecedentia quicquam facit, neque ad sequentia. Lege vero ex duobus scriptis cum Manutio et Lambino: *Et haec quidem hoc modo: nihil autem melius extremo.* Nam verba, quae deinde Cicero Latine vertit, sunt extrema et novissima Apologiae Socraticae, *Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις· ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἔρχονται ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντί, πλὴν ἢ τῷ θεῷ.* Quid clarius hac lectione, quid elegantius? quod etiam sine codicis auctoritate satis se omnibus probaret non imperitis. Gebhardus tamen vulgatum amplectitur; cui id maxime studio fuisse videtur, ut nihil prorsus admitteret quod in Palatinis suis non invenisset.

* Ibid. *Convenireque eos, qui iuste et cum fide vixerint*] Cod. Gallicus cum aliis, *qui iuste cum fide vixerint*; Britannicus, *qui iuste ea fide vixerint.* Suspicor ab auctoris manu esse, *Qui iuste et pie vixerint.* Certe solenne est duo ista coniungi: et crescit sententia, *iuste* adversus homines, *pie* adversus deos.

* Ibid. *quum Aiacem, quum alius iudicio iniquorum circumventos convenirem*] Duo nostri, *iniquorum ventos*: unde prompta et facilis correctio est, *iudicio iniquo circumventos*: quod ipsius Socratis est, *διὰ κρίσιν ἄδικον*, non *ἀδίκων*.

Ibid. *Nec unquam res eius a diis immortalibus neglegentur*] Reposui *negleguntur*: etsi Codd. non astipulentur: nam Platonis est *ἀμελεῖται*, tempore praesenti: et sententia quoque concinnior est, *nunquam negleguntur*. Ceterum hoc Davisii nostri diligentiae debeo.

* Cap. 42. *Id scit ipse, utrum melius sit*] Nostri omnes, *utrum sit melius.*

Ibid. *Nam vitae miserae mors finis esse videtur: mors si est misera, finis esse nullus potest.*] Equidem verbis vix perlectis statim deprehendi corrigendum esse, *mortis*: id enim plane postulat antithetorum concinnitas. Postea intellexi Lambinum ex scripto codice sic dedisse: Gebhardum autem in suis omnibus reperisse. Quid hoc homine facias, qui ipsos illos codices, quibus alias tam serviliter adhaeret, deserere maluit, quam ut Lambinus quicquam recte facere videretur. Sed est praeterea, ni fallor, quod corrigendum restat; lego

enim: *Nam vitae miserae mors finis esse videtur: Mortis, si est miserum, finis esse nullus potest.* Vide, quae diximus ad I, 8.

Ibid. *Quid ille dux Leonidas dicit,* Pergite animo forti, *Lacedaemonii: hodie apud Inferos fortasse caenabimus.*] Male vero sit codicibus Manuscriptis, qui omnes in scelesta hac et contaminata lectione conspirant. Quo enim *pergerent?* quibus id unum propositum erat, locum occupatum tutari, et Persas illac transituros opperiri. Quid autem illud *pergite* ad caenationem? ubi antitheton? ubi acumen? Crucem sane fixit interpretibus haec lectio: quippe qui notissimum et vulgatissimum Graecorum apophthegma tam prave et perverse a Cicerone redditum vel suspicari nefas duxerunt. Tu quidem, quod sane nollem, librarios a culpa liberas, auctori ipsi crimen affingis; quasi ἀριστοποιεῖσθαι, quod nihil aliud quam *prandere* significat, ille errore plusquam puerili pro ἀριστεύειν sive *fortiter facere* accepisset. Bene vero, quod non primus, sed post Aldum Manutium, Ciceronis manes tam graviter violasti. Qui autem tam turpiter se dare potuit, qui se Graece luculenter scire toties profitetur, qui plures Graecos in omni literarum genere versatissimos domi alebat, cui semper a manu aderat Tiro libertus utriusque sermonis peritissimus? Quid? nemone eorum quibus recitabat, quibus mittebat scripta sua, non Brutus, non Atticus, mature admonere poterat? Verum esto: et ipse Graece indoctus id nesciverit, quod pueri in Scholis declamitantes tum sciebant; et amici dormitantes monere neglexerint. Quid? an non indoctum modo, sed et stolidum stupidumque fingemus? stolidus enim et plane plumbeus fuerit necesse est, qui Leonidae dictum aut sic verterit, aut sic versum collaudaverit; qui etiamsi in exemplari Graeco ἀριστεύετε male scriptum esse fingamus pro ἀριστᾶτε, non ipse per se vi ipsius sententiae erratum deprehenderit. Quidvis igitur tentemus potius, et notum Librariorum stuporem incusemus, quam ut ingenium omnis aevi praeclarissimum tam pudendi erroris insimuletur. [Et tu quidem iure merito bonos illos viros, qui *Prandete animo forti* substituunt, sibi suum habere permittis: hoc enim vel ipsa recepta lectione est ineptius. Vide autem, si nos forte aliquid magis scite excogitemus. Primum, de sententia abunde constat ex aliis auctoribus cum Graecis tum Latinis, quos ipse ad partes advocas: id solum negotii restat, ut eiusmodi verba sententiae adaptentur, quae ad vulgatam scripturam quam proxime accedant. *Quid ille dux Leonidas dicit? Pergite animo forti, Lacedaemonii: hodie apud inferos fortasse caenabimus.* Ubi illud *dicit* interpolatum videtur, et ex glossa profectum. Scribo igitur, *Quid ille dux Leonidas?* ut paullo ante, *In quos Simonides*: et ita passim. Deinde ex illis *Pergite aio forti* haec extundo, et totum locum sic concipio, *Prandete, ait, o fortes Lacedaemonii: hodie apud inferos fortasse caenabimus.* Sane illud *o fortes* in hortatione apprime convenit. Nosti illud Teucri apud Horatium,

O fortes, *peioraque passi*
Mecum saepe viri, nunc vino pellite curas.

Si qui autem sint, quibus non placet ut τὸ *dicit* invitis codicibus eiiciatur, iis aliud exhibemus hoc modo: *Quid ille dux Leonidas dicit? Prandeamus, o fortes Lacedaemonii*: quemadmodum ab Isidoro hoc dictum profertur Orig. XX, 2. *Veteres Prandium vocabant omnium militum cibum ante pugnam: unde est illud Ducis alloquium, Prandeamus, tanquam apud inferos caenaturi.* Neutrum ex his nimis longe aberrat a recepta lectione. Qui propius quid et veri similius comminiscatur, palmam per me auferat. Id modo fixum constitutumque sit, non Ciceronis hic culpam esse, sed Librariorum.]

* Quae uncinis inclusimus, ea omnia Bentleius in curis secundis,

cum hanc longiorem annotationem repeteret, abiecit, eorumque loco apposuit, quae sequuntur:

„Et tentabam equidem plura olim, ut sanae quid lectionis ex istis eruerem: sed laterem plane lavabam. Nunc nullus dubito, quin illa omnia, quae uncinis inclusa vides, a manu mala sint, et furcis expellenda: *Pari animo Lacedaemonii in Thermopylis occiderunt. [Quid ille dux Leonidas dicit? Pergite animo forti, Lacedaemonii: hodie apud inferos fortasse coenabimus. Fuit haec gens fortis, dum Lycurgi leges vigebant] e quibus unus — In umbra igitur, inquit, pugnabimus.* Illud enim primum observa: *E quibus unus* non posse cum prioribus illis connecti, *Fuit haec gens fortis*: dicendum enim erat: *E qua unus*, gente scilicet, non *e quibus*. Quorsum autem istud, *dum Lycurgi leges vigebant?* quasi illo, quo haec dicta sunt, tempore molles et fracti essent Lacones. At noster ipse contra testatur, ut mox c. 43: *Esto: fortes et duri Spartiatae*: magnam habet vim publica disciplina. Et lib. 2, 14: *Spartae vero pueri ad aram sic accipiuntur, ut multus e visceribus sanguis exeat: nonnunquam etiam, ut, quum ibi essem, audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit quidem.* Vides, opinor, non *fuisse* modo fortem gentem, sed *esse*. Porro hoc vide, quod mox subiicitur: *Viros*, inquit, *commemoro. Qualis tandem Lacaena?* Atqui si illa, *fuit haec gens*, a Cicerone ipso sunt, non viros modo, sed mulieres commemoraverat: *Gens* enim utrumque sexum notat. Postremo hoc certum videtur, *E quibus unus* cet. ad priora referri, ad *Lacedaemonios, qui in Thermopylis occiderunt.* Auctor enim istius dicti, *In umbra pugnabimus*, in Thermopylis pugnando occubuit: sive Leonidas fuerit, sive, ut Herodotus, Dieneces: uterque enim ibi cecidit. Quod si haec verba, *E quibus unus*, cum illis prioribus connectuntur, illa media sine dubio sunt spuria: et sane inficeta sunt, nec quicquam habent Ciceroniani coloris. Vide simile emblema supra cap. VIIII.

* Ibid. *In umbra, inquit, igitur pugnabimus*] Apage scabiem istam: et ex Codd. nostris et prioribus editionibus restitue, In umbra igitur, inquit, pugnabimus.

* Cap. 43. *Magnam habet vim rei publicae disciplina*] Civitatis disciplina quid sit, probe intelligo: *rei* vero *publicae* disciplinam nec legisse memini, nec dici posse arbitror. Enimvero ita reponendum est: *Magnam habet vim publica disciplina.* Sic infra c. 46. *Non possum dicere Lycurgum, Solonem legum et publicae disciplinae carere gloria.*

* Ibid. *Me hinc avolaturum, neque quicquam mei relicturum.*] Codd. scripti: *neque me quicquam relicturum*: unde reponendum erat, *neque mei quicquam relicturum.*

* Ibid. *Si me assequi potueris, aut sicubi nactus eris, ut tibi videbitur, sepelito*] Duo nostri veterrimi, *ut tibi videtur*. Recte, ut ipse Socrates apud Platonem, ὅπως ἄν σοι φίλον ᾖ. Porro et *poteris* legendum, ut mox *nactus eris*; non *potueris*.

* Ibid. *Durior Diogenes, et id quidem sentiens, sed, ut Cynicus, asperius*] Lambinus ex coniectura, *et idem quidem sentiens*. Sententiae vim percepit, in verbo lapsus est. Codd. nostri omnes, *et is quidem sentiens*: unde proclivis est emendatio *et is idem sentiens.*

Cap. 44. *Hectorem quadriiugo curru raptarier*] Primus hunc verborum ordinem induxit Gebhardus; cum et sui et aliorum codices habuerint,

Hectórem curru quadriiugo raptarier.

quod sine dubio a poetae manu est. Etsi enim utrumque, si ad *digitos* pedes exegeris, Iambici senarii mensuram implet; *aurium* tamen

iudicio posterius solum est admittendum: ut enim hoc suave et numerosum est, et iustam caesuram facit: ita illud contra scabrum est et impeditum et absonum.

*) Post *codices* adde: (*nostri certe omnes habent.*)

Ibid. *Mater, te appello, tu quae curam somno suspenso levas,*
Neque te mei miseret: surge et sepeli natum.

Et mox sequitur,

prius quam ferae volucresque.] Versus sunt Trochaici; et proinde sic ad numeros suos redigendi sunt, atque etiam connectendi:

Mater te appello, quae *curam somno* suspensam *) *levas,*
Neque te mei miseretur: *surge et sepeli natum* tuum, *prius*
Quam ferae volucresque —

Primo *tu*, quod versum onerat, et plane redundat eiiciendum est: neque sane habetur in editionibus Aldi et Lambini. Adde, quod *te quae* dicendum potius fuerit, quam *tu quae* **). Deinde lege *suspensam* ex Porphyrione Scholiasta vetere ad Horatii Serm. II, 3. qui sic versum hunc laudat. *Suspensam* autem intellige *dilatam, intermissam.* At illud *suspenso somno*, nihil aliud est, quam *sollicito et pavido;* unde sententia ipsa secum pugnat: neque enim eiusmodi somno *cura levari* potest. *Tuum* autem ex coniectura addidimus; quo versus suppletur, si veteri more μονοσυλλάβως efferatur: facile autem absorberi potuit a syllaba praecedente. Verum Acron alter Scholiastes ad dictum Horatii locum sic verba illa laudat, *Soror, o surge, et sepeli me.* Sane hic Polydori umbra alloquitur sororem suam Ilionam, ut plane constat cum ex Horatii illo loco, tum ex Cicerone in Academicis II, 27. *Sororem* itaque appellat, quia natura: *matrem*, quia et aetate multo grandior, et etiam parentis loco ipsum educarat. Quare nescio an totus locus ex Scholiastis illis sic refingendus sit:

Mater, te appello, quae curam somno suspensam levas:
Neque te mei miseretur, soror: O surge et sepeli me, prius
Quam ferae volucresque —

Haec Cicero immutare paullum poterat, suo arbitratu.

Ibid. *Heu reliquias semiassi regis, denudatis ossibus,*
Per terram sanie delibutas foede divexarier.

Non intelligo quid metuat; cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam.] Iterum hic vapulat Cicero, quod versiculos hos *septenarios* vocet; cum sint, ut volunt, Iambici Tetrametri sive Octonarii. Primus hanc dicam ei scripsit vir magnus Julius Scaliger, cuius verba sunt loco a te indicato: *Ciceronem quoque fugit ratio, cum in prima Quaestione Tusculana septenarios vocat.* Accessit postea Lambinus, qui Librariis, non Auctori, hoc imputat; et pro *septenarios*, ut Tullium demereatur, in ipso textu *octonarios* studet substituere. Inde et Gerhardus Vossius idem hoc Tullio intentat; et tibi denique libitum est agmen hoc cogere. Ego vero non Ciceronem, quod absit, verum ipsos illos rationem hic fugisse contendo, et, nisi multum animi fallar, plane

---

*) In notis ineditis scribitur *suspenso*. Sed sine dubio Bentleius, ut in prioribus Emendationibus legendum esse coniecerat, etiam hoc loco vel scripsit, vel scribere certe voluit. Solet enim alio literarum charactere ea vocabula exprimere, in quibus aliquid mutationis factum est. Atqui h. l. *suspenso* vulgata omnium librorum lectio est; et infra quoque Bentleius, hunc versum laudans, *suspensam* scribit. *Bardili.*

**) Sequitur in notis ineditis statim: *Tuum autem* etc. omissis verbis *Deinde lege — cura levari potest.*] [Ibidem etiam omittuntur verba: *Verum Acron alter Scholiastes* etc. usque ad finem annotationis. *Mr.*

evincam. Sed haec, quo clariora sint, sunt paullo altius repetenda. Sciendum est igitur, Iambicis cum Trochaicis magnam cognationem et similitudinem esse: quod semel iterumque attingit Hephaestion: res exemplo illustrabitur. Notissimi sunt Trochaici Enniani apud Gellium,

Hóc tibi fit | árgumentum | sémper in prom | tú situm,
Né quid expe|ctés amicos | quód tute agere | póssies.

Hi sunt quos fere Graeci Tetrametros vocant *catalecticos*, sive una syllaba deficientes, ut ipse hic vides; nam dactylus est in quarto loco; non ut in ceteris ditrochaeus. Iam si his *Trochaicis* unam syllabam praeposueris; habebis statim *Iambicos* Tetrametros acatalectos, hoc est, plenos, et integros: ut verbi gratia:

Et hóc tibi | fit árgumen|tum sémper in | promptú situm,
Ut néquid ex|pectés ami|cos quód tute age|re póssies.

Ergo ex posteriore genere hos, de quibus nunc agimus, versus esse autumabat Scaliger et qui eum secuti: ut certe quidem sunt, si receptam lectionem admittimus,

Heu réliquias | semássi re|gis dénuda|tis óssibus
Per térram sani|e délibu|tas foéde di|vexárier.

Verum in eo tota difficultas versatur, an recepta lectio sit admittenda. Equidem id pernego *), atque pluribus de caussis. Nam primo, si aliud quidquam in re literaria vere affirmare possum, id (quod hos summos viros fugit) praestare tibi ausim, numquam a Poetis Tragicis seu Graecis sive Latinis usurpatos esse Iambicos hos Tetrametros. Siquidem hoc metrum est Comoediae proprium, in Tragoedia nullum locum habet. Atqui hos versiculos, ubi Polydori umbra loquitur, ex Tragoedia quadam desumptos esse res ipsa indicat: neque mihi dubium est, quin ex Pacuvii *Iliona* sint petiti. Hoc, inquam, primum: quod, quia non aliter constare possit quam longa tot locorum enumeratione, non iam evincere studeo, sed mihi credi postulo. Id equidem ausim mea fide polliceri; quod dico verum reperturum, quisquis utriusque linguae Tragicos evolverit. Illud deinde considera, quod ex ipso Cicerone planissime apparet, haec quoque ab umbra Polydori dicta esse, in eadem ῥήσει qua priora illa,

Mater te appello, quae curam somno suspensam levas;

et idcirco, cum priora sint Trochaica, etiam haec ex artis lege Trochaica esse oportere. Reliquum est igitur, ut sequendo certa vestigia, quos quaerimus, numeros hinc eruamus. Atque illi quidem, ni fallor, sua sponte exorientur. Quorsum enim illud *Regis?* Certe Polydorus haec de se loquitur; is autem minime erat rex: Quod si fuisset; se tamen regem appellare, praesertim iam mortuum, cuius esset arrogantiae? **) Illud quoque scire aveo, *semiassi* quid sibi velit? Dicent, opinor, *semiustum* sive *semiustulatum*. Atqui neque funus factum est Polydoro, ut corpus fuerit semiustulandum: (proiiciebatur quippe volucribus et feris, nec rogi nec sepulchri iusta consecutus) neque vero *semiassus* ullo id modo significare potest. Ea enim vocabuli illius vis est, ut ad cibos et ad vescendum semper referatur. Non itaque Polydoro convenit illud *semiassus*; Terei potius aut Thyestae filiis, qui in convivio vel semiassi vel assi parentibus appone-

*) In notis ineditis, in quibus haec annotatio repetitur, post verba: *Equidem id pernego* omittuntur quatuordecim lineae sequentes, usque ad: *Illud deinde considera:* ubi pergit: *quum ex ipso Cicerone — appareat. Mr.*

**) In notis ineditis pro *arrogantiae* scribitur *insaniae. Mr.*

bantur. Quid? Iamne vides huius, quem volunt, Octonarii absurdissimam sententiam? Quid ille alter:

Per terram sanie delibutas foede divexarier?

Quid, malum, id lamentatur, quod *per terram* divexandus sit? an mallet *per aquam* a marinis belluis, aut *per aërem* a vulturibus dilacerari? Nihil vidi stultius: et profecto hoc etiam aliis suboluit. Aldus enim Manutius, Lambinus, Scriverius, Vossius, ut labanti, credo, sententiae aliquantulum consulerent, *delibutam* ediderunt *). Sed, praeterquam quod et Victorii codices, et Gebhardi, et tui *delibutas* summo consensu prae se ferant; quam illi lectionem inducunt, est ipsa per se aspernanda. Vcretur enim hic, ne cadaver suum *per terram* a canibus distrahatur. Quot, quaeso, agri iugera pueruli cadaver *sanie delibuere* potuit? Immo vero ipsum corpus, non terra; ipsae *reliquiae* sanie et tabo fluebant. Vides iam et hunc Octonarium nihilo meliorem esse, quam illum priorem. Experiamur igitur; an aliquid sanius elegantiusque exurgat; si, ut sane debent, ad Trochaicos redigantur **). Atque ecce, non longe petitos:

Neu reliquias | semiesas | denudatis | ossibus
Tetra sanie | delibutas | foede divex|arier.

Quid? nonne hos *bonos septenarios* iure optimo nominavit Tullius? Equidem *bonos* esse versus et vere a me restitutos praestare posse videor; an *septenarios* post videbimus. *Neu* manuscripti tui recte exhibent, non *heu*. Continuatur enim oratio; *Surge et sepeli me, neve sinas me inhumatum putrescere, neu a feris foede dilaniari.* Illud vero *heu* qui possit cum verbo infinitivo coniungi, nullus video. Porro pro corruptis illis *semiassi regis* cum metri tum sententiae ductu repono *semiesas:* a volucribus nempe et feris: quo quid aptius et convenientius fingi potest? Vides enim iam quam apposite addat *denudatis ossibus*. Nam quod ceteri poetae *semesas* potius dicunt,

---

*) Sequitur in notis ineditis: *Sed et Victorii codices et Gebhardi et nostri delibutas summo consensu prae se ferunt. Vides iam* etc. omissis interpositis quinque lineis. *Mr.*

**) In notis inedd. sequuntur haec: „Et olim quidem sic refingebam:

Neu reliquias | semiesas | denudatis | ossibus
Tetra sanie | delibutas | foede dive|xarier.

Quae ne nunc quidem poenitenda erat coniectura: nisi in vetustiores codices incidissem, quorum vestigiis certissimam emendationem indagavi. Omnes codices *Neu* habent, non *heu;* et sane continuantur illa priora: *Surge et sepeli natum — Priusquam ferae volucresque — Neu reliquias ab eis divexari sinas.* Porro pro horrendis illis, *semiassi regis,* recentior noster habet *semiassi corporis:* at duo veterrimi, *semeas sireis,* nullo sensu: unde posteriores librarii *semiassum,* si diis placet, *regem* nobis apposuerunt. Ego vero, multo melior et humanior coquus, sic versum condio et restituo:

Neu reliquias | sic meas siris | denudatis | ossibus
Tetra sanie | delibutas | foede dive|xarier.

Attende, sodes, ad literas: *semeas sireis* et *sic meas siris:* non enim coniectura est, sed virgula divina. Nosti apud veteres poetas *meas* monosyllabon: et *siris, sirint* passim haberi pro *siveris, siverint.* Ceterum in versu secundo pro illo *per terram sanie,* quod codices nostri compendiose sic exhibent *pt'ra,* litera *p* inferne decussata, quid tam proximum et veri simile, quam a poeta scriptum esse *tetra;*“ etc. Tum pergit ut in prius editis: *quod saniei epitheton longe aptissimum est. Mr.*

quam *semiesas*: id metri necessitate faciunt, quia *semiesas* quadrisyllabam in versu heroico aut pentametro stare non potest. Sic iidem dicunt *semanimis, semhominis*; at in Trochaico plene efferre licet, *semianimis, semihominis* πεντεσυλλάβως. Illud autem *Regis* quidam interpolavit, ne adiectivum *semiassi* solum sine substantivo incederet. Iam pro isto *terram* (*Per* enim compendiose scribebant una litera) quid tam proximum et veri simile, quam a poeta scriptum esse *tetra*; quod saniei epitheton longe aptissimum est. Lucretius, [5, 993. 2, 415.] *tetra ulcera, tetra cadavera*. Legere etiam possis, *putri sanie*, pro istis *per tram*; ut Statius loco huic gemino de cadaveribus proiectis, Theb. XII, 577.

Quantum etenim superesse *rear*? nuda ossa, putremque
Urere permittat saniem.

Ubi habes plane, *reliquias denudatis ossibus*, et *putri sanie delibutas*. Sed satis de *bonitate* versuum: iam de *mensura*, cur *septenarii* vocentur. Tenendum est igitur, duplicem olim fuisse rationem versuum metiendorum: qui proinde pro varia metiendi ratione varia nomina sortiti sunt. Qui Iambicos per binos pedes sive diiambos scandebant, ut fere Graeci, appellabant *Trimetros:* tres enim diiambos continent,

Amantium i|rae amoris in|tegratio est:

Contra qui per singulos pedes scandebant, *Senarios* vocabant, ut fere Latini; sex enim simplices Iambos recipiunt:

Aman|tium i|rae. amo|ris in tegra|tio est.

Eadem ratio est Trochaicorum: qui per ditrochaeos metiebantur, Tetrametros vocabant catalecticos: quippe tribus ditrochaeis constant, et quarto una syllaba minore,

Tetra sanie | delibutas | foede divex|arier:

rursus qui singulos Trochaeos numerabant, septenarios appellare poterant; sex enim Trochaeos (vel pro Latinorum more spondeos aut anapaestos) continent, et septimum dactylum:

Tetra | sanie | deli|butas | foede | divex|arier.

Ergo eodem iure, quo Iambicos Trimetros Latini Senarios vocabant, hi Trochaici Tetrametri syllaba deficientes a Cicerone sunt *Septenarii* appellati. Quemadmodum et Varro, narrante Diomede p. 514., quem versum alii Iambicum Tetrametrum Catalecticum vocant, quia quatuor diiambos una syllaba minus recipit,

Nam si remit|tent quippiam | Philumenam | dolores;

ille *Septenarium* vocabat; quia sex Iambi simplices cum septimo pede Bacchio versum conficiunt,

Nam si | remit|tent quip|piam Philu|menam | dolores.

Desinamus igitur porro reprehendere; quod duo tales, alter Romanorum omnium doctissimus, alter disertissimus, recte et rite se facere arbitrati sunt.

Ibid. *Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortem: cum* multi *inimicos etiam mortuos poeniantur.*] Non placet illud *multi*; frigidum enim est; quippe et contra, *multi* non saeviunt in mortuos, *multi* etiam inulti moriuntur. Nonius tamen, nisi editores mala fide hic agant, bis τὸ *multi* agnoscit; in *Punitur* et *Poeniuntur*. Equidem sic a Cicerone profectum existimo: *Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortem: cum stulti inimicos etiam mortuos poeniantur.* Res ipsa loquitur.

Ibid. — *Ipse summis saxis fixus asperis,*
Evisceratus, latere pendens, saxa spargens tabo
Sanie et sanguine atro.]

Iterum tu cum viro summo Gerhardo Vossio in errore versaris: cum ad Iambicos Octonarios Enniana haec studes redigere; quod genus carminis, ut iam dixi, nullum in Tragoedia locum habet. Turnebus

hinc Trochaicos Catalecticos efformat; probabilius sane: sed omnes aeque premit una difficultas; quod aut verba ipsa aut verborum ordo nimium quantum immutetur. Nos neque vocum serie, neque una literula variata sic reponimus:

Ipse summis | saxis fixus | asperis, e|visceratus,
Latere pendens, | saxa spargens | tabo, sanie et | sanguine atro.

Quo pacto erunt Trochaici octonarii, vel, ut Graeci appellant, Trochaici tetrametri acatalecti, sive pleni et integri. Atque hoc versuum genus saepe habes Catalecticis immixtum in Plauto et Terentio. Neque aliter Tragici factitabant, ut ex Ennii Medea colligere licet, apud Ciceronem Epist. Fam. VII, 6.

Quae Corinthum, al|tam arcem, habetis, | matronae opulen|tae, optimates.

Et mox:

Multi suam rem | bene gessere et | publicam patri|a procul:
Multi, qui do|mi aetatem agerent, | propterea sunt | improbati.

In quibus versibus refingendis viri praestantes, Muretus, Paullus Manutius, Janus Rutgersius, Gerhardus Vossius frustra olim laborarunt. Ceterunt recte haec a nobis constituta esse vel Nonius indicio est, qui in verbo *spargere* versum posteriorem integrum, ut solet, adducit,

Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie, et sanguine atro.

Porro et alibi haec Enniana laudantur a Cicerone, Orat. in Pisonem c. 19. ubi graviter errant editores, sic ibi priorem versum exhibentes:

Ut tu naufragio expulsus uspiam, saxis fixus asperis.

Quippe illa, *Ut tu naufragio expulsus uspiam*, Ciceronis verba sunt, non poetae; et ad Pisonem, non Atreum referenda.

* Ibid. *Non ipsa saxa magis sensu omni vacabunt, quam ille latere pendens*] Et nostri quidem codices *vacabunt:* sententia tamen flagitat, ut *vacabant* reponas, ut et edidit Victorius.

Ibid. *Quam essent dura, si sentiret! nullo sine sensu.*] Frigida sane exclamatio, neque ex genio Ciceronis. Codices tui praeferunt, *sentirent.* Editiones autem praeter tuam omnes, *sine sensu sunt.* Fatendum quidem plerosque codices non agnoscere illud *sunt*: sed facile absorberi potuit a syllaba praecedente. Quanto igitur concinnius et rotundius exibit, si sic legas ex coniectura: *Quae, ut essent dura, si sentirentur; nulla sine sensu sunt.* Equidem vix crediderim, aliter ab auctore profectum esse.

Ibid. *Neque sepulchrum, quo recipiatur* etc.] Iterum in errorem revolveris, et Iambicos Trochaicos captas, qui in Tragoedia nulli sunt. Recte ad Trochaicos iam olim redegerunt viri eruditi ex Manuscriptis.

Neque sepulchrum, quo recipiat, habeat portum corporis;
Ubi remissa humana vita corpus requiescat malis.

* ubi malim tamen *functus* pro *corpus*; et hoc verum.

* Cap. 45. *Condiunt Aegyptii mortuos, et eos domi servant.*] Nostri omnes: *et eos servant domi.*

Ibid. *In Hyrcania plebs* publicos *alit canes; optimates, domesticos.*] Mirum profecto, quod pro *publicos* verbo usitatissimo praestantiores codices praeferant *supplices.* Tu aliquid hic latere sagaciter odoraris, et suspicaris *sepulchrales.* Laudo conatum; sed antitheti quid esse oportet inter hos plebis canes, et illos optimatum *domesticos.* Nimirum auctor scripserat, *Publice alit canes:* inde librariorum hallucinatio. *Publice alere,* est publica cura atque impensa. Sic noster alibi in Verrinis, *Publice sumptui esse, publice redimere.* Pro Roscio Amerino c. XX. *Anseribus cibaria* publice *locantur, et canes* aluntur *in Capitolio.* Suetonius Aug. XII. *Tumulo publice exstructo:* et Vitell. X. *Epulo ubique publice praebito.* Ita alii saepe.

* Pro *praestantiores* l. *plerique.*

* Ibid. *Permulta alia colligit Chrysippus, ut est in omni historia curiosus*] Sic omnes editi, et item Codices nostri. Neque opus est, ut pro *historia* reponatur *memoria*. Ceterum illud vel per se elucet, *talia* reponendum esse pro *alia*, ut supra c. 29.

* Ibid. *Ut intellegant, nihil ad mortuos pertinere*] Repone ex codd. nostris omnibus: *nihil id ad mortuos pertinere*.

* Ibid. *Multa mihi ipsi ad mortem tempestiva fuerunt, quae utinam potuissem obire*] Quo sensu accipimus, *quae obire?* profecto nullo. Ergo unice probo emendationem tuam, *quam utinam potuissem obire*.

Ibid. *Nihil enim iam acquirebatur: cumulata erant officia vitae; cum fortunae bella restabant*] Ita ex duobus suis Gebhardus edidit; et sic unus ex tuis. Sed reponendum, ut et priores omnes editiones et plures Manuscripti exhibent, *Cum fortuna bella restabant*. Ita passim, *Bellum cum hoste acerrimo, bellum cum omnibus improbis*. Manilius fine libri primi:

Restabant *profugo servilia* milite bella.

Gebhardianum illud tam putidum et fatuum est, ut nihil magis.

* Sed et aliud est, quod medicina eget. Quid est enim: *Nihil iam acquirebatur —?* Cur non potius *tum*. Sed corrigo: *Nihil enim famae acquirebatur*. Sic noster alibi [ad Div. III. Epist. 7.] *Ut mihi nihil neque ad honorem neque ad famam acquirendum putarem. Famae* hic est casu dativo.

* Ibid. *Quamquam enim sensus abierit, tamen summis et propriis bonis et laudis et gloriae, quamvis non sentiant, mortui non carent.*] Multa in his pauculis prava et vitiosa sunt. Primo *et laudis et gloriae*, Codd. omnes reiiciunt prius *et*; quippe duplex *et* diversi sensus vocabula postulat, non, ut hic, synonyma. Deinde, pro *abierit* corrigendum *aberit*. *Abit* enim sensus a vivis, a mortuis *abest*. Illa quoque videntur esse κακοῦ κόμματος, *quamvis non sentiant*: hoc enim iam prius est dictum, et in eadem clausula: *Quamvis sensus aberit*. Denique illud *summis* occultiore quidem in mendo cubat, sed nihilo minus certo. *Summis*, inquit, *et propriis bonis*. Atqui non omnes boni viri, quum mortui sunt, *summis* laudibus celebrantur a vivis: nec crescit sententia, quum a *summis* bonis ad *propria* progreditur. Lege minima mutatione, *Suis et propriis bonis*. Ita lib. 5, 7: *Propriis enim et suis argumentis tractanda quaeque res est:* et frequenter haec duo noster coniunxit. Quare integer locus sic reponendus est: *Quamquam enim sensus aberit, tamen suis et propriis bonis laudis et gloriae mortui non carent*. Lambinus quoque, ut iam video, *suis* et *aberit* e coniectura dedit.

* Ibid. *Etsi enim nihil in se habet gloria, cur expetatur*] MSS. nostri omnes, tersius et concinnius: *Etsi enim nihil habet in se gloria:*

* Ibid. *Virtutem tanquam umbra sequitur. Verum multitudinis iudicium de bonis, si quando est, magis laudandum est, quam illi ob eam rem beati*] *Verum* hic pro coniunctione accipiunt vulgo. Atqui eo pacto nullum sensum habebunt ista, *si quando est*. Tu igitur pro adiectivo sume, *Verum iudicium multitudinis*, ut mox, *Non fama populari, sed vera hominum laude:* et Plinius maior 7, 41: *Si verum facere iudicium volumus, mortalium nemo est felix*. Atqui hoc pacto, si *quando est* perinde erit, ac, *si quando est verum*, quod admodum raro est. Paullo infra pro *accipiatur* codices nostri *accipietur*. Sed tota haec periocha in libris scriptis editisque misere iugulatur, sensus pervertitur, dictionis filum intersecatur, in media denique sententia caput novum inchoatur. Ego (praefiscine dixerim) sano et suo colori haec omnia restituo, non magna mutatione: *suis*, inquit, et *propriis*

bonis laudis et gloriae mortui non carent. Etsi enim nihil habet in se gloria, cur expetatur; tantum (codd. *tamen*) *virtutem tanquam umbra sequitur: et* (a Codd. abest) *verum multitudinis iudicium de bonis, si quando est, magis laudandum est, quam illi ob eam rem beati: non possum tamen* (Codd. *autem*) *dicere, quoquo modo hoc accipietur, Lycurgum, Solonem — carere gloria.*

* Cap. 46. *Secundis vero suis rebus volet etiam mori*] Non video, quid hic agat τὸ *etiam*. Vel lege, *volet Emori*, vel *volet iam mori*.

* Ibid. *Tres Olympionicas una ex domo prodire*] Codd. nostri, *Tris* Ol. *una e domo prodire*.

* Ibid. *Ne et nosmet ipsos amare videamur*] Recte animadvertis, *omnem nostri amorem, etiam natura insitum, hac lectione damnari*. Sed Codd. nostri nulli agnoscunt τὸ *et*, quo sublato tollitur id, quod te offendebat, *ne nosmet ipsi amare videamur*, hoc est, ne videamur φίλαυτοι; quod semper in vitio et vituperio est.

* Cap. 47. *An iam hanc artem plane relinquimus*] Codd. nostri concinnius, *An hanc iam artem*.

* Ibid. *Ita sacerdos advecta in fanum, quum currus esset ductus a filiis, precata a dea dicitur, ut illis praemium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a deo*] Pro *illis praemium*. Tu recte vidisti reponendum esse *illud praemii*: et sic plane Codd. nostri omnes. Sed hoc pacto desideratur, *cuinam* daret illud praemii. Deinde cur quaeso *ductus a filiis*, quum id iam multis verbis narraverat. Tolletur et scabrities haec et ταυτολογία, si abiecta litera *a* distinctionum notas mutaveris: *Ita sacerdos advecta in fanum. Quum currus esset ductus; filiis precata a dea dicitur ut illud praemî daret pro pietate, quod* cet. Nihil verius.

Cap. 48. *Qua est usus sententia in Cresphonte Euripides*] Quanto numerosius MSS. nostri omnes: *Qua est sententia in Cresphonte usus Euripides —!*

* Ibid. *Alcinous potitur, fatorum numine, leto.*] Ita MSS. nostri omnes cum Victorio et Lambino: *numine*, non *munere*. [Apud Ciceronem *Euthynous* legitur. *Bardili.*]

Ibid. *Alcidamas* quidam, *rhetor antiquus in primis nobilis scripsit etiam laudationem mortis*] Haec plane secum pugnant: nam si *in primis nobilis*, quid facit illud *quidam*: quod nusquam proprio nomini additur, nisi ubi agitur de obscuro et ignoto. Lege igitur, *Alcidamas quidem, rhetor antiquus in primis nobilis* etc.

Ibid. *Repetunt ab Erechtheo, cuius etiam filiae cupide mortem* expetiverunt *pro vita civium.*] Quid? an expetiverunt tantum? immo et potitae sunt: ut ex Historia notum. Lege ergo sine dubio, *Cupide mortem oppetiverunt*.

* Ibid. *Menoeceus vero non praetermittitur, qui oraculo edito largitus est patriae suae sanguinem*] MSS. nostri omnes repudiant illud *vero*: et duo veterrimi, *Quidem oraculo edito*. Unde repono: *Qui itidem oraculo edito*. Iam enim dixerat simile oraculum editum esse in Codri morte.

* Cap. 49. *Lacedaemonius Leonidas, Thebanus Epaminondas vigent*] Codices omnes nostri *viget*.

* Ibid. *Quibus videmus optabiles fuisse mortes cum gloria*] Sic quidem Lambinus, sed alii cum nostris Codd. *optabiles mortes fuisse*.

* Ibid. *Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu Faxit*] Sic codices etiam nostri. Sed quum *lacrimis* iam dixerat, inane est, quod addit *fletu*. Vix dubites, quin scripserit Ennius *Lessum*: quod,

ut ignotum, mutarunt librarii. Nec funera sive mulier praefica, *lessum* mihi faciat. Nosti illud Plauti [Truculent. 4, 2, 17.]

Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio.

AD LIBRUM SECUNDUM.

* Cap. 1. *Necesse quidem mihi esse arbitror*] Duo veteres nostri: *Necesse mihi quidem esse arbitror.*

Cap. 1. *Difficile est enim in philosophia pauca esse ei nota, cui non sint aut pleraque, aut omnia.*] Languet sane sententia: cui tu opitulari conaris ex vestigiis tuorum codicum. Sed ii recentissimi sunt, neque unius assis faciendi. Erigetur sententia, si sic legas: *Difficile est enim in philosophia vel pauca esse ei nota, cui non sint, aut pleraque, aut omnia.* Argute et vere: neque aliter potuit Cicero.

* In notis ineditis Bentleius ita scripsit: „Languet sane sententia, cui tu opitulari conaris ex codicibus, qui (ut credo) omnes reiiciunt τὸ *in.* Erigetur sententia, si sic legas: *Difficile est enim in philosophia vel pauca esse ei nota, cui non sint aut pleraque aut omnia.* Nisi forte illud *in philosophia* ut interpolatum dispungi placet."

* Ibid. *Sed in vita tamen occupata*] Nostri omnes MSS. *sed tamen in vita occupata:* ut Victorius et priores dederunt.

* Ibid. *Quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate aut aegritudine aut metu liberemur*] MSS. nostri omnes, *liberentur*, quod *si recipis*, tum addendum erit: *Quibus animi aliqua ex parte* cet. In MSS. *animi* compendio scribitur *āi*: ut facile a voce sequenti posset absorberi. *Liberemur* ideo minus placet, quod eo tempore nec *occupata* vita Ciceroni esset nec *militaris.*

* Ibid. *Quemque sperandi sibi, eundem et bene dicendi finem proponerent*] Nulli ex nostris agnoscunt τὸ *et*: neque sententiae quicquam confert.

* Ibid. *Magna habere possit auxilia reliquorum philosophorum disciplinis*] Sic codd. quidem: sed dura et inusitata phrasis est, et idcirco reponunt viri docti, Turnebus et Lambinus, *auxilia a reliquorum*, alii *e reliquorum.* Vix dubito, quin ab auctore sit *disciplinas.* Ceterae enim (praeter Scepticos) philosophorum sectae, quae de omnibus rebus decreta et dogmata tradebant, non ex parte aliqua, sed ex toto contradicebant Academicis, qui docebant nihil in re quacunque percipi omnino posse.

Cap. 2. *Atque* Oratorum *quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum* etc.] Ferri quidem hoc potest: sed venustius erit, si reponas, *Atque oratoria quidem laus.* Sic supra I, 3. *Quare si aliquid* Oratoriae laudi *nostra attulimus industria.* Sic alibi, *laus imperatoria*; ut ibi notavimus.

* Ibid. *Philosophia* [ergo] *nascatur*] Ex codd. recentioribus alii *ergo* interpolant, alii *autem:* sed veterrimi nostri cum pluribus aliorum neutrum agnoscunt. Corrigo et distinguo, ex sententiae ipsius indole: *Atque oratoria quidem laus venit ad summum: Philosophia nascitur, Latinis quidem literis, ex his temporibus.*

* Ibid. *Quod veri simile occurrerit*] Omnes nostri *occurrit.*

Cap. 3. *Quamobrem, quoniam, quemadmodum dicunt, ipsi non laborant; cur legendi sint, nisi ipsi inter se qui idem sentiunt, non intelligo.*] Vitiosa et soloeca oratio; ut et tu recte subodoratus es. Dicendum enim fuerit: *Cur legendi sint, nisi inter suos, qui idem sentiunt*, ut supra I, 2. *Itaque suos libros ipsi legunt cum suis*, et hic infra: *Epicurum non fere praeter suos quisquam in manus sumit.* At Ms. tuus pro *nisi* exhibet *legant*: unde tu sic locum constituis: *Cur legendi sint (legant ipsi inter se, qui idem sentiunt) non intelligo.*

Atque hoc quidem pacto soloecismus recte sanatur; sed oratio durior fit et coactior, neque Ciceronis indolem sapit. Quamobrem ex tuo codice mutuabimur τὸ *legant*, ex ceteris τὸ *nisi*, et sic demum rescribemus: *Cur legendi sint*, nisi legant *ipsi inter se qui idem sentiunt, non intelligo*. Atque haec unica et vera lectio.

* In notis ineditis verba huius annotationis: *At MS. tuus* usque ad lineam ultimam omittuntur: haec vero ita scripta est: *Atque haec, ut credo, est vera lectio*.

* Ibid. *Id commendari omnium eruditorum lectioni debere*] Nostri omnes et fere aliorum, *decere*. Et mox, *Si id minus consequi possumus*: et iterum, *Quid in quaque re*, non *una quaque*.

* Ibid. *Ad quam nos consuetudinem a familiaribus nostris adducti, in Tusculano, quod datum temporis est nobis, in eo consumpsimus*] Sic codd. omnes: sed sensu nullo. Lege certissime *in ea*, consuetudine scilicet.

* Cap. 4. *Etsi enim mihi conscius sum*] Per quaterve hic editores ordinem inverterunt. Locus ex nostris omnibus sic constituendus est: *Etsi enim mihi sum conscius, nunquam me nimis vitae cupidum fuisse; tamen interdum obiiciebatur animo metus* cet.

* Ibid. *Sic philosophus in ratione vitae peccans*] Concinnius habent nostri omnes: *in vitae ratione*.

* Cap. 5. *Nonne verendum igitur*] Nostri omnes: *Nonne verendum est igitur*.

Ibid. *Quod enim est maius argumentum nihil prodesse, quam quosdam* perfectos *philosophos turpiter vivere.*] Gebhardus ex uno codice laudat *Professos*: quam lectionem *verissimam omnino* esse pronuntiat. Verum ille perperam quidem omnino. Primum, ipsa dictio est vitiosa. Nam sic utique dixisset Cicero, *Professos se philosophos*, vel *Professos philosophiam*. Deinde, et sententia vacillat. Quod, ait, maius argumentum, quam *professus philosophos* turpiter vivere? Quaeris maius argumentum? hoc ipsum maius erit, si etiam *perfecti philosophi* turpiter vivant. Multi enim stolidi et indocti, nebulones et scurrae, profitentur se Philosophos, quorum vita turpissima Philosophiam ipsam haud ita multum dehonestat: at si consummati et primarii Philosophi vivunt turpiter, ea demum ipsius Philosophiae est infamia. Recte ergo retinebimus hic *perfectos philosophos*. Noster II. de Divinatione prope a fine. *Nisi somniorum patrocinium philosophi suscepissent: nec ii quidem contemtissimi, sed in primis acuti, et consequentia et repugnantia videntes; qui prope iam absoluti et perfecti putantur*. Vides iam, opinor, quid auctor hic velit. Nam ut his *perfectis* philosophis superstitionem obiicit, ita illis vitam turpem et flagitiosam.

Ibid. *Nam ut agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur; falsumque illud ac improbe*

Etsi in segetem sunt deteriorem datae
Fruges, tamen ipsae suapte natura enitent:

Sic animi non omnes culti fructum ferunt.] Recte quidem tueris Mureti emendationem; quam si qui sunt qui, ut ais, pro ridicula *) habeant, nae ipsi risum merentur. *Falsumque illud Accii*:

Probae etsi in segetem sunt deteriorem datae
Fruges, tamen ipsae suapte natura enitent.

At Ennii est, dicent, non Accii. Unde vero hoc iis compertum?

---

*) *Reiiculam* dicit Dav., non *ridiculam* haberi eam Mureti emendationem.

Nam certe ex Euripidis Hecuba profert Hieronymus Columna, adeo non similia his, ut potius sint contraria. Sed ut concedamus esse Ennii; mendum tamen hic subesse in vulgata lectione, nisi plane desipiunt, fatebuntur. Quid enim? Omnesne *fruges*, etiam malae, vietae, vitiosae, *suapte natura enitent?* Hoc non modo *falso ac improbe*, sed adeo stulte stolideque dictum foret, ut a nemine umquam dictum esse tuto pronunciemus. Necessarium ergo est Epitheton, quod frugum bonitatem indicet; *Lectae, probae fruges etiam in malo solo enitebunt.* Hoc quidem dici poterit, ferme ut illud Graecorum

— καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται,

etsi utrumque *falso ac improbe*: quippe constat etiam optima ingenia recto cultu destituta, et malis convictoribus exposita corrumpi et inquinari. Qui itaque hoc Accii esse Mureto coniicienti fidem non habebunt, ii sic locum constituere possint: *falsumque illud ac improbum, Probae etsi in segetem* etc. ut illud *probae* absorptum sit a verbo praecedente, quod saepissime usu venire sciunt omnes. Unum tantummodo addam, praeter sententiae labem etiam metrum hic vacillare, nisi epitheton huc arcessas. Quocumque enim modo vulgatae lectionis verba invertas; etsi digitis satisfaciant numeri, auribus tamen offensam creant; cum accentus immodulate incidat in postremam syllabam *rοῦ segetem.*

* Cap. 6. *Primum igitur de imbecillitate multorum, et de variis disciplinis philosophorum loquar*] Quid hoc est? An loquetur de variis disciplinis sive sectis philosophorum? minime vero: et vide, quantam sententiae labem una litera attulerit! Repone: *multorum et e* variis disciplinis philosophorum. Ubi ordo est, *multorum philosophorum et e variis disciplinis.*

* Ibid. *Ne dolorem summum malum diceres*] Omnes nostri codices, *ne s e dolorem.* Nempe librarii in codicibus suis invenerunt, *ne sc.* hoc est, *ne scilicet dolorem*: quae vera lectio est.

* Ibid. *Ergo id, quod natura ipsa et quaedam generosa virtus statim respuit, ne scilicet dolorem summum malum diceres; oppositoque dedecore sententia depellerere, in e o magistra vitae philosophia tot secula permanet!*] Occultissimum profecto hic mendum latet: quod tamen, quum primum in lucem protrahatur, statim agnosces. Primo vides *ἀνακόλουθον*: *Ergo id*; quippe nullum est verbum, quo referatur. Sed hoc fortasse condonabis: non enim desunt exempla. Sed, si dictionem defendis, sententiam saltem improbabis. Quale enim est, *In e o* (dogmate scilicet, summum malum esse dolorem) *philosophia permanet!* Hoccine verum? Ubi ergo illi, qui malum quidem esse dolorem, sed non summum? Ubi Stoici, qui ne malum quidem esse fatebantur? Quid multis opus? Dele illud *eo* et repone: *Ergo id* (tam turpe et inhonestum dogma) *in magistra vitae philosophia tot secula permanet!* Iure indignatur, non quod in eo dogmate tota philosophia permaneat: (id enim falsum) sed quod dogma illud in ulla philosophiae secta tam diu permaneat. Et fortasse, mendo iam detecto, erit, qui pro *eo* reponet, *eâ magistrâ*: sed tu si sapis, aspernare.

* Ibid. *Qui dolorem summum malum esse sibi persuaserit*] Nostri Codd. *malum sibi esse persuaserit*; et mox, *ut omnino esse possit beatus*, pro vulgato *possit esse*: et iterum, *Metrodorus perfecte eum beatum putat*, pro recepto, *eum perfecte putat beatum.* Omnia numerosius et melius.

* Cap. 7. *Quam suave est hoc! quam hoc non curo!*] Nostri omnes melius: *Quam suave est, quam hoc non curo!*

Ibid. *At id quidem illi ipsi, qui dolorem malum esse negant, non solent dicere, cuiquam suave esse cruciari*: *asperum, difficile, odiosum,*

contra naturam dicunt, nec tamen malum. Hic, qui solum *hoc malum dicit* et *malorum omnium extremum, sapientem censet id suave dicturum*] Silent interpretes, neque codices variant. Vitiosa tamen oratio est; vide enim ista: *Solum hoc malum dicit et malorum omnium extremum.* Si prius *solum*, quomodo deinde *extremum omnium?* Haec inter se pugnant. Verum quidem est Epicurum censuisse, nunc *dolorem solum malum esse,* nunc *malorum omnium extremum*: et hoc ipse Cicero non semel refert; sed alio plane more, quam hic habemus: ut Tuscul. V, 10. *Ut is, qui* vel *summum* vel *solum malum dolorem esse dicat.* [Quod ad exemplum sic refingi poterit hic locus, *Hic qui aut solum hoc malum dicit, aut malorum omnium extremum.* Sed neque sic Ciceronem sapit oratio: decrescit enim sententia. Dixisset utique inverso ordine: *Qui aut malorum hoc omnium extremum, aut solum malum esse dicit.* Quare alia adhibenda medicina est, et ea quidem certissima. Lego enim, *Hic qui non solum hoc malum dicit, sed malorum omnium extremum, sapientem censet id suave dicturum. Solum* vero hic adverbium est, ut *modo, tantum;* quod fefellit Librarios. Stoici, inquit, *dolorem* malum esse negant; *cruciari* tamen asperum dicunt et odiosum: Epicurus vero *dolorem* non modo malum dicit, sed malorum omnium extremum, *cruciari* tamen suave dicturum sapientem. Liquida iam, credo, et aperta sententia est. Sic Noster fere alibi, ut Tuscul. V, 9. *Qui cum dolorem* non modo *maximum malum,* sed *solum malum etiam dixerit.* Et V, 36. *Cum constituerit* non modo *summum malum esse dolorem,* sed *etiam solum.* De Finibus II, 23. *Atque haec contra Aristippum, qui eam voluptatem* non modo *summam,* sed *solam etiam ducit.* Libro vero primo de Finibus cap. 11. geminus plane huic locus est: *Illud enim ipsum, cum omni dolore carel,* non modo voluptatem esse, verum etiam summam *voluptatem.* Ita prorsus hoc loco dicit, *non solum malum esse, sed malorum extremum.* Neque enim quicquam hic ad argumentum facit, *solumne* malum sit dolor, modo sit *extremum.* Ceterum illud insuper notandum, ne imperitiores fortasse deterreat, quod in locis iam citatis *non modo* dixerit, in nostra vero emendatione *non solum.*] Nam in illis quidem locis *non solum* plane absonum fuerit, quia ibi *solum* iteretur: quis enim dixerit, *non* solum *summum malum dolorem esse, sed etiam* solum? Atqui alibi, ubi nihil tale prohibet, *non solum — sed, non solum — sed etiam,* passim apud nostum occurrere quivis reperiet. Iam id quod continuo sequitur.

* In curis secundis delere iubemur ultra dimidium huius annotationis, omnia nimirum, quae uncinis inclusimus. Atqui sublatis iis, quae deleri vult Bentleius, sua annotationi neque sententia neque ratio constat. Itaque hic etiam locus inter eos referendus esse videtur, de quibus Gaisfordii admonitio exstat in fine Praefationis. *Bardili.*

Ibid. *Ego a te non postulo, ut dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus* voluptatem, *homo ut scis voluptarius*] Aut fallor, aut hoc malam interpolatoris manum perpessum est. Nam Epicurus *voluptatem* dictitat, *summum et solum bonum* esse: quis autem *dolorem* his verbis afficiat? aut quid mirum, si id a nemine postulet? Dixerit sane Epicurus in Phalaridis tauro, Quam *suave* est hoc, quam hoc non curo? tamen hoc multum abest ab illis verbis, quibus voluptatem afficit, quam *omnium bonorum finem* esse ducit. Dele igitur spurium illud *voluptatem,* et lege: *Ego a te non postulo, ut dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus, homo ut scis voluptarius.*

* Ibid. *Nihil igitur hunc virum sagittae, quas ab Hercule acceperat, tum consolabantur*] Sic scripti et editi: sed repono *consolantur;* ut mox, *cum cient cruciatus,* et, *itaque exclamat.*

* Ibid. *Heu quis salsis fluctibus mandet*] Veteres nostri *qui* pro *quis.* Repono: *Ecqui salsis* cet.

* Cap. 8. *Sed videamus Herculem ipsum, qui tum dolore frangebatur, quum immortalitatem, ipsa morte, quaerebat.*] Obstat sibi et sententiae suae Cicero, quum *ipsa morte* dicit. Ipsa enim graviorem in morte dolorem esse indicat: quem potius elevari oportuit. Lege certissime: *quum immortalitatem ipsam morte quaerebat.*

Ibid. *Quae corpore exanclato atque animo pertuli.*] Lege ex melioribus codicibus (nostris certe omnibus) *exanclata*: vulgata lectio nullum sensum habet. Neque enim *corpus exanclatum* dici potest exhaustum: neque si posset, sententiae conveniret. Non enim exhausto et effaeto corpore, sed valido et integro labores tulit Hercules.

* Mox quod sequitur: *Nec mihi Junonis terror implacabilis*, vix intelligo *terrorem* illum *implacabilem*. Coniiciebam *Fervor*: nam, ut Noster de Oratore, [1, 51.] *Iracundia est fervor quidam mentis.*

Ibid. *Quantum una vecors* Oenei partu *edita*] Erudite conaris defendere *partum Oenei* ex Graecis: Broukhusius contra vir elegantissimus ex *Latinis*, ad Propertium p. 385. sed neuter vestrum unicum exemplum ex Latino quoquam scriptore adducit, ubi *partus* de masculo dicitur. Neque sane mirum: nam et hic ipse locus mendosus est, sic levi manu sanandus:

Quantum una vecors Oeneo patre *edita.*

Emendatio se ipsa probat, neque exemplis opus est.

Ibid. *Hos non hostilis dextra, non —*
Centaurus ictus corpori infixit *meo.*]

Certissima emendatio est Lambini, quae et Gebhardi codice postea confirmata est, *inflixit*: sed noluit hic quicquam in textum recipere, quod in laudem illius cederet. Certe *infigere ictus* nemo dixerit: at *infligere ictus* rectissime, ut alibi Cicero, *Infligere vulnus, infligere plagam.*

Ibid. *Sed feminea* vi, feminea *interimor manu.*] Codex tuus, ut et aliorum aliquot *vis* habent; quae vera lectio est: haec enim a superioribus pendent, et sic debent constitui:

Hos non hostilis dextra, non terra edita
Moles gigantum, non biformato impetu
Centaurus ictus corpori inflixit meo;
Non saeva terris gens relegata ultimis,
Sed feminea vis: feminae interimor manu.

Hoc est, *Feminea vis inflixit hos ictus*: deinde lege *feminae* pro *feminea*, duarum literarum ordine mutato. Certe hoc pacto et numerosior est versus, et sententia erectior. Nam post *feminea vis*, interpunctione posita, recipit spiritum; et deinde cum indignatione iterat, *feminae interimor manu.* Haec sunt δεινότητος vere poeticae: at in vulgata lectione omnia languida et inertia.

* Huius annotationis loco in curis secundis haec est: Codices nostri omnes *vir* habent, non *vi*. Unde legendum certissime, *sed feminae vir, feminae interimor manu.*

Ibid. *Nec me occidentem matris superet caritas*] Lege *ne*, ut omnes nostrae membranae.

* Ibid. *Heu virginalem me ore ploratum edere*] Sic nostri MSS. omnes. Viri docti reposuerunt, *virginali more.* Rectissime; sed tum aliud manebat corrigendum. Tu sic rectissime:

Men' virginali more ploratum edere,
Quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo?

* Ibid. — — — — *miserandum aspice*
Evisceratum corpus lacerati patris]

Membranae nostrae omnes *laceratum* habent. Tu repone:

Eviscerati corpus laceratum patris.

Ita lib. 1. 44. *evisceratus* est ipse Atreus, non Atrei corpus:

Ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus.

Adde, quod ipse ordo est hoc pacto ποιητικώτερος.

Ibid. *Haec dextra Lernam* tetram, *mactata excetra Placavit.*] Cur, obsecro, *Lernam tetram?* quippe lacus erat amoenissimus, nisi cum ab Hydra infestaretur; scis illud Senecae,

Ubi Lerna puro gelida perlucet vado:

Lege ergo hic,

Haec dextra Lernam, tetra *mactata excetra.*

Mirabar equidem tam conspicuum mendum tot interpretum acumen potuisse effugere. Postea comperi Lambinum id vidisse: sed bonus Gebhardus sprevit, et silentio transiit.

* Initium huius annotationis in curis secundis hoc est: „Cur *Lerna,* quae placata erat, *tetra? Excetra* vero monstrorum omnium teterrima, sine epitheto abit? Tu lege" etc.

* Ibid. *Haec a Tartarea tenebrica abstractum plaga*] Melius nostri omnes: *Haec e Tartarea.*

* Ibid. *Draconem auriferam obtutu observantem arborem*] Omnes nostri *adservantem.*

* Cap. 9. *Unde ignis lucet mortalibus clam divisus; eum doctus Prometheus clepsisse dolo, poenasque Jovi fato expendisse supremo*] Post Scaligerum et alios sic olim hos Anapaestos refingere tentabam, cuius emendationis nondum me poenitet:

Unde ignis cluet immortalibu'
Clam divis nimi' doctus Prometheus
Clepsisse dolo poenasque Jovi
Furti expendisse supremo.

Membranae nostrae non recedunt a vulgata lectione: nisi quod codex Britannicus *Facto* habeat pro *Fato.*

* Ibid. *Affixus ad Caucasum haec dicit*] Nostri omnes: *dicit haec.*

* Ibid. — — *Mulcibri adscivit manus*] Nostri omnes: *Mulcebri.*

* Ibid. *Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens*
Perrupit artus — — — —]

Ita nostrae membranae, nec quidquam mutandum.

* Ibid. *Tum rursus tetros avida se ad pastus refert:*
Sic hunc custodem maesti cruciatus alo,
Qui me perenni vivum foedat miseria.

Pro rursus Codd. nostri *rursum*: in reliquis nihil iuvant. Atqui quum *volucrem illam diram* semper hic feminino genere vocitet, *farta et satiata adfatim, avida se ad pastus refert,* omnino necesse est, ut hic corrigamus sic, *Hanc custodem — Quae me* perenni.

* Ibid. *Luctifica clades nostro infixa est corpori;*
Ex quo liquatae — — — —]

Tollunt omne ambiguum duo nostri veterrimi, qui habent *E quo.* Non igitur *Ex quo* sc. tempore, sed *e quo,* corpore.

* Cap. 10. *Philo noster et proprium numerum et lecta poemata et loco adiungebat*] Haec interpolata sunt: nam nostri omnes et fere aliorum codices habent: *Philo et proprium noster et lecta* cet. Corrigo: *Philo noster et lecta p.* Nam illud *et proprium* ab indocto librario est, qui, quum vidit inter lineas scriptum *no proprium* supra verbum *Philo,* pro sapientia sua textui inseruit. Vel fortasse malit quis: *Philo et proprio more et lecta* cet.

* Ibid. *Studiose utor nostris poëtis: sed, sicubi illi defecerunt: verti enim ipse multa de Graecis*] MSS. nostri non agnoscunt τὸ *ipse.* Sed vulgata interpunctio mirifica sane est. Quid? annon utebatur latinis poëtis, nisi ubi illi defecerunt? Hominem sane suavem! Tu distingue: *Studiose utor nostris poetis: sed, sicubi illi defecerunt, verti ipse multa de Graecis.* Et ita Editiones veteres.

* Ibid. *Quum mores optimos et optimum Rei publicae statum exquireret*] Membranae nostrae omnes: *Quum optimos mores.*

Cap. 11. *Ad ineptias redis: illud* enim, *quod me angebat, non eximis*] Verissime codex tuus, *Illud autem, quod me angebat.* Nam τὸ *enim* hic locum non habet. Non enim, quia non eximebat, *ideo* ad ineptias redibat.

Cap. 12. *Patieturne* (prudentia) *te quidquam facere nihil proficientem, et laborantem?*] Inepta sane oratio, ut nihil supra. Omnino dicendum erat, mutato ordine, *Patieturne te quidquam facere, laborantem, et nihil proficientem.* Hoc quidem ferri posset, ut illud Tusc. I, 5.

— quod Sisyphu' versat
Saxum sudans *nitendo, neque* proficit hilum.

Verum, cum omnia exemplaria hunc verborum ordinem servent, pro certo habeo vocabulum excidisse, et reponendum, *Nihil proficientem et frustra laborantem.* Quod et iam video Lambinum occupavisse; sed eius coniecturae ne mentionem quidem facere dignatus est Gebhardus. Quod ne et nobis eveniat, uno et altero exemplo coniecturam firmabimus. Sic igitur Noster de eadem re loquens Tusc. II, 23. *Cum vero gemitus nihil imminuat dolores, cur* frustra *turpes esse volumus?* Et III, 28. *Quid est autem, quod plus valeat ad ponendum dolorem, quam cum est intellectum* nihil profici, et frustra *esse susceptum?* et ibidem, 33. *Summam esse stultitiam* frustra *confici dolore, cum intelligas* nihil posse profici.

Ibid. *Aut mittenda igitur fortitudo est, aut* sepeliendus *dolor.*] Dura, me iudice, metaphora, neque Ciceroniani coloris; et, quod peius est, sententiae repugnans. Alibi quidem hanc vocem figurate usurpavit Noster De Lege Manil. [XI. 30.] *Quod* bellum *expeditione Pompeii attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac* sepultum. Et Lucretius II, 570.

Nec superare queunt motus utique exitiales
Perpetuo, neque in aeternum sepelire salutem.

Ergo hac tralatione *sepeliendus dolor* perinde erit, atque auferendus, extinguendus, de vita humana et rerum natura tollendus. Atqui hoc non conatur Cicero: dementis enim fuerit et stolidi. Quaerenda igitur medicina: et recta ratio et oratio antiquior nobis esse debet auctoritate Librariorum. Et quidem, si ad literarum ductus spectemus, proxime accedit *repellendus* vel *depellendus dolor:* quod saepe apud Nostrum est, ut De Finibus IV, 8. V, 7. I, 10. *Omnis voluptas assumenda est, omnis dolor depellendus.* Sed quantum ad scripturam appropinquat, tantum a sententia discedit. Non enim *depellendus,* defugiendus, devitandus est dolor viro forti, sed saepe (ut supra ait c. 5.) ultro appetendus, subeundus, excipiendus. Quid igitur? ecce tibi aliam correctionem, quam veram praestare ausim. *Aut mittenda igitur fortitudo est, aut despiciendus dolor.* Nempe hic de fortitudine repetit, quod antea de omni virtute dixerat, hoc ipso capite, *Aut enim nulla virtus est, aut* contemnendus *omnis dolor.* Quod ibi *contemnendus* dixit, hic ob varietatem et copiam *despiciendus* dicit. Tuscul. II, 25. *Propone tibi amplitudinem animi, quae maxime eminet* contemnendis et despiciendis doloribus.

Cap. 13. *Sed ille certe* (Philoctetes) *non fortis, qui iacet in lecto humido, qui*

Eiulatu, questu, gemitu, fremitibus,
Resonando multum, *flebiles voces refert.*]

Pluribus, opinor, mendis inquinatur hic locus. Vulgo haec verba ad Philoctetam referunt; quam ridicule et absurde vel uno argumento videas. Quid enim? an Philoctetes *resonat eiulatu?* ille certe eiulatum edit; *resonat* locus, ubi Echo eiulanti responsat. In libro De

Finibus II, 29. sic versus hi exhibentur: *Quamobrem turpe putandum est, non dico dolere, sed saxum illud Lemnium clamore Philocteteo funestare,*

Quod eiulatu, questu, gemitu, fremitibus
Resonando, mutum *flebiles voces refert.*

Sic ibi dedit Victorius; sic Norvicensis tuus optimus habet, sic quattuor Gruteri codices, et, ut ille testatur, veteres editiones omnes. Et profecto illud *Mutum* quantivis pretii est. *Mutum,* inquit, *saxum refert flebiles voces;* quia Philoctetae eiulatibus resonat. Hoc pulchrum est, et poeta dignum; hic antitheton eleganter adhibetur. Quod si *mutum,* ut sane est, pro vera lectione est amplectendum, sequitur, ut pro *Qui* legendum sit *Quod,* ut vel hoc loco Petrensis tuus praefert. Ergo *lecto,* si vera ea lectio est, erit neutro genere a *Lectum,* ut Graecis *Λέκτρον*; sic Digest. XXXIV, 2, 19. *Lectum plane argenteum argenti appellatione non continetur.* Quamobrem totus locus sic constituendus est:

Sed ille certe non fortis, qui
iacet in lecto humido
Quod eiulatu, questu, gemitu, fremitibus
Resonando, mutum flebiles voces refert.

Nam illud *lecto humido* non Ciceronis esse, sed Poetae, ipsa dictio satis indicat. Lectum autem humidum est plane *saxum illud Lemnium,* quo Philoctetes procumbens omnia complebat questu et gemitu.

Ibid. *Sed eum opprimi dico patientia, si modo est aliqua patientia; si nulla est, quid ergo exornamus philosophiam?*] Leve quidem mendum: sed neque praetereundum. Lege, *sin nulla est;* ut Cicero loqui solet: sic paullo inferius, *Si nudus es, da iugulum*: sin *tectus Vulcaniis armis* etc. Litera N absorpta est a sequenti.

Cap. 14. *Interest aliquid inter laborem et dolorem: sunt finitima omnino; sed tamen differunt aliquid.*] Victorius et Gebhardus ex codicibus receperunt in textum, *Differt aliquid.* Tu ab illis discedis, et recte quidem: sed nihil in notis admones. Opinionem tamen tuam luculente confirmat locus ille Tuscul. III, 34. *Ea verba non easdem res significant, sed aliquid differunt.* Et sic alibi non semel.

Ibid. *Illi autem voluerunt*
Nihil horum simile esse apud Lacaenas virgines:
Quibu' magi' palaestra, Eurota, sol, pulvis, labos,
Militia in *studio est, quam* fertilitas *barbara.*]

Sine dubio sunt Senarii ex vetere poeta, ut Josephus Scaliger primus observavit. Sed quid, obsecro, hic facit *Militia?* Certe seu virgines sive mulieres Spartanas militiae nomina dedisse et inauditum est, et prorsus incredibile. Quid autem *fertilitas barbara?* Sunt qui *fecunditatem, πολυτεκνίαν* interpretantur; sed quis usquam dixit uxorem fertilem, aut coniugium fertile? Neque vero sensus iste, si Latine sic loqui liceret, sententiae conveniret. Quippe haec inter se opponuntur, *palaestra* etc. et *fertilitas*: atqui labor, palaestra, pulvis plus conferunt ad fecunditatem, quam barbararum mulierum desidia. Ergo tu cum doctissimo Turnebo *fertilitatem* hic pro luxu, deliciis et rerum abundantia accipis. Verum ille sine auctore hoc profert; tu unum advocas, sed cui ipsi opus est alio advocato, Sedulium IV, 10.

Sic dives optima
Fertilitate tumens tenuem non possit adire
Caelestis regni ducentem ad limina callem.

Ubi aut valde fallor, aut plane constat, non rerum affluentiam, sed corporis obesitatem notari: unde crediderim etiam Sedulii locum in mendo cubare. Quid si *Altilitate* scripserit? nam *altilis* est opimus, obesus, saginatus. Utcumque hoc sit, certe neque obesitas huic

Tragici loco convenit, cum oppositio non recte procedat. Siquidem Lacaenae foeminae ob ipsa illa exercitia corpulentiores et habiliores erant aliis; unde Atticae mulierculae sic Spartanam Lampeto compellant, in Aristophanis Lysistrata,

Ὡς δ' εὐχροείς, ὡς δὲ σφριγᾷ τὸ σῶμά σου·
Κἂν ταῦρον ἄγχοις.

quibus illa habitudinem corporis mirantibus caussam reddit, quod se palaestra et saltu exerceret,

μάλα γάρ, οἵω ναὶ σιώ,
Γυμνάζομαί γα, καὶ ποτὶ πυγᾶν ἄλλομαι.

Quid igitur? haeret hic aqua; et tentandum, opinor, est aliquid potius quam ut Librariorum mancipia simus; et quicquid deliraverint, albo calculo probemus. Vide an sic scripserit poeta ille Tragicus.

Quibu' magi' palaestra, Eurota, sol, pulvis, labos,
Duritia studio est, quam futilitas barbara.

Et quidem *Duritia* aptissime convenire videtur, ut vix melius fuerit quaerendum. Noster Tusc. V, 36. *Exercitationem consuetudinemque patiendi, praecepta fortitudinis, duritiam virilem.* In illa altera correctione, an acu rem tetigerim, nescio. Non video tamen, quin umbratilis illa vita barbararum, et delicata studia acu pingendi et formae colendae, cum toto mundo muliebri et stibio et cerussa, satis commode *futilitatis* et vanitatis nomine insigniantur. Illud certissimum *studio est*, legendum, non *in studio est:* quod ipsa latinitas efflagitat, et hoc Lambinum vidisse video: sed surdo Gebhardo fabulam narrabat.

Cap. 15. *Arma enim membra militis esse dicunt: quae quidem ita* geruntur *apte, ut si usus* foret, *abiectis oneribus, expeditis armis, ut membris, pugnare possint.*] Primum ex codice tuo optimo reponendum est, *ita gerunt apte:* milites scilicet, ut *possint pugnare:* alioqui verborum constructio postulabit, ut sic accipias, *Arma ita geruntur apte ut* (arma) *possint pugnare:* quod longe absurdissimum. Deinde temporum ratio conturbatur, ut *si usus* foret, *pugnare* possint. Dicendum utique aut si *usus fuerit*, aut potius *si usus ferat*: quod, ut alia plura quae prius ipse correxeram, Lambino in mentem venisse comperio; Gebhardo numquam audiente.

Ibid. *Adduc pari animo inexercitatum militem, mulier videbitur. Cur? Tantum interest inter novum et veterem exercitum, quantum experti sumus.*] Sic omnes, credo, editiones; perquam inepte. Quorsum enim illud *Cur?* Certe sequentia nullam rationem reddunt, *cur mulier videatur.* Tolle igitur interpunctionem, et scribe, *Cur tantum interest inter novum et veterem exercitum, quantum experti sumus?* cui quaestioni statim respondetur; hoc fieri *vi consuetudinis.*

Ibid. *Quin etiam videmus ex acie efferri saepe saucios; et quidem rudem illum et inexercitatum, quamvis* levi ictu, *ploratus turpissimos edere.*] Iterum fert opem et salutem tuus ille codex, qui pro *levi ictu* hic exhibet, *leviter ictum.* Verissime: nam illud vulgatum ab ambiguitate laborat, et tam ictum significare potest quo is alium ferit, quam quo ipse ab alio feritur. Firmat emendationem illud Tusc. II, 20. *Tu quoque, Ulixe, Quamquam* graviter *cernimus* ictum. Sic De Inventione: *Leviter saucius.*

Ibid. *O Patrocle, ad vos adveniens auxilium et vestras manus peto*
Priusquam oppeto malam pestem, mandatam hostili manu.] Peccas rursum cum eruditissimis viris, qui ad Iambicos octonarios haec redigunt, quos, ut dixi, tragoedia non recipit. Nos ad septenarios Trochaicos sive Tetrametros catalecticos partim ex codicibus partim ex coniectura sic reducemus, et, ut opinor, vere:

O Patrocles, *ad | vos adveniens | auxilium et ves|tras manus Peto, priusquam op|peto malam pes|tem* datam *hosti|li manu.*
Seu *sanguis ul|lo* poti' *pacto | profluens con|sistere;*
Seu *sapienti|a magi' vestra | devitari mors potest.*
Nam *Aesculapi | liberorum | saucii opplent | porticus:*
Non potest ac|cedi.

Patrocles legendum auctoritate codicum, a Graeco *Πατροκλῆς*: deinde *pestem datam* potius quam *mandatam;* cum ex lege versus, tum ex consuetudine loquendi: ut *dare malum, dare perniciem.* Lucret. V, 1347.

Quam dare *quod gemerent hostes, ipsique perire.*

Postea pro *Neque sanguis,* et *potis est,* et *siqua sapientia,* codex tuus praestantissimus *Seu sapientia* et *Nec sanguis*: unde facile fuit restituere, ut vides. Nam Victorius et codex tuus *Nam Aesculapi;* non ut vulgo *Namque.* Mox sequitur

Cap. 16. *Certe Eurypylus hic quidem est. Hominem exercitatum! ubi tantum luctus continuatur? Vide quam non flebiliter respondeat, etc.*] Haec tam scabra, tam aspera et confragosa quis Tullio adscribere audeat? Variant codices miris modis: ex quibus tu post alios aliquid extundere conatus es: sed nisi fallor, vix tibi ipse satisfecisti. Nimirum haec verba sunt, non Ciceronis, sed poetae istius, quae manca et imperfecta adducit, ut et plura infra. Nam illa, *Certe Eurypylus hic quidem est,* si Ciceroni affingis, putidissima sunt. Quis enim tunc hoc nesciverit, cum integra Poetae fabula manibus vulgi terebatur? Ergo Patrocles haec loquitur apud Tragicum, ubi facie et voce agnovit Eurypylum vulneratum ad Achillis tentorium accedere: et sic collocanda sunt:

— Certe *Eurypylus* hic quidem est;
Hominem exercitum —
Ubi tantum luctus continuatur, vide quam non flebiliter respondeat.

Duo illa verba ex longa illa et luctuosa *δῆσαι* adducit: reliqua, ut tum nota, omittit. Et *vide,* inquit, quam non flebiliter Eurypylus respondeat longae illi Patroclis orationi, qua ipsum letali vulnere ictum commiserabatur.

Ibidem. *Qui alteri exitium parat,*
Eum scire oportet *sibi* paratam, *pestem*
ut participet parem.]

Alter hic octonarius est, contra morem Tragoediae: sed suppetias feremus. Nam in illo *oportet* variat tuus codex; etsi scripturam assequi non possum. Videtur fuisse *opus est,* et sic versus postulat. Illa vero quae sequuntur, quam scabiose et putide! Tu lege totum locum meo periculo:

Qui alteri exitium parat,
Eum scire opus est *sibi* paratum, *pestem ut participet parem.*

Quae autem mox sequuntur mendosissima sic ad numeros et sensus suos redige. *Abducet, credo, Patrocles, ut collocet in cubili, ut vulnus obliget, siquidem homo esset: sed nihil vidi minus; quaerit enim quid actum sit,*

Pat. Eloquere res Argivorum *praelio ut se sustinet.*
Eur. Non potest effari dictis, quantum factis suppetit.
Pat. Laberis: *quiesce igitur, et vulnus alliga: tace.*

Etiamsi Eurypylus posset, non posset Aesopus:

Eur. Ubi fortuna Hectoris nostram aciem inclinatam —

Et cetera explicat in dolore. Principio *Argivorum* lege pro *Argivûm* propter metrum. Deinde quae ut Ciceronis vulgo feruntur, *Non potest effari tantum dictis, quantum factis suppetit laboris,* nos Eurypylo

adiudicavimus. *Tantum* autem eiicimus versus gratia; et *laboris* non incommode, ni fallor, mutavimus in *Laberis;* Stare enim non valuit, cum tantum sanguinis perdidisset. Postea cum ob versum claudendum; tum ob sententiam addidimus, *tace.* Nam vulnerato et animo paene deficienti *loqui* periculosum erat. Iam vero quae sequuntur, *Etiamsi Eurypylus posset, non posset Aesopus,* multo, ut videtur, elegantius et humanius referuntur ad *tacere* quam ad *alligare.* Cetera vero, quorum initium, *Ubi fortuna Hectoris nostram* acrem *aciem inclinatam,* interea narrat, dum vulnus alligatur. Sed miror, unde illud *Acrem* malum pedem intulerit; cum neque in Aldi nec Victorii editione, nec in tuo codice conspiciatur. Certe et versum turbat et sententiam: qui enim *acris* acies, quae iam *inclinata* et loco pulsa fugam capessebat. Ceterum quae ad hunc locum annotavi, reliqua quidem pro certis, *Laberis* autem et *Tace* pro divinationibus tantum haberi velim.

Cap. 17. *Ego illud quicquid sit tantum esse quantum videatur, non puto: falsaque eius visione et specie moveri homines dico vehementius; doloremque* eius *omnem esse tolerabilem.*] Quid, amabo, est *dolorem eius?* nempe dolorem doloris. Quod cum absurdissimum sit, Manutius et Lambinus dederunt, *Doloremque eis omnem esse tolerabilem.* Atqui hoc, ut clementissime dicam, supervacuum est. Quorsum enim *eis?* Nimirum verendum erat, ne non de *hominibus,* sed de bestiis loqui videretur. Tu ex codice lutulento nulliusque pretii reponis, *Doloremque eiusmodi omnem.* Obsecro te cuiusmodi? siquidem non de hoc vel illo, sed de omnimodo dolore hic agit. Vide igitur an nos rectius collineemus: lego enim, *Falsa eius specie moveri homines — doloremque rebus omnem esse tolerabilem.* Opposita hic sunt *falsa specie* et *rebus;* quod perinde est, ac si *revera, re ipsa* dixisset. Ergo sententia optima nascitur; Falsa sui specie perterrefacit dolor, re vera est tolerabilis. Porro de *Rebus* consule acutissimum Gronovium patrem, Observat. III, 6.

Cap. 18. *Sed homo* cautus (Epicurus) *numquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum*] Lambinus reponebat, *homo catus* ex Nonio Marcello, qui in voce *Catus* locum hunc adducit. At bonus Gebhardus propter odium Lambini etiam Nonium ipsum sprevit neque mentione dignatus est. Sed profecto, si verum quaerimus, non *cautione* sed sollertia et acumine hic opus erat. Tu tamen, quod nollem, tot Librariorum turba perterritus, defendis receptam lectionem, eo praesertim nomine, quod *cautus* etiam *acutum* denotet. Unde vero rem tam miram nos docebis? Ex Sancto Augustino de Civitate Dei IV, 21. *Sed si virtus,* ait, *non nisi ad ingeniosum posset venire, quid opus erat deo* Cautio *patre, qui* cautos, *id est acutos, faceret, cum hoc posset conferre Felicitas?* Atqui hoc ipso loco corrigendum est, *Catio patre,* et *qui Catos, id est acutos, faceret*: neque aliter in priscis editionibus extare crediderim. Certe ita locum laudat doctissimus Gyraldus in Historiae Deorum syntagmate: et veram hanc esse lectionem testis erit ἀξιοπιστότατος Varro de Ling. Lat. lib. VI. *Cata,* inquit, *acuta: hoc enim verbo Sabini dicunt. Quare,* catus Aelius Sextus; *non, ut aiunt, sapiens, sed acutus; et quod est,* Tunc coepit memorare simul cata dicta, *accipienda acuta dicta.* Satisne iam constat non *cautum* significare acutum, sed *catum?* Quamobrem aut hic cum Nonio legendum *homo catus,* aut quod iisdem plane literis, quibus *cautus,* describitur, *Homo acutus.* Neque aliter statuendum de loco Academ. II, 30. ubi de eodem Epicuro loquitur, *Vide quam sit cautus is, quem isti tardum putant.* Sic quidem libri editi, et omnis Librariorum cohors. Sed Lambinus invitis illis fidenter ibi reposuit *catus*; frustra, ut solet, obstrepente Gru-

tero. Quid enim? an *cautus* recte opponitur *tardo?* cum contra omnis cautus festinet lente, et eo ipso speciem tardi prae se ferat. Quare hic quoque omnino corrigendum, aut *catus*, aut *acutus*. Sic enim alibi solet Noster; ut De Finibus I, 6. *Deinde ibidem* homo acutus (*Epicurus*) *attulit rem commentitiam.* et II, 25. *Sed quamvis comis in amicitiis tuendis fuerit* (*Epicurus*) *non satis* acutus *fuit.* Et item de eodem Nat. Deor. II, 29. *Hominem sine arte, sine literis, insultantem in omnes sine* acumine *ullo, sine auctoritate, sine lepore.* Sic alibi *Homo acutus* de Dionysio tyranno Nat. Deor. III, 34. de Hannibale, Divinat. I, 24.

Cap. 20. *Saepe enim* videmus *fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur.* Peccatur hic in temporum ratione: nam sic utique dicendum est, saepe enim videmus *frangi* pudore, qui ratione nulla *vincantur.* Quare huic incommodo occurrendum est unius literulae mutatione, et sic reponendum: *Saepe enim vidimus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur.*

Ibid. *Pedetentim, inquit, ite et sedato nisu.*] Hoc quidem tu vere et ingeniose emendas, et ad suos anapaestos revocas:

Pedetentim et sedato nisu,
Ne succussu arripiat maior
Dolor. — —

Illud *ite* libros invasit, partim ad orationem supplendam, partim quia verba utrinque posita *inquit Et* id vocabulum formant. Illa vero quae continuo sequuntur

Ibid. *Pacuvius* haec *melius quam Sophocles: apud illum enim perquam flebiliter Ulixes lamentatur in vulnere:* tamen huic *leviter gementi, illi ipsi, qui ferunt saucium, personae gravitatem intuentes, non dubitarunt dicere*] Non uno mendo laborant. Primo pro *haec* restitue ex codice tuo *Hoc*; id est τὸ πρέπον, decorum in persona Ulixei. Illud deinde quid sibi vult, *tamen huic?* Quomodo, sodes, qui *flebiliter lamentatur,* idem tum *leviter gemit?* hoc ἀσύστατον est, et secum pugnat. Repone, nisi mavis Librariis quam sensu communi fidere, Apud illum *enim perquam flebiliter Ulixes lamentatur in vulnere: Apud hunc leviter gementi etc. Illum* intellige Sophoclem, *hunc* Pacuvium. Mox quae sequuntur, sic ad numeros suos reducenda sunt.

— *tu quoque,* Ulixe,
Quamquam graviter cernimus ictum,
Nimi' paene animo es molli, qui con-
Sueris *in armis aevum agere.* —

Ulixe scribe, vocativo nempe casu, non *Ulixes.* Et pro *consuetus* recte codex tuus optimus *consueveris,* hoc est metri gratia *consueris.* Nam quod tu cum viro praestante Gerh. Vossio sic posteriores versus digerendos censes,

Nimis es paene animo molli qui
Consuetus in armis agere aevum,

praeterquam quod verborum seriem licentius mutatis, etiam vim facitis modulationi: accentus enim in ultimas syllabas cadunt contra Linguae Latinae indolem. Sed hoc non intelligent, nisi qui rei metricae secreta intima penetrarunt; quod non cuivis contingit. Inde est, quod in versiculum mox sequentem,

Nudate, heu miserum me, excrucior;

sic potius poetam dedisse credam,

Nudate. heu me miserum, excrucior.

Denique in isto, quod non ita longe est, *Id viri est officium: fletus muliebri ingenio additus:* elegantius et plenius scribas, *Additu 'st;* more veterum poetarum.

Cap. 21. *Atque haec cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid magnitudine animi dignissimum sit, non solum animum* comprimit, *sed ipsum etiam dolorem nescio quo pacto mitiorem facit.*] Recte quidem castigas Gebhardum, qui *comprimet* in textum recepit; contra omnium editionum fidem; sed hoc crediderim Typothetae, non ipsi imputandum esse: verum aliud multo maius est, quod nollem praeterisses. Quid enim? ain' tandem eam cogitationem animum *comprimere?* quid ergo est *animum comprimere?* nempe sine dubio, coercere, frangere, contundere. Ita Noster ubique, *Comprimere furorem, laetitiam, audaciam, cupiditatem.* In Vatinium cap. 1. *Ut ferocitatem,* inquit, *istam tuam comprimerem, audaciam frangerem, loquacitatem retardarem.* Ergo hoc omnium portentosissimum, si cogitatio de fortitudine animum comprimit et retundit. Quin potius in perferendo dolore erecto animo opus est et cum maxime excitato. Tolle igitur lectionem et rei ipsi et auctoris sententiae repugnantem; atque sic fidenter repone, *Non solum animum confirmat, sed ipsum etiam dolorem mitiorem facit.* Ita mox c. 23. *Si gemitus in dolore ad* confirmandum animum *valebit, utemur.* Epist. ad Fam. VI, 6. *His autem literis* animum *tuum, quem minime imbecillem esse et audio et spero,* confirmandum *etiam atque etiam puto:* et saepe alibi.

Cap. 22. *Qui doloris speciem ferre non possunt, abiiciunt se, atque ita afflicti et exanimati iacent: qui autem* restiterunt, *discedunt saepissime superiores.*] Ita Gruterus, quem sequeris, et editiones pleraeque aliae: sed legendum *restiterint* ex Victoriana et tuo Codice.

Cap. 23. *Toto corpore, atque omnibus* ungulis, *ut dicitur, contentioni vocis* asserviunt.] Apage illud *ungulis*: quis enim ungulas de homine usurpavit? Recte Lambinus coniecerat, *unguiculis*; sed homo invidus Gebhardus intactum hoc reliquit, potius quam ut Lambino applauderet. Praeterea ex codice tuo legendum *deserviunt.* Nam alterum *asservire* neque apud Ciceronem alibi, nec usquam quod sciam occurrit.

Cap. 24. *E quibus homo sane levis Heracleotes Dionysius, cum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore* deductus *est.*] Unde, obsecro, *deductus* est? num a magistro Zenone? an potius de sententia; ut paullo inferius habet, *Quaenam ratio eum de sententia deduxisset?* Atqui hoc pacto non erat dicendum *A dolore;* sed sublata praepositione, *dolore deductus est,* atque sic plane habet codex tuus Petrensis, sed ille πονηροῦ κόμματος et nullius auctoritatis. Manutii editio cum aliis nonnullis, *a dolore devictus est*: quod Lambinus in libri margine amplectitur, in annotationibus repudiat. Equidem vel hanc lectionem vulgatae praetulerim: verum alia subest longe melior et sincerior; quam, licet a nullo Libro (qui hodie supersit) confirmatam, praestare tamen ausim verissimam. Ea huiusmodi est: *Cum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore dedoctus est*: Hoc est, *dedoctus est esse fortis.* Agnoscis, opinor, elegantem oppositionem, inter *discere* et *dedoceri*; quam alibi quoque Cicero adhibuit, ut De Finibus I, 6. *si a Polyaeno geometriam* discere *maluisset, quam illam etiam ipsum* dedocere.

Ibid. *Omninoque omnes clari et nobilitati labores* contemnendo *fiunt tolerabiles.*] Per *labores* intelligit ludos Gymnicos, Olympia, Pythia, et id genus, ut ex sequentibus constat. Quid ergo? an eiusmodi *labores* fiunt tolerabiles *contemnendo?* nihil vidi minus. Immo contra, qui admirantur, qui Olympiorum victoriam, ut superius dixit, antiquum illum consulatum arbitrantur, hi tanto facilius labores eos perpetiuntur, quanto in maiore felicitatis parte ponunt. Lege ergo meo periculo, et Librarios plorare iube: *Omninoque omnes clari*

et nobilitati labores contendendo fiunt tolerabiles. Hoc enim est, quod saepius inculcat Cicero, ut supra C. 21. *Quae sunt ista arma contra dolorem?* Contentio, *confirmatio etc.* et 22. *Simillime animus* intentione sua *depellit pressum omnem ponderum.* — et ibidem: *In omnibus officiis persequendis animi est adhibenda* contentio. et 23. *Cuius* contentionis *cum tanta vis sit, si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur:* et iterum, *Omnibus enim rebus, non solum dolori, simili* contentione *animi resistendum est.* et 24. *Patientia dolorum, quam saepe iam animi* contentione *dixi esse firmandam.* et mox, *Iidem omissa* contentione *dolorem morbi ferre non possunt.*

Cap. 25. *Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quae sine venditatione, et sine populo teste fiunt.*] Probas lectionem, quae apud Nonium ferebatur, *quae sine populo recte fiunt.* Non enim, inquis, omnia, quae sine populo teste fiunt, laudabilia sunt; nisi *recte* fiant, et proba sint. Itaque illud *recte* quasi sententiae necessarium adsciscis. Laudo equidem conatum, et ingenio tuo faveo, quod ubi semel maturuit, praeclarissimos fructus dabit. Sed opus est hic iudicio subacto. Non enim dicit *laudabilia*, sed *laudabiliora;* ad quod attendisse te oportuit. Hoc enim perinde est, ac si dixisset, Omnia *laudabilia* eo esse *laudabiliora*, quod sine populo teste fiant. Itaque quod tu omitti putabas, illud ipsum inesse iam vides. Quid autem est *sine populo?* immo vero, *sine populo teste.* Scis illud in Epigrammate,

Ille dolet vere, qui sine teste *dolet.*

Accedit huc, quod ipse Nonius in accurata illa Merceri editione *teste* habeat, ut et hic habetur.

Cap. 26. *Sic urgentibus asperis et odiosis doloribus, si tanti non* sint *ut ferendi sint; quo sit confugiendum vides.*] Recte receptum verborum ordinem tueris, Lambino temere immutante, et recte etiam explicas, *Si eos ferre non sit operae pretium.* Unde dolet, quod, id quod in proximo erat, non videris, sic omnino legendum esse, *Si tanti non sit, ut ferendi sint.* Siquidem ipsi dolores *tanti* esse non possunt; nihil enim omnium minus; sed hoc vult, si res ipsa, si officium non sit tanti. Atque haec cum scripseram, idem acutissimo Gulielmio visum esse intellexi. Sed eo nomine displicuit Gebhardo, quia ex *coniectura* profectum erat, Librariis non astipulantibus. Enimvero si talibus mancipiis edendorum librorum provincia semper dabitur; quid ultra operam et oleum perdimus?

AD LIBRUM TERTIUM.

Cap. 1. *An quod corporis* gravitatem *et dolorem animo iudicamus, animi morbum corpore non sentimus?*] Turpissimum hic mendum iam diu inolevit; quid enim est *corporis gravitas?* nihil aliud nisi *pondus:* et quid ad hoc onus est arte medica et curatione? nam pondus utique non est morbus. Lege sine dubio, *An quod corporis pravitatem et dolorem animo iudicamus. Pravitas* est deformitas, distortio membrorum. Ergo recte hic iungit duo corporis mala, quorum dolor est morbus, pravitas vitium. Idem mendum etiam alium locum occupavit De Finibus IV, 12. *At vero* gravitate *membrorum, et cruciatu dolorum siquis quem levet, magnam ineat gratiam.* Corrige, inquam, *pravitate*; et indignor equidem tot magnos interpretes tam graviter lippivisse, ut haec non viderent. Quoties enim vel ipse Cicero coram oculis veram lectionem posuit? De Finibus V, 17. *Nam si* pravitatem *et imminutionem corporis propter se fugiendam putamus.* Et ibidem, *Siqua in membris* prava, *aut debilitata, aut imminuta sint.* De Leg. I, 19. *An corporis* pravitates, *si erunt,*

perinsignes, habebunt aliquid offensionis; animi deformitas non habebit? Ipsis Tusculanis IV, 13. *Vitium, cum partes corporis inter se dissident; ex quo* pravitas *membrorum, distortio, deformitas.*

Cap. 2. *Tum plane inficimur opinionum pravitate, a naturaque desciscimus, ut nobis optimam* naturam *invidisse videantur, qui nihil melius populari gloria iudicaverunt.*] Nihil invenustius hac lectione, *A* natura, inquit, *desciscimus, ut nobis optimam* naturam. Putida plane repetitio. Frigide etiam *optima* dicitur, quae una et simplex est. Frigidius vero, *invidere nobis naturam:* qui enim hoc fecerint, nos numquam natos esse vellent: quod genus invidiae ne somniavit hic quidem Cicero. Lege vero certissima emendatione, *A naturaque desciscimus, ut nobis optimam magistram invidisse videantur.* Facilis *autem* Librariorum *lapsus* ex compendiosa scriptura; hoc enim sic abbreviabant *mram*, illud *nram*. Qualis vero sententia nunc exoritur, quam concinna, quam elegans? tu sine dubitatione accipies, sat scio. Sic alibi Noster Naturam appellat, *optimam magistram, optimam ducem:* ut capite superiore, *Quod si tales nos* Natura *genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque* optima duce *cursum vitae conficere possimus.* De Finibus I, 21. *Si infantes et pueri, mutae etiam bestiae, paene loquuntur,* magistra ac duce natura, *nihil esse prosperum nisi voluptatem.* De Senectute c. 2. *in hoc sumus sapientes, quod* Naturam optimam ducem, *tamquam deum, sequimur.* De Amicitia c. 5. *Quia sequimur, quantum homines possunt,* naturam, optimam bene vivendi ducem. De Officiis I, 35. *Retinenda est igitur huius generis verecundia, praesertim* natura ipsa magistra et duce. Ergo recte et vere hic locus restitutus est.

Ibid. *Veramque illam honestatem expetens, quam* una *natura maxime inquirit.*] Quid sibi vult *una natura?* an plures sunt? sed *una,* inquiunt, valet sola: quid? an sola natura honestatem expetit? annon et Philosophia, recta ratio, virtus? Lege igitur, quam *unam,* id est solam. Neque aliter ediderunt Manutius et Lambinus: sed Gebhardus codicibus suis mancipatus de textu et loco deiecit.

Cap. 6. *Sed est* naturabile *in animis tenerum quiddam atque molle, quod aegritudine quasi tempestate quatiatur.*] Ex codicibus scriptis alii *naturabile* habent, alii *naturale.* Tu cum Gebhardo illud amplecteris, quia Librarii vocabula trita pro reconditis supponere solent, non vice versa. Recte quidem: et hoc plerumque ita se habet. Sed ex generalibus illis Artis nescio cuius Criticae regulis non est de locis singulis sententia ferenda. Equidem ne in illo quidem loco De Amicitia c. 21. *naturabili amicitia* legerim; neque pro uno et altero Librario pugnaverim adversus centum alios, qui *naturali* ibi exhibent. Cur ita? quia Ciceroni ipsi plus tribuo, quam cuivis Librario. Cum enim ille locis fere sexcentis *naturalis* usurpet, cur hoc et illo *naturabilis* dixerit, quo vocabulo neque ipse alias, neque alius quisquam eo saeculo quod scimus est usus? Non agnosco Ciceronis tam affectatum et *κακόζηλον*. Atque sic de altero loco sentio: in hoc autem neutrum profecto, neque *naturabile* neque *naturale,* locum habere potest. Qualis enim, dii boni, oratio? *Est naturale tenerum quiddam et molle.* Apage istam scabiem et porriginem ab homine omnium cultissimo. Quis, qui Ciceronem umquam triverit, non sic potius scripsisse deieraverit, *Est natura tenerum quiddam et molle?* Quare sic corrigendus est totus locus: *Sed est natura fere in animis tenerum quiddam atque molle, quod aegritudine, quasi tempestate, quatiatur.* Ita in Tuscul. II, 20. loco huic simillimo et plane gemello, *Est in animis omnium* fere natura *molle quiddam, demissum, humile.* Quare ipsum Ciceronem, optimum ducem, sequamur; et vapulent Librarii.

Cap. 9. *Ut effugiamus ambiguum nomen invidiae, quod verbum ductum est a* nimis *intuendo fortunam alterius.*] Blanditur mihi sane coniectura, quae, ut haec legi, continuo venit in mentem: quam etsi veram et certam esse praestare nolim; ut erubescenda tamen mihi sit, nullus vereor. Quomodo ergo invidia a *nimis* intuendo? Certe qui *nimis intuetur* fortunam alterius; cur eo magis sibi invidiam in mente suscitet, quam admirationem, amorem, et alias affectiones ab invidia disiunctissimas, non equidem video. *Nimis intuetur* amator impotens et perditus, sed non invidet. *Nimis intuetur* vulgus fortunam divitum, nobilium, potentium: neque tamen omnes invident; plures colunt et venerantur. Quae si recte dicuntur; sequitur ut non recte neque proprie invidia dicatur a *nimis intuendo*. Vide nunc nostram coniecturam. Equidem sic legerim, *Ut effugiamus ambiguum nomen Invidiae, quod verbum ductum est a limis intuendo fortunam alterius.* Nam *limis intueri* proprium fere et peculiare est invidiae. Horatius Noster Epist. I, 14.

Non istic obliquo oculo *mea commoda quisquam*
Limat, *non odio obscuro morsuque venenat.*

Virgil. Aen. XI, 337.

quem gloria Turni
Obliqua invidia, *stimulisque agitabat amaris.*

Ovidius Metam. II, 776. in descriptione Invidiae,

Pallor in ore sedet; macies in corpore toto:
Nusquam recta acies: *livent rubigine dentes,*

et 787. *Illa deam* obliquo *fugientem* lumine *cernens.* Lucilius apud Nonium in v. Strabone,

Nulli me invidere, *non* strabonem *fieri saepius*
Deliciis me istorum. —

Plinius de Leonibus VIII, 19. *Cetera* dolis *carent* et suspicione; *nec* limis intuentur oculis, *aspicique simili modo nolunt.* Plautus Bacch. V, 2.

A. *Viden'* limulis, *obsecro, ut* intuentur?
B. *Ecastor sine omni arbitror* malitia *esse.*

Vides iam *limis intueri* esse invidiae, doli, suspicionis, malitiae signum. Ergo *Invidia* potius a *limis* adspectando, quam a *nimis.*

Cap. 12. *Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus, qui, quondam a socero Oenomao rege Hippodamiam raptu nactus nuptiis? Iovis ille quidem pronepos. Tamne ergo abiectus, tamque fractus?*] Haec ex Tragico quodam petita esse tu, ut soles, acute coniecisti, et senarium inde eruisti, nisi quod syllaba prima desit,

— *Hippodamiam raptu nactu 'st nuptiis.*

Sed quem tu senarium es arbitratus, est pars Trochaici septenarii; multo enim plura sunt Poetae hic verba, quae sic disponenda, *Qualis enim tibi ille videtur,*

Tantalo pro|gnatus, Pelope | natus, qui quon|dam a socru
Oenomao re|ge Hippodamiam | raptu nactu'st | nuptiis,
Iovis iste quidem | pronepos? —

Tamne ergo abiectus, iamque fractus? Ubi metri ratione inductus *Socru* repono pro *Socero*. Sic enim Naevium locutum esse testis est Nonius in *Socrus*, Attium Priscianus pag. 698. Sententia est, Thyestem fuisse Pelopis filium, Tantali nepotem, Iovis pronepotem. Emendatio per se clara est. Continuo sequitur

Ibid. *Nolite* (inquit) *hospites ad me adire illico istic;*
Ne contagio mea bonis umbrave obsit,
Tanta vis sceleris in corpore haeret.]

Frustra hic laborarunt viri maximi, qui haec ad numeros suos restituere sunt conati. Turnebus et Gerhardus Vossius Iambicos senarios

hic quaerunt; sed vim faciunt verborum ordini non facile admittendam. Janus Gulielmius Trochaicos Tetrametros effingit, sed nimia usus licentia in vocabulis qua mutandis, qua addendis. Tu autem cum Paullo Manutio leviore quidem mutatione Trochaicos trimetros efficis; quales tamen neque Tragoedia, neque Comoedia umquam agnovit. [V. ad haec Ahlwardt. in Seebodii Archiv f. Philol. 1826. 3. p. 493.] Ego vero, ut primum videram, continuo deprehendi versus esse Bacchiacos tetrametros, quales hi puri afferuntur apud Hephaestionem,

Ὁ ταῦρος | δ' ἔοικεν | κυρίξειν | τιν' ἀρχάν,
Φθάσαντος | δ' ἐπ' ἔργοις | προπηδή|σεταί νιν.

At apud Latinos in prima sede etiam Molossum pedem frequenter recipiunt; in ceteris Paeonem, at Molossum rarius. Ceterum Enniano rum horum partem adducit Cicero de Oratore III, 41. *Nolo*, inquit, *esse verbum angustius id quod translatum sit, quam illud proprium ac suum,*

— quidnam est, obsecro? quid te adire abnutas?

Melius esset, vetas, prohibes, absterres: *quoniam ille dixerat.*

Illico istic, ne contagio mea bonis umbrave obsit.

Ex his illud liquido constat, Thyestem hic cum Choro loqui; ergo nulla aut minima mutatione sic totum locum constituo:

Thy. *Nolite hos|pites ad | me adire: il|lico istic:*
Ne conta|gio mea | bonis um|brave obsit:
Meo *tan|ta vis scele|ris in cor|pore haeret.*

Cho. *Quidnam est ob|secro? quid | te adiri* | renutas?

Atque hoc genus versuum etiam in Comoedia vetere locum habuit; et in Plauto Terentioque nunc extant; qui tamen hactenus editoribus crucem fixerunt, a nemine intellecti. In Andria Act. III. Sc. II. sic versus digerendi sunt:

Adhuc Ar|chylis, quae ad|solent, quae|que oportet
Signa esse ad | salutem om|nia huic es|se video.
Nunc primum | fac isthaec | lavet: post | deinde,
Quod iussi ei | dari bibe|re, et quantum imperavi,
Date: mox e|go huc revertor.

In Plauti Amphitryone Act. II. Scen. 1. ita disponendi sunt:

Age, i tu | secundum. | *So. Sequor, sub|sequor te.*
Amp. *Scelestis|simum te ar bitror.* *So. Nam | quamobrem?*
Amp. *Quia id quod | neque est, nec | fuit, nec | futurum est,*
Mihi prae|dicas. *So. Ec|cere iam | tuatim*
Facis tu ut | tuis nul|la apud te | fides sit.
Amp. *Quid est! quo|modo? iam | quidem hercle ego | tibi istam*
Scelestam, | *scelus, lin|guam abscindam.* | *So. Tuus sum,*
Proinde ut com|modum est et | lubet quid|que facias:
Tamen quin | loquar ego haec | uti fac|ta sunt hic,
Numquam ullo | modo me | potes de|terrere;
Amp. *Scelestissime audes | mihi prae|dicare id.*
Domi te es|se nunc, qui hic | ades? So. Ve|ra dico.
Amp. *Malum! quod | tibi dī | dabunt at|que ego hodie*
Dabo. *So. Istuc | tibi est in | manu: nam | tuus sum,*
Amp. *Tun' me ver|bero, audes | herum lu|difacere?*
Tun' id dī|cere audes? | *quod nemo um|quam homo antehac*
Vidit, nec | potest fi|eri, tem|pore uno
Homo idem | duobus | locis ut | simul sit.
So. *Perfecto, ut | loquor, res | ita est.* *Amp. Iup|piter te*
Perdat. *So. Quid | mali sum, here,* | *tua ex re | promeritus?*
Amp. *Rogas ne, im|probe, etiam,* | *qui ludos | facis me?*

So. Merito ma|ledicas mihi si id i|ta factum est:
Verum haud men|tior, res|que uti fac|ta, dico.

Vides, opinor, quos hactenus alii numeros innumeros, versus *συγχεχυμένους καὶ τεταραγμένους*, sine metro modulisque insuaves dictitabant, alii miseris modis torquebant vexabantque, ut ad notum aliquod metrum invitos redigerent, eos et dulces esse et elegantes, ut nescio an ullis aliis suavitate concedere debeant. Menda vero, quae plura ibi sublata sunt, si haec nostra ad libros editos exigas, ipsa per se satis patebunt, ratione versuum iam reperta. Non enim nunc locus est, ut ista latius prosequar: sed si erit umquam, ut Plautum Terentiumque lima nostra expolitos in lucem edam, et haec et alia infinita fusius tenuiusque deducta conspicies.

Cap. 15. *Simulque iudico malum illud opinionis esse, non naturae: si enim in re essent, cur fierent provisa leviora.*] Haeret oratio; unde Manutius corrigit, in re *esset*, ut ad *malum illud* referatur, sed quid tum fiet illis sequentibus, *fierent provisa leviora?* Certe dictum oportuit, *fieret provisum levius.* Tu itaque ex tuo codice insigni aliam profers lectionem, *Si enim in re mala essent.* Certe aut ita legendum est, aut potius (quia hoc interpolatorem olet) *simulque iudico mala illa opinionis esse, non naturae.* Sed esto hoc, ut lubet; illud mihi certissimum, non legendum *in re;* sed dempta praepositione, *Si enim re essent.* Ita Cicero ubique, ut supra Tusc. II. *Re succumbere, non oportebat, verbis gloriantem*: sic alibi, *Non re, sed opinione. Tam re, quam verbo. Non tam re, quam spe. Neque tam re, quam dictu.* Sic *Rebus* eodem sensu, numquam *in rebus.*

Cap. 16. Primum, *quod posse accidere diu* cogitaverit.] Codex tuus *primo* et *cogitavit.* Quod sine dubio admiserim: nam sequentia hoc postulant, *Deinde quod intellegit,* et *Postremo quod videt.*

Cap. 17. *Cur cedis fortunae, quae pervellere te forsitan potuerit, et pungere, non poterit certe vires frangere?*] Restituis ex codice tuo *poterit,* cum antea vulgo ferretur *potuerit* et *potuit.* Sed aliud tum restabat emendandum, *Quae pervellere te forsitan poterit.* Nam certe illud *potuerit* male Latine hic dicitur. Verum alia emendationis ratio est et verior et elegantior, *Cur cedis fortunae? quae, ut pervellere te forsitan* potuerit et *pungere, non potuit certe vires frangere.*

Ibid. *Ne Iustitia quidem sinet te ista facere, cui minimum esse videtur in hac caussa* loqui.] Nollem te hic Gebhardum, caecum plerumque ducem, tam improvide secutum esse; qui, cum in prioribus editionibus, neque aliter in codicibus tuis, recte haberetur *loci,* Palatinis suis serviliter addictus edidit *loqui;* adeo inepte, ut nihil supra. Quid enim, obsecro te, est illud, *Minimum est loqui*? quo tandem sensu *minimum?* hanccine scabiem Ciceroni affricari? at in altera lectione nihil est salebrae aut difficultatis. Noster de Finibus IV, *Vel potius* paullulum loci *mihi, ut his responderem, dares.* Ita passim.

Cap. 18. *Huiusne vitae propositio et cogitatio aut Thyesten levare poterit, aut Aeetam, de* quo *paullo ante dixi*] Lege, *de quibus:* nam de utroque dixit supra Cap. 12.

Ibid. *Quod si, ut ait idem, simul animus cum re concidit.*] Mira hic in codicibus varietas: Tu, vestigiis corruptarum lectionum nimis religiose inhaerens, sic verba refingis, *simul animus re concidit,* praepositione ablegata. Atqui haec verba Enniana sunt, quod ex istis, *ut ait idem,* recte colligas. Retinendum igitur *cum;* quippe posterius membrum est Trochaici septenarii,

— simul animus cum re concidit.

Cui fere geminum est illud Terentii, Eunuch. II, 3.

Itan' parasti te, ut spes nulla relliqua in te esset tibi?

Simul *consilium* cum re *amisti?*

At, inquis, Tacitus et alii hoc Hellenismo utuntur, *simul nobis, simul ore, simul septemviris, simul Laodicenis.* Atqui ea scabies, quae pro Elegantia habebatur, nonnisi mortuo Cicerone Latinam linguam infecit. Ille longe parcissimus est in Hellenismis adsciscendis. Praeterea advertas velim, in omnibus huius Hellenismi exemplis τὸ *simul*, nullo alio verbo interveniente, cum ablativo coniungi, quod ambigui vitandi caussa necessarium erat: at in tua correctione disiungitur, *Simul* animus *re* concidit.

Ibid. *Qui, si virtutes ebullire volent et sapientias.*] Ingeniose et vere tu reponis, *Ebullire nolent:* aut sic enim legendum est, aut, quod eodem redit, *Qui, nisi si virtutes ebullire volent.* Ceterum, cum hic interpretis munere fungatur Cicero, et verbum de verbo reddat; vocabulum Graecum, quod hic vertit *ebullire*, vix aliud esse potuit quam *Παφλάζειν*: id enim et proprie *ebullire* significat; et metaphorice, cum strepitu et inani iactatione verba fundere. Noster alibi de Epicuro et eius asseclis *effutire* et *balbutire* non dispari sensu dicere solet: quae sat prope accedunt ad receptam lectionem *ebullire:* sed hoc Nonii auctoritate stabilitur.

Cap. 19. *Quid petam praesidii, aut exsequar? quove nunc auxilio, etc.*] Andromacha haec loquitur apud Ennium: verba autem satis sana sunt; de numeris magna controversia est. Hieronymus Columna et Petrus Scriverius ad Trochaicos septenarios redigunt; sed nimium quantum sibi licere volunt in verborum ordine invertendo. Tu recte ex ipso Cicerone De Oratore III, 47. animadvertis, priores quattuor pedes ab eo dici Creticos: quod eorum coniecturam funditus evertit. Tu quoque Trochaicos catalecticos tentas; sed frustra. Nimirum sunt Cretici Tetrametri, quales apud Hephaestionem habes, et apud Aristophanem non semel; ut in Vespis:

Καὶ ξυνὼν | Βρασίδᾳ, | καὶ φορῶν | κράσπεδα
Στεμμάτων, | τήν θ' ὑπή|νην ἄκου|ρον τρίφων.

Apud Graecos Paeonem pedem sibi intermiscent; apud Latinos etiam Molossum. Sic autem disponendi sunt hi Enniani: quorum priores Cretici, posteriores Trochaici.

Quid petam | praesidî, aut | exsequar? quove nunc
Auxilio | exilii | aut fugae | *freta sim?*
Arce et ur|be orba sum: | quo accedam? | quo applicem?
Cui nec arae | patri' domi stant, | fractae et disiec|tae iacent.
Fana flamma | deflagrata, | tosti alti stant | parietes;
Deformati at|que abiecte crispa. | —

Atque hi Cretici, non minus quam illi Bacchiaci, de quibus iam diximus, apud Latinos Comicos, Terentium et Plautum latitant, a nemine animadversi; In Andriae Act. IV. Scen. 1. sic versus digere,

Tanta ve|cordia in|nata cui|quam ut siet,
Ut malis | gaudeant, | atque ex in|commodis
Alteri|us sua ut | comparent | commoda? ah
Idne est ve|rum? immo id est | genus hominum | pessimum, in
Denegan|do modo | quîs pudor | paullum adest:
Post ubi | tempu' pro|missa iam | perfici,
Tum coac|ti neces|sario | se aperiunt,
Et timent: | et tamen | res premit | denega-
Re. ibi tum eo|rum impuden|tissima o|ratio est.

In Plauti Casina Act. III. Sc. 5. ita disponendi sunt,

Nulla sum, | nulla sum: | tota, to|ta occidi.
Cor metu | mortuum est, | membra mise|rae tremunt.
Nescio un|de auxilî, | praesidî, | perfugî
Mî, aut opum | copiam | comparem, aut | expetam.

Tanta fac|tis modo | mira ve|ris modis
Intu' vi|di novam at|que integram au|daciam.
Cave tibi | Cleostrata abs|cede ab is|ta obsecro, etc.

Ceterum in Ennianis *exilii* addidi, tam ex tuo codice, quam ex Gebhardi fere omnibus. *Fugae* quoque rescripsi pro *fuga*; et *patris* pro *patriae* quod metro repugnat. Porro *patrem* hic et in illo quod sequitur,

O Pater, *o patria, o Priami domus*; *)

Eetionem intellige; cuius urbs Thebe ab Achivis eversa est; non *Priamum* cum viro summo Hieronymo Columna. In Plautinis vero et Terentianis singula prosequi, neque otium nunc est, neque convenit. Te cum editis nostra conferre non poenitebit.

Cap. 24. *Nec siletur illud potentissimi regis anapaestum, qui laudat senem et fortunatum esse dicit.*] Elegantius leges *quo*; i. e. *quo anapaesto.*

Ibid. *Nisi quod ratio* quaedam *sanat illos, hos ipsa natura.*] Ineptum est et spurium illud *Quaedam.* Repone, *Nisi quod Ratio quidem sanat illos, hos ipsa Natura.*

Cap. 25. *Ut eos, qui ita vixerint, aut non attingat* aegritudo, *aut perleviter pungat animi dolor.*] Quid aliud est *aegritudo*, nisi *animi dolor*? frustra igitur sententia oneratur, et ultra perfectum trahitur. Equidem sic Tullium dedisse censeo: *Aut non attingat omnino, aut perleviter pungat animi dolor.* Quanto hoc rotundius et castigatius? sic Tuscul. IV, 17. *Qui si error stultis extenuetur die, sapientes ne* attingat *quidem* omnino. De Fin. IV, 4. *Priorem artem illi egregie tradiderunt, hi* omnino *ne* attigerunt *quidem.* Neque vero, si vestigia literarum attendas, tam longe hoc abest a vulgato, ut incredibile sit Librarios sic labi potuisse.

Cap. 29. *Natura affert dolorem: cui quidem Crantor, inquiunt,* noster *cedendum putat.*] Codex tuus, ut alii plerique *Crantor vester:* quod perperam repudiavit Gebhardus. Auctoritatem Crantoris hic obiiciunt Ciceroni; qui se Academicum professus a magistro dissideret. Ergo *vester.* Non enim ipsi erant Academici, qui haec reponunt.

Cap. 30. *Cum constet aegritudinem vetustate tolli, hanc vim non esse in die positum, sed in cogitatione* diurna.] Priores omnes *diuturna* habent: ut mox, *Cogitatio igitur diuturna, nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas.* Primus Gebhardus nescio quibus intemperiis actus *diurna* utroque loco reposuit, quattuor, ut ait, codicum auctoritate inductus. Quid hoc homine facias? Reliquum erat profecto, ut etiam *diurnitas* reponeret. Atqui *Dies* hic notat *longam diem, longinquitatem temporis*; ut passim accipitur. Ergo *diuturna* legendum non *diurna.*

Cap. 31. *Chrysippus autem caput esse censet in consolando, detrahere illam opinionem moerenti,* si se *officio fungi* putet *iusto atque debito*] In quibusdam codicibus deest illud *si*, in aliis *se*, Alii habent *ne se*, unus ex tuis *ut se.* Hae sunt hariolationes Librariorum, qui vitiosam orationem facile agnoverunt, morbum vero altius latentem nequiverunt deprehendere: qui iam, nisi valde fallor, feliciter et funditus tolletur. Lege enim fidenter: *Detrahere illam opinionem moerenti,* se *officio fungi pio, et iusto, atque debito.* Ex *pio* et Librarius aliquis oscitans *putet* effingebat. *Officium pium* saepe habes: sed vel unicus locus ad coniecturam nostram stabiliendam abunde sufficit; Epist. Fam. VI, 1. *Nec enim nos arbitror victoriae praemiis*

*) Iam vid. A. Matthiae ad Cic. pro Sext. 56, 120. p. 163.

ductos, patriam olim et liberos et fortunas reliquisse: sed quoddam nobis officium iustum et pium et debitum reipublicae nostraeque; dignitati videbamur sequi. Omnia hic epitheta simul veniunt, *pium et iustum atque debitum*: locutio vero iam quanto nitidior est? ut vix ipse, credo, Gebhardus, si in vivis esset, utcumque scriptis codicibus addictus et coniecturis omnibus iniquus, de huius veritate dubitare potuisset. Certe in illa vulgata lectione *si putet* tum dictio est proletaria et sordida, tum et sententia labascit. Quippe Chrysippo et Stoicis certum erat et indubitatum, *omnes perturbationes iudicio fieri et opinione*, Tuscul. IV, 7. et vel ipsa eorum definitio aegritudinis hoc ponebat; *Opinio*, aiunt, *recens mali praesentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur.* Qui ergo Chrysippus dicere potuit, *si moerens se putet officio fungi iusto et debito?* Quasi vero id Stoicus in ullo moerente aliter fieri crediderit.

Cap. 34. *Aegritudo erit sublata illa moerens: morsus* tamen *et* contractiunculae *quaedam animi* relinquentur: *hanc dicant sane naturalem, dum aegritudinis nomen absit.*] Oratio haec soloecissat, quod interpretes non animadvertisse demiror. Quo enim referes illud *Hanc?* Lege sine dubio, *Morsus tantum* et *contractiuncula quaedam animi relinquetur: hanc dicant sane naturalem.* Ubi *hanc* accipies *contractiunculam.* Codex tuus pro *tamen* habet *enim.* Lege vi ipsius sententiae *tantum*: nam haec vocabula passim confunduntur a Librariis. Idem ille codex *hanc* exhibet in textu: et pro varia lectione *hunc.* Utrumvis recte habet; nam qui *hunc* legebat, referebat ad *morsum.* Ceterum, cum in Tusculanis, tum alibi saepe usurpat Cicero *contractio animi*, et *doloris morsum*: numquam vero adhibet numerum pluralem *contractiones* aut *morsus.*

AD LIBRUM QUARTUM.

Cap. 4. *Nos institutum tenebimus,* nullisque *unius disciplinae legibus* adscripti.] Nollem te tam calide in textum admisisse illud *Adscripti,* unius tui codicis lectione fretum: qui, utut plerumque egregius sit praeter ceteros, in multis tamen a vero aberrat. *Adscripti legibus* ne uno quidem exemplo firmasti: at illud alterum *legibus adstricti* quoties cum apud Ciceronem tum et alios occurrit? Quot alia ex eadem tralatione, *legibus restrictus, obligatus, obstrictus, implicatus, irretitus, solutus?* inde illa, *legum vincula, nodi, nexus,* et similia. Minime ergo sollicitanda erat vulgata lectio. Mendum tamen subest, non ita facile a quovis detegendum. Quid enim illud *nullis legibus?* itane vero? Certe in omni disciplina nonnulla sunt, quae ab aliis omnibus probantur, et inconcussa existimantur. Lego unius literulae insertione, *Nos institutum tenebimus, nulliusque unius disciplinae legibus adstricti.* Sic De Clar. Orat. Nulla *re* una *magis commendatur Orator, quam splendore verborum.*

Ibid. *Nisi forte temporis caussa assentiebare.*] Post vocabulum *caussa* alii codices inserent *non*, alii *nobis*, plerique *novi*, codex tuus *noni*; Vaticanus *non vi*, quod acutissimo Gulielmio probabatur. At nullo negotio eruitur vera lectio, *Nisi forte temporis caussa, non re assentiebare.* *Temporis caussa,* qua locutione saepe usus est Cicero, opponitur τῷ *re, re vera:* illud *ficte* notat, hoc *ex animo.*

Cap. 6. *Quoniamque ut bona natura appetimus, sic a malis natura declinamus: quae declinatio si cum ratione fiet, cautio appelletur, eaque intelligatur in solo esse sapiente*; quae *autem sine ratione et cum exanimatione humili atque fracta, nominetur metus.*] Fefellit hic

interpretum acumen soloecismus latens; quem tamen sagax et intentus lector e latebris suis protrahere poterit. *Quae*, inquit, *declinatio, si cum ratione fiet*; cui consequens erat, ut subiungeret, *Sin autem sine ratione:* atqui hic dixit, *quae autem.* Vides opinor, τὸ σόλοικον et ἀνακόλουθον: neque enim τῇ προτάσει respondet ἡ ἀπόδοσις. Haud tamen loco *quae* reponendum censeo *sin*: sed alia via sanandum esse locum, ablato illo *si*. *Quoniam*, inquit, *a malis natura declinamus; quae declinatio cum ratione fiet, cautio appelletur: quae autem sine ratione, nominetur metus.* Plena dictio foret, *Ea declinatio, quae cum ratione fiet* etc. Nihil certius.

Ibid. *Praesentis autem* mali, sapientis *affectio nulla est*: stulti *autem aegritudo est ea, qua* afficiuntur *in malis opinatis, animosque demittunt.*] Etiam hic soloecismus est, et priore quidem crassior, licet aciem interpretum effugerit. *Aegritudo*, ait, *stulti, qua afficiuntur et demittunt.* Placetne hoc? enimvero aut *stultorum qua afficiuntur*, aut vicissim, *stulti qua afficitur*, sine dubio dictum oportuit. Hoc primum: illud deinde contemplare, *Praesentis mali sapientis affectio nulla est.* Quae, malum, scabies? quam prava ambiguitas? Apage istos genitivos; et repone meo periculo, unius literae migratione: *Praesentis autem mali sapienti affectio nulla est: stultis autem aegritudo est ea, qua afficiuntur* etc. Quis huic coniecturae fidem negare ausit? Ceterum *sapienti* dixit numero singulari; quia omnis sapiens est uniusmodi, *stultorum* vero sunt genera infinita.

Cap. 7. *Nam si quis doleat eius rebus secundis*, a quo *ipse laedatur, non recte* dicitur *invidere, ut si* Hectori *Agamemnon.*] Codex tuus *dicetur* exhibet; quod illi acceptum referemus; cetera sic legimus ex coniectura. *Nam si quis doleat eius rebus secundis a quibus ipse laedatur, non recte dicetur invidere, ut si Hectoris Agamemnon.* Scribe, inquam, *a quibus laedatur*, et refer ad *rebus secundis*: sic enim locutus est in protasi huius sententiae, *Alterius res secundas quae nihil noceant invidenti*, et mox, *Cui alterius commoda nihil noceant.* Quod si hoc satis clarum, illud adhuc clarius est, quod sequitur, *Ut si Hectoris Agamemnon*; quod sic plene efferas, *Ut si Hectoris rebus secundis doleat Agamemnon.* At si *Hectori* legis, haec demum evadet oratio, *Non recte dicetur invidere, ut si Hectori invideat Agamemnon.* Quod ineptum est, et Cicerone indignum.

Cap. 8. *Definiunt Terrorem, metum concutientem: ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor et tremor et dentium crepitus consequatur.*] Nihil pravius hac lectione vel insulsius fingi potest. Vide enim illa, *Ex quo* (scil. terrore) *fit, at pudorem rubor sequatur.* Quid, malum, terrori cum pudore? Hic coniunguntur ἀσύστατα et dissociabilia. Sic tamen Aldus, Lambinus, Gebhardus dederunt, neque in nuce duri quidquam senserunt. At non ita Victorius, neque codex tuus scriptus; sic enim recte habent, *Ex quo fit, ut pudorem rubor, sic terrorem pallor et tremor et dentium crepitus consequatur.* Ubi illud insuper animadvertendum, Ellipsin hic fieri coniunctionis *ut*. Plena quippe oratio sic foret, *Ex quo fit*, ut, *ut pudorem rubor, sic terrorem pallor etc. consequatur.* Qua Ellipsi, nisi nos fallunt exemplaria, saepe utitur Cicero.

Ibid. *Ex quo illud Ennii,*

Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.]

Gruterus ipse ex omnibus, ut narrat, Msstis, *exanimato* edidit, De Oratore III, 38, 58. quam lectionem Trochaici metri leges aversari tu arbitratus es. Sed aliud tum agebas: probe enim noveras, τὸ *Mihi* apud Tragicos Comicosque frequentius proferri μονοσυλλάβως, quam

διασυλλάβως. Quod si alio ordine *omnem mihi* legeris cum Gebhardi codicibus, Victorio, tuoque exemplari, et Nonio Marcello; tum necesse erit ob easdem metri leges, ut *exanimato* solum sit verum. Sed ut nunc se res habet in tanto membranarum dissidio, nihil hic certi definiri potest; cum utrumvis sat recte se habeat.

Cap. 9. *Discordia, ira acerbior, intimo* odio *et corde concepta*] Quid, sodes, est *intimum odium?* Siccine ut Cicero locutus sit? Gebhardus cum suis hoc facile fortasse concoxerit, vel caute dissimulaverit: at Lambinus honesti interpretis functus est munere, nec coniecturam suam tacuit *intimo animo*. Codex, quem memoras, Cantabrigiensis habet *ore*. Vix dubito, quin aut *intimo animo*, aut *intimo pectore* auctor scripserit: nam illud *odio* est longe odiosissimum.

Ibid. *Indigentia, libido inexplebilis: Desiderium, libido eius, qui nondum adsit, videndi.* Distinguunt illud *etiam*, ut sit libido *earum rerum, quae dicuntur de quodam aut quibusdam, quae κατηγορήματα Dialectici appellant; ut* avere *divitias*, cupere *honores: indigentia rerum ipsarum* est, *ut honorum, ut pecuniae.*] Nollem te locum per se plus satis mendosum, dum curationi manum admoves, peius adhuc contaminasse: quod tamen doctissimo cuique interdum solet accidere. Nos primum exhibebimus verba, ut legenda esse censemus; deinde singula illustrare conabimur. Lege ergo: *Distinguuntur illo etiam, at desiderium sit libido earum rerum, quae dicuntur de quodam aut quibusdam, quae κατηγορήματα Dialectici appellant, ut habere divitias, capere honores: indigentia, libido rerum ipsarum; ut honorum, ut pecuniae.* Sub libidine censentur Desiderium et Indigentia: haec duo ex sententia Stoicorum sic inter se distinguit. Desiderium est libido τῶν κατηγορημάτων, Indigentia libido rerum ipsarum. *Categorema* autem Stoicis est imperfectum enunciatum, ut *Habet divitias*; perfectum sive axioma est huiusmodi, *Crassus habet divitias.* Ergo huc redit distinctio illa Desiderii et Indigentiae; illud refertur ad categoremata, haec ad res ipsas; ut proinde dicendum sit, *Desidero habere pecuniam, desidero capere honores;* non, *desidero pecuniam, honores:* contra, *Indigeo pecuniae, indigeo honorum*; non, *indigeo habere pecuniam, indigeo capere honores.* Vides ineptias Stoicorum; quos saepe incusat ipse Cicero, tamquam qui usitatum loquendi morem immutarent et corrumperent. Nam ut verum sit hoc de Indigentia sive τῇ Σπάνει; at certe alterum illud *Desiderium* sive Πόθος apud optimos utriusque linguae auctores non minus, immo saepius ad res ipsas refertur, quam ad categoremata. Ceterum pro *Distinguunt,* Victorius cum tuo codice *Dislinguitur*; unde refinximus *Distinguuntur;* et *Illo,* id est illa re, illa ratione. Iam autem *Desiderium,* quod et alii viderunt, necessario inserendum est; quippe eius definitio hic iteratur. Denique *Libido* in vetustissimis codicibus, ut in tuo etiam extat. *Est* autem minime hic convenit: cum haec sit series sententiae, *Ut desiderium sit, Indigentia sit.* Ergo aut *est* delendum erit, aut *sit,* substituendum; quod et Paullus Manutius animadvertit. Illud postremo sine dubio vides, falsum te coniecturae fuisse, cum reponeres *avere* et *cupere.* Quis enim dixerit, *desidero avere divitias, desidero cupere honores?* Ut ne addam, *avere divitias* ne Latinum quidem esse. *Aveo* enim nusquam usurpatur, nisi sequente verbo infinitivo, ut *Aveo scire, audire, videre,* et similia.

Cap. 11. *Nam cum est concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quasi quaedam Socratica medicina, quae* sanaret *eam cupiditatem, permanat in venas.*] Ratio temporum efflagitat, *ut sanet* dixerit, non *sanaret*: atque ita codex ille tuus praestantissimus.

Ibid. *Similiterque ceteri morbi, ut gloriae cupiditas, ut mulierositas* (*ut ita appellem eam, quae Graece φιλογύνεια dicitur*) ceterique

similiter morbi aegrotationesque nascuntur,] Qualis haec loquendi sartago est? *Similiterque ceteri morbi — ceterique similiter morbi.* Quis patienter tulerit tam frigidam iterationem? Lege, haud ita magna mutatione: *ceteri, inquam, similiter morbi.* Ita passim solet Cicero, ubi verba prius dicta, interiectis aliis, repetere cogitur.

Ibid. *Quae autem sunt his contraria, ea nasci putantur a metu: ut odium mulierum, quale in μισογύνῳ Attilii est; ut in hominum universum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur.*] Primus tu illud *Attilii* in textum recepisti, utpote quam ipsam Ciceronis manum esse neminem dubitaturum esse censes. Sane pro verissima amplectuntur Lambinus, Mercerus ad Nonium, et Gebhardus, et, ut opinor, alii plerique: favent enim codices, qui *in misso guno atili est* fere exhibent. Sed pace vestra liceat mihi lectioni huic controversiam movere. Primo, *τῆς μισογυνείας* exemplum poni hic *Hippolytum*, ut *τῆς μισανθρωπίας Timonem*, plane pro comperto habeo: idque colligo ex ipso Cicerone, qui mox haec brevius attingens, *Similiterque*, ait, *definitur et mulierum odium, ut* Hippolyti, *et, ut* Timonis, *generis humani.* Nam in utroque loco iisdem exemplis usum esse veri simillimum est, ne dicam certissimum. Sic Tusc. II, 13. *Num humana contemnentem potes dicere Prometheum aut Philoctetam illum?* Nempe de illo prius egerat C. 9, de hoc c. 7. Ita et Tusc. III, 24. Telamonis, Thesei, et Anaxagorae verba breviter recenset, quae antea fusius persecutus est C. 13. et 14. Unde ergo, aut quo modo *Hippolyti* exemplum inest in *Misogyno Attilii?* Quisnam iste Attilius? Poeta, inquiunt, Comicus, qui fortasse Menandri Fabulam *Μισόγυνον* Latine vertit. Esto: etsi hoc sit hariolari: sed quid Comoediae cum Hippolyto? qui, ut Heroem decuit, non socco comico, sed cothurno semper incedebat. Ergo potius fuerit Attilius Tragicus, quem Sophoclis Electram male Latine convertisse narrat Noster De Fin. I, 2. Idem igitur et Euripidis Hippolytum fortasse converterit. Sed rogo vos, cur potius hunc ineptum et *ferreum scriptorem* nominaverit Cicero, quam Euripidem ipsum? aut cur nomen Dramatis ex Hippolyto factum est Misogynus? Tantisper dum hi scrupuli eximantur; equidem, Attilio hoc valere iusso, sic potius locum refinxerim. *Ut odium in mulieres, quale μισογύνου Hippolyti est; ut in hominum universum genus, quod accepimus de Timone.* Sane quin *odium in mulieres* scripserit Noster, vix dubitet qui id quod sequitur animadvertat *in universum genus:* quanto enim hoc concinnius? Cum autem *τὸ in*, inter duo *m* collocatum, facile, ut fit, absorberetur; reliquum erat, ut Librarii verbum sequens interpolarent.

Cap. 12. *Haec igitur proclivitas ad suum quodque genus, a similitudine corporis, aegrotatio* dicitur: *dum ea intelligatur ad aegrotandum proclivitas.*] Audacter quamvis repone, *aegrotatio dicatur.* Ita postulant sequentia, *Dum intelligatur,* et *facilitas nominetur.*

Cap. 13. *Non enim omne vitium* partes *habet* dissentientes.] Quem locum sicco pede transilierunt alii, tu ingenue fateris te non capere, et medicinam tentas. Macte ea virtute. Sed vide, an et nos aliquid audiendum proferamus. Quid si legas, *Non enim omne vitium pares habet dissensiones.* Quorum haec erit sententia. Vitiositas, inquit, est affectio, *a se ipsa dissentiens.* Quae si gravior sit, tum ex corruptione opinionum *morbus* fit et *aegrotatio*: sin levior, *inconstantia* tantum fit, et *repugnantia.* Non enim omne vitium *pares* habet *dissensiones*: nam qui quam proxime ad sapientiam attigerunt, *discrepant* quidem sibi ipsi, sed non ita distorto et pravo animo sunt, ut alii stultitia et vitiis cooperti.

Ibid. Est *enim corporis temperatio — sanitas*: *sic animi dicitur*

!c.] Quicquid hic garriat Gebhardus, liquido apparet legendum esse, *t enim corporis — sic animi.* Nolo tibi tam servile esse ingenium, t in manifestissimis haereas; quia libri non ad literam ea exhibeant. ic paullo inferius: *et ut corporis est quaedam apta figura membro- um — sic in animo opinionum iudiciorumque aequabilitas.*

Ibid. *Sic in animo opinionum iudiciorumque aequabilitas et con- antia cum firmitate quadam et stabilitate, virtutem subsequens, aut irtutis vim ipsa continens, pulchritudo vocatur.*] Ita legendum et istinguendum est; non *vim ipsam*, ut libri scripti editique. Hoc ilicet vult; *Pulchritudinem* illam animi, aut ipsam in virtutibus umerandam esse, aut aliquid esse virtutem subsequens. Ita paullo rius, *Concordantia*, inquit, opinionum in animo, aut ipsa virtus emperantia est, aut aliquid eam subsequens, nec *habens ullam spe- iem suam.* Quam hic appellat *speciem*, illic nominat *vim.*

Cap. 14. *Nec vero in omnem morbum ac perturbationem animus ngeniosi cadit: non enim* multa *efferata et immania: quaedam autem manitatis habent primam speciem, ut misericordia, aegritudo, me- s.*] Vide, obsecro, illud *enim*: *Non* enim *multa efferata et immania.* uid tum postea, si non *multa* sint? An *idcirco* ingeniosi animus in cadere non potest? esto ut *pauca sint*; quid ipsa *paucitas* prohibet, uo minus in ea cadat? Et si ea pauca sunt *omnia*; quidni in *om- em morbum* cadat? Tu ex codice tuo praestanti repones, *Non enim multa*, cadit scilicet. Sane aliquanto melius: sed tamen laterem vas. Quid enim? an id satis est, si ingeniosus non cadat in *multa* fferata et immania? profecto nomen et laudem ingeniosi amittet, si *ulla* eiusmodi cadat; aut certe si in *ulla* immania cadere potest, uidni in *multa* et in omnia? gradatim enim in vitia labimur, et emo repente sit pessimus. Illud etiam quaero, cur, cum *morbum* et *rturbationem* dixisset, continuo neutrum genus posuit, *multa imma- a?* Defendi tamen hoc posse scio: et si de hoc non repugnas, tum gerim levicula mutatione, *Non enim in ulla efferata et immania.* in substantivum mavis, quo haec referantur; tum repono. *Non enim vitia efferata et immania.*

Ibid. *E quibus quoniam tamquam e* scrupulosis *cotibus* enavigavit *ratio, reliquae disputationis cursum teneamus; modo satis illa dilu- de dixerimus pro rerum obscuritate.*] Quid sint *cotes* sive *cautes* imus omnes: unde igitur illud epitheton *scrupulosae cautes?* quod erinde est ac si Colosso Pygmaeorum vestes aptaveris. *Scrupulus* nim est lapillus minimus, qualis intra calceum forte incidens pedem ale cruciat. Viderat hoc, credo, Paullus Manutius, qui *scopulosis* lidit; viderat Lambinus, qui *scruposis* ex coniectura substituit. Quam uidem meo iudicio optimam Gebhardus vel nominare dedignatus t; tu quoque repudiasti auctoritate, ut credis, Prisciani; qui lib. VI. 713. *Specus*, inquit, *femininum invenitur*; *Pacuvius in Niptris*: *dvenio scrupulosam specum.* Verum is, quem advocatum tibi para- i, adversus te caussam dicit: certum quippe est Priscianum ibi ripsisse *scruposam*: locus enim integer extat apud Nonium in voce *pecus*, *Accius*, ait, (lege *Pacuvius*) *Niptris:*

Inde advenio *montem Oetam* scruposam specum.

uam lectionem sanam esse vel ratio versus, qui senarius est, satis tendit. Rectissime igitur Lambinus *scruposis cotibus* reposuit; um *scrupi*, teste Festo, *sunt aspera saxa et petrae naufragiorum pol- tae scelere.* Inde *scrupeus* et *scruposus* aptissimum *cautibus* epithe- n. Sic Virgilius *scrupea spelunca*, Pacuvius *scrupea saxa*, Apuleius *ruposum saxum*, Festus Avienus *scruposae rupes*, Lucanus V, 675.

Scruposisque *angusta vacant ubi litora* saxis.

ed de hoc satis: pergo ad id quod restat: non enim placet illud

Enavigavit; quod hic oppositum esse debet τῷ *cursum teneamus;* quemadmodum remis, τῷ velis sive ventis. Atqui *enavigare,* aeque convenit utrique; et remigio, et velificationi. Quamobrem sic totum locum reformem, *E quibus quoniam tamquam e scruposis cotibus eremigavit oratio, reliquae disputationis cursum teneamus.* Cuius coniecturae sponsorem dabo ipsum Ciceronem, ubi de hac eadem re loquitur Tuscul. IV, 4. *Utrum igitur mavis, statimne nos* vela facere, *an quasi e portu egredientes paullulum* remigare? et c. 5. *Quaerebam igitur, utrum* panderem vela *orationis statim, an eam ante paullulum* Dialecticorum remis propellerem. Denique hoc ipso capite 14. lib. IV. *Nunc* vela, *quae* modo *dicebas, expectamus et* cursum.

Cap. 15. *Vitiositas, ex qua* concitantur *perturbationes; quae sunt, ut paullo ante diximus, turbidi animorum concitatique motus.*] Hic pro *concitantur* Mssti habent *cogitantur.* Unde alii ex coniectura *agitantur* vel *coagitantur.* Quae cum dura et coacta sint, tu *concitantur* admittis, favente praesertim Manutii codice. Ego, quis sit ille codex, nescio: illud scire videor, numquam Ciceronem tam illepide dicturum fuisse, *unde concitantur perturbationes, quae sunt concitati motus.* Enimvero si rem ipsam, non Librariorum manus spectamus, vix aliud scripserit, quam *oriuntur;* ut in protasi huius sententiae *Ex ea proficiscuntur.* Sic Tuscul. IV, 28. *Ex quo laetitia aut libido oriatur;* et ita passim.

Ibid. *Quae siquando* adepta est *id quod ei fuerit concupitum.*] Pro istis *adepta est* codices meliores habent *eadem piaretur,* vel *eadem putaretur,* vel denique *ea demptaretur.* Ubi tu certe veram lectionem vidisti, sed dum nimis presso pede vestigiis codicum adhaeres, corrupisti. Legis enim, *Quae si quando adepta retur,* quod pro elegante Hellenismo haberi velis. Esto: Flaccus forte vel Statius vel Silius ita loqui vellent: etsi vix eos crediderim: neque enim exemplum suppetit. At Cicero nequaquam; qui ubique post *reor* accusativos et infinitivos ponit. Lege itaque, quod tu opinor vidisti, sed repudiasti, *Quae si quando se adeptam retur:* ubi una dumtaxat litera additur, sicut in tua lectione demitur. Continuo sequitur

Ibid. *Tum* fert alacritatem, *ut nihil esse constet, quod agat: ut ille, qui voluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitratur.*] Ubi primum ingeniose tu reponis *Tum effertur alacritate,* cum codices quidam habeant *tum ea fertur alacritate.* Ita passim Cicero, *Effert se laetitia, Efferri laetitia, elatus laetitia.* Illud modo leviculum tuae coniecturae addo, legendum videri *tam* vel *ita* pro *tum,* ut referatur ad *ut: tam effertur alacritate, ut nihil constet quod agat.* Sic lego: tum, quod deinde considerandum venit, quid illud, quaeso, est, *nihil esse constet, quod agat?* Profecto *constet esse* nihil aliud notare poterit, quam *pateat, liqueat esse;* quod a sententia prorsus alienum est. Dele igitur τὸ *esse,* et lege, *Ut nihil constet, quod agat.* Nempe verba sunt, ut et illa sequentia, Poetae Comici, quae integriora habes apud Nostrum de Fin. II, 14.

Tanta laetitia auctus sum, ut nihil constet.

Sic ibi Victorius edidit, et sic tui codices: in aliis editionibus perperam fertur, *Ut mihi non constem:* quod ab interpolatoribus profectum est. *Constet* autem perinde valet, ac *congruat, suppetat, stabile firmumque sit.* Sequitur deinceps, *Ut ille, qui voluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitratur.* Respicit hic ad versum Trabeae poetae Comici; ut tibi recte est adnotatum. Epist. Fam. II, 9. sic eundem adducit. *In quo,* inquit, *cum obiurgarer, quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam. Ego voluptatem animi nimiam.* Ex his duobus locis facile eruitur versus Trabeae Trochaicus,

Ego voluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitror.

Numeri optime constant, et verba sunt plane eadem. Sed in sententia tamen nonnihil desidero. *Nimia*, ait, *laetitia est summus error*. Non agnosco argutiam, non aptum antitheton. Equidem tam apud Ciceronem, quam apud Trabeam sic olim extitisse suspicor,

Ego voluptatem animi nimiam summum esse Aegrorem arbitror.

Ita erit pulcherrima et argutissima oppositio. *Nimia laetitia est summa aegritudo*: quales fere occurrunt in Mimis Publii Syri.

Haeredis fletus *sub persona* risus *est.*
Beneficium dando accepit, *qui digno* dedit.
Aleator, quanto in arte est melior, *tanto est* nequior.

Ceterum *aegror* pro *aegritudo* aliquoties exstat apud Lucretium, et Trabeae aetati apprime convenit.

Cap. 17. *Quid enim videatur ei magnum in rebus humanis, cui aeternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo?* Nam quid *aut studiis humanis aut in tam exigua vitae brevitate magnum sapienti videri potest, etc.*] Si attendis ad orationis seriem, videbis illud *nam* supervacuum esse, et frustra impedire sententiam. Lege sine dubio, *Numquid aut in studiis humanis* etc.

Cap. 19. *Cui non sunt auditae Demosthenis vigiliae? qui* dolere se aiebat, *si quando opificum antelucana victus esset industria.*] Quantivis pretii est lectio tui codicis, *Dolore se angebat*, quae tanto vulgata est melior, quanto maius est re ipsa dolere, quam id prae se ferre.

Cap. 20. *Nam cum dissolutus filius*, Heu me miserum! *tum severus pater*, Dummodo doleat aliquid, doleat quod habet.] Haec Afranii verba unum Trochaicum constituunt, et sic disponi debent:

F. Heu me miserum! P. Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet.

Cap. 21. *Quid est igitur, quod occurrat in hac quaestione*, e qua *possit attingi aliquid veri simile?*] Inepta lectio est, *e qua*: quippe dicendum fuerit, *e quo*, ut referatur ad *Quid*. Sed sine dubio scripsit Cicero, *in hac quaestione*, qua *possit attingi.*

Ibid. *Quid ad has definitiones* possim *dicere?*] Non erat Ciceronis oppugnare definitiones, quas ipse attulerat et probaverat. Lege ergo, *Possint dicere*, hoc est, Peripatetici, qui cum Stoicis de hac re disceptabant. De his paullo ante est locutus.

Ibid. *Colloquuntur* (gladiatores) *congrediuntur, queruntur, aliquid* postulant, *ut magis placati, quam irati esse videantur.*] Non video, quomodo *aliquid postulare* sit signum animi placatioris. Tu vero fidenter repone, *Queruntur aliquid, Expostulant.* Nihil aptius veriusve. Nam qui acerbius stomachantur, et ira excandescunt, dedignantur expostulare. Sic *queror et expostulo*, cum alibi apud Nostrum iunguntur, tum in his Tusc. V, 5. *Virtutes autem noli vereri, ne* expostulent et querantur *se a beata vita esse relictas.*

Ibid. *Occidam illum equidem et vincam, si id quaeritis, inquit.*
Verum illud credo fore, in os prius accipiam ipse,
Quam gladium in stomacho, sura, *ac pulmonibu' sisto.*
Odi hominem, iratus pugno, etc.]

Digladiantur hic interpretes de lectione illa *Sura*, non minus quam ipsi gladiatores Aeserninus et Pacideianus. Sane, cum in *Sura* vulnus minime letale fit, merito ab omnibus hoc repudiatur. Turnebus substituit *fibra* vel *lura*; neque plausores invenit. Douza pater *Hira* substituit, ut et ipse in Plautinis memorat, et filius in Lucilianis: quod adsciscit atque adeo pro suo venditat quidam maledicentia sua notus, cui si sua sibi convicia regerere quisquam vellet, *furta* eius *teterrima* ac *foeditates* et hic et alibi arguere posset: quae probra

viro maximo, et cum doctrina, tum virtute et dignitate illustrissimo *Ezechieli Spanhemio* obiicere non erubuit homunculus eruditione mediocri, ingenio nullo. Nam quod me eadem calumnia aspergere, et una cum Heroe illo coniungere voluit, magnam sane eo gratiam a me inivit, quod maledictum vehemens arbitratus est. Ego vero neque hoc eum a Douzis surripuisse dixero, neque illud Tuscul. II, 7. *virus vulneris* a Gerhardo Vossio: omnes enim in multa incidimus, nescientes illa iam ab aliis esse occupata. At, quod vero demum opprobrio esse debet, utrumque hoc mendosum esse dico atque illo dignum. [Invehitur h. l. Bentleius in Jacobum Gronovium.] Sed redeo, unde abieram. Josephus Scaliger, cuius sententiae suam adscribit Douza filius, sic locum refingit:

Verum illud credo fore, in os prius occipiam *ipse;*
Quam gladium stomacho, sicam *pulmonibus sisto.*

Quod ipse sic explicat, *Prius,* inquit, *occipiam sistere gladium in os Samnitis, quam ipsum sisto in pulmonem.* Hoc enim plane gladiatorium prius os petere, quam corpus. Equidem nollem hoc a viro magno profectum; plane enim pervertit sententiam loci, quae est huiusmodi; Veretur hic Pacideianus, ne ipse adversarii gladium in os suum prius *accipiat,* quam gladium suum in stomacho ac pulmonibus adversarii sistat. Cur hoc? *quia odi,* inquit, *hominem, et iratus pugno.* Notum est autem, qui animo concitatiore pugnant, non tam sibi cavere, quam vel periculo suo hostis exitium quaerere: atque adeo mutuis plerumque vulneribus concidere: ita Eteoclem et Polynicem, ita L. Brutum et Aruntem Tarquinium, utrumque, ut mox ait noster, *cominus ictu cecidisse contrario.* Hoc ergo metuit Pacideianus; et liquido inde apparet Scaligerum cum suo *occipiam* tota via aberrasse. Pergit vero nos docere rem antea inauditam, *Gladiatores, et sica et gladio simul pugnasse:* qui fundus est alterius coniecturae, ubi pro *sura* substituit *sicam.* Unde vero hoc compertum habet? Ex corruptis Suetonii verbis apud Isidorum XVIII, 6. quae recte emendata habes in Lipsii Saturnalibus lib. II. c. 9. Ergo Scaligeri emendationem missam faciamus. Tua restat, ingeniosa ea profecto; nam ex codicum aliquot lectione *Furia* reponis *Furii,* ut sit nomen alterius gladiatoris cum Pacideiano hoc compositi. Sed *Furi* opinor voluisti: scis enim nomen gentile *Furius* et *Furia* producere primam syllabam apud Catullum, Horatium, Ovidium, Martialem, alios. Illud tamen in tua lectione incommodum est et parum verisimile, quod nomine suo tam honorifice hic appellet adversarium; quem tam male oderat et contempserat. Id, opinor, dedignatus esset: et praeterea id ei nomen fuisse non est veri simile. Ceterum, si meam tandem coniecturam hic postulas, ea sic habet; si non vera et certa, probabilis saltem et ad codices quam proxime accedens.

— In os prius accipiam ipse,
Quam gladium in stomacho furiae ac pulmonibu' sisto.

Recte opinor *Furiam* nominat *spurcum illum hominem* et inhonestum, *Aeserninum Samnitem*; is enim erat cum ipso commissus. Sic Cicero saepe, *illa furia,* de viris quos oderat verba faciens. Illud certe ipsa sententia flagitat, ut nomen aliquod hic veniat, quo Samnis ille denotetur: *Prius,* inquit, *in os* ipse *gladium accipiam, quam in* illius *stomacho sistam.* Unde omnes illae praeter tuam coniecturae, *fibra, lura, hira, sura, sicam* una ruina concidunt.

Cap. 23. *Semper Aiax fortis, fortissimus tamen in furore.*
Nam facinus fecit maximum, cum Danais inclinantibus
Summam rem perfecit manus; praelium *restituit insaniens.*]

Sunt Iambici octonarii ex comico quodam producti: unde frustra hic historiae veritatem quaeras. Sed illud *praelium* non placet; cum

quia versum corrumpit, neque enim quod tu postulas in duas syllabas coarctari potest; tum quia *praelium restituere* nec facinus maximum est, nec res summa. Praelium quippe restituitur saepe, et tamen nihilominus victoria amittitur. Equidem sic poetam dedisse puto,

Summam rem perfecit manu, rem restituit insaniens.

Scis illud Ennii et Virgilii,

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

Ceterum, cum in *rem restituit*, τὸ *rem* absorberetur a syllaba sequente, Librarii vocem illam *praelium* ad supplendam orationem inseruerunt.

Cap. 24. *Tracta* definitionem *Fortitudinis: intelliges eam stomacho non egere.*] Codices plerique *definitione* habent. Tuus ille egregius pro varia lectione ponit *definitiones*. Rectissime: plures enim mox enumerat; de quibus sic loquitur, *Superiores* definitiones *erant Sphaeri — sunt autem omnino* omnes *fere similes.*

Ibid. *Quamvis licet insectemur istos, ut Carneades solebat; metuo ne soli philosophi sint.*] Bene quidem, quod lectionem hanc *Quamvis licet*, in textum recepisti. Sed dum utramque particulam eiusdem potestatis esse credis, erras cum aliis quibusdam viris doctissimis. *Quamvis* enim hic valet *quantumvis*, non *quamquam*. Itaque nullus hic est quem somniant pleonasmus; neque in ceteris exemplis quae congessisti. Apuleii locum sic distingue: *Quamquam, etsi districtius me Magum dixisset, posset videri excusabunda.* Ubi ordo est, *Quamquam posset videri excusabunda, etsi* etc. Neque hic ergo est Pleonasmus. In loco Varronis, *Itaque ideo*, est *itaque ob eam caussam*; nullo prorsus Pleonasmo. Phaedri autem locus mendosus est, neque ex eo quidquam argumentari poteris. Ceterum hunc leviculum errorem abunde mox compensas loco illo feliciter restituto, *Cum omnia sint in moribus vitia, iracundos solos morosos nominaverunt*; quae egregia est emendatio et plausu omnium excipienda.

Cap. 26. *In* hanc *tu igitur, tamquam in mare quod est ventis subiectum, perturbationem cadere tibi dixisti videri?*] Tu cum Victorio et Gebhardo *Hanc* in textum admittis, ut referatur ad *Sapientiam*, quae proxime praecesserat. Sed omnino legendum *hunc*, ut Lambinus et Aldus dederunt; *Sapientem* scilicet, de quo paullo ante locutus est. Hoc sane efflagitant sequentia, *Cui nihil repentinum, quod homini evenire potest.* Quippe omnino ad *Sapientem* spectant, non ad *Sapientiam*. Adde locum, ad quem alludit hic Cicero, Tuscul. IV, 4. *Non mihi videtur omni animi perturbatione posse sapiens vacare.*

Ibid. *Quid est, quod tantam gravitatem constantiamque perturbet? an improvisum* aliquid *aut repentinum? quid potest accidere* tale, et cui nihil *quod homini evenire possit?*] Ita codices plerique habent, sensu aut impedito, aut nullo: ut tu recte vidisti: recentiora exemplaria addunt *subitum* aut *ne praemeditatum*. Sed haec ab interpolatoribus sunt. Equidem existimo me veram lectionem eruisse; quae sic se habet. *An improvisum aut repentinum quid accidere potest ei; cui nihil tale, quod homini evenire possit?* Certe *ei* pro *et* etiam codices et priores editiones agnoscunt. *Aliquid* ab iis additum est, qui *repentinum quid* male intellexerant. Tota vero sententia quanto iam rotundior est, et numerosior, et castigatior? Porro in verbis continuo sequentibus, *Nam quod aiunt nimia resecari oportere*; etsi ferri sic possunt, malim tamen, *iam quod aiunt.*

Cap. 27. *Utrum illud*ne non *videatur aegre ferendum, ex quo suscepta sit aegritudo, an omnium tollenda omnino aegritudo?*] Victorius et tuus codex *illudne videatur*. Aldus *illud non videatur*. Legendum iam videram, *Utrum illud necne videatur aegre ferendum:* ut mox c. 29. *Non est quaerendum, bonum illud necne sit, quod libi-*

dinem moveat, sed libido ipsa tollenda est. Postea codicem tuum Petrensem ita diserte habere intellexi.

Ibid. *Aegritudine autem sublata propriis rationibus, quibus heri usi sumus, quodammodo etiam paupertatis* malum *tollitur.*] Non placet illud *paupertatis malum:* quippe alienum est ab hac disputatione, concedere paupertatem esse malum: deinde si *aegritudo omnino sublata* sit, non *quodammodo,* sed prorsus omnino paupertatis malum tollitur. Quamobrem non auro contra cara est Palatini codicis lectio, quam Gebhardus memorat, *etiam paupertatis nomen tollitur.* Rectissime: nam qui nihil desiderat, nihil sibi deesse queritur aut aegre fert, cur pauper est vocandus? Seneca Epist. II. *Honesta, inquit Epicurus, res est laeta paupertas. Illa vero non est paupertas, si laeta est: cui enim cum paupertate bene convenit, dives est.*

Cap. 28. *Sed omnis eiusmodi perturbatio* animi placatione *abluatur illa quidem, cum doceas, nec bonum illud esse, ex quo laetitia aut libido oriatur, nec malum, ex quo aut metus aut aegritudo.*] Vix crediderim occultius aut sanatu difficilius mendum in toto Cicerone latitare. Vel prima fronte displicebat illud *placatione,* idque multis nominibus. Nam profecto *perturbationem animi placatione ablui* perinde est ac si dicas *morbum levari sanitate:* quid huiusmodi sententiis proficimus? adhuc enim quaerimus, unde ista placatio aut sanitas sit petenda. Deinde ista *placatio* in rebus externis hic ponitur; nempe res formidatas non esse malas; expetitas, non bonas: prorsus absurde. Placatio enim potius fit, cum ipsa intus aegritudo leniatur, utcumque se habeant res externae. Tandem, cur *abluatur* subiunctivo modo, et non potius *abluitur* hic dixerit, nullus videbam. Equidem semel atque iterum locum legi, frustraque acumen admovi: sed mox perlectis quae sequuntur ad veram lectionem quasi manu ductus sum. Ea, ni valde fallor, sic se habet. *Sed cum omnis eiusmodi perturbatio duplici ratione abluatur:* illa *quidem, cum doceas nec bonum illud esse ex quo laetitia aut libido oriatur: nec malum, ex quo aut metus aut aegritudo: verumtamen* haec *est certa et propria sanatio, si doceas ipsas perturbationes per se esse vitiosas, nec habere quidquam aut naturale aut necessarium.* Vides, opinor, duplicem rationem sanandarum perturbationem hic statui: eo enim respiciunt *illa* et *haec.* Posteriorem hanc noster magis probat; de qua mox verba facit cap. 29. *Quare omnium philosophorum, ut ante dixi, una ratio est medendi; ut nihil quale sit illud quod perturbet animum, sed de ipsa sit perturbatione dicendum.* Ubi illud notes velim, *rationem* dici, non *placationem.* De priore illa sic loquitur hoc ipso capite: *Illa autem altera ratio et oratio, quae simul et opinionem falsam tollit et aegritudinem detrahit, ea quidem raro proficit, neque ad vulgus est adhibenda.* Ecce *alteram rationem* habes non *placationem.* Recte igitur emendavimus *duplici ratione;* neque multum adeo abludit a scriptura codicum *ani placatione.* Locutionem vero alibi habemus, Tuscul. V, 10. *Duplexque ratio perturbationis sit.* Cum autem inseruimus, sequente *Verumtamen;* ut passim apud Nostrum occurrit. *Cum — tamen.* Sic Horatius,

Teucer Salamina patremque Cum *fugeret,* tamen *uda Lyaeo.*
Martialis II, 7.

Nil bene cum *facias, facis* attamen *omnia belle.*

Ibid. *Illa autem altera ratio et oratio, quae simul et opinionem falsam tollit, et aegritudinem detrahit, est ea quidem* utilior, *sed* raro proficit, *neque est ad vulgus adhibenda.*] Nihil vidi tetrius foediusve hac lectione; quae tamen omnes ubique codices inquinavit. *Est,* inquit, *utilior, sed raro proficit.* Qui, malum, si non *proficit utilis* esse poterit? aut quid interest inter *utilem esse* et *proficere?* O dura inter-

pretum ilia, qui haec ferre et devorare potuerunt? Lege minima alteratione, *Est ea quidem subtilior, sed raro proficit, neque est ad vulgus adhibenda.* Nihil verius: Ita Seneca Epist. LXXXII. *Acuta sunt ista quae dicis: nihil est acutius arista, quaedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit.* Contra, Cicero his ipsis Tusculanis V, 33. *Vides, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit; non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen.* Ceterum ideo *subtilior* erat ista ratio et oratio, quia, Nihil esse in rebus externis aut bonum aut malum, non nisi contortis syllogismorum conclusiunculis probari possit, quorum nimiam subtilitatem atque adeo spinositatem non semel sugillat Noster.

Ibid. *Inter omnes enim convenire oportet, commotiones animorum a recta ratione aversas, esse vitiosas: ut etiamsi nec mala sint illa, quae metum aegritudinemve; nec bona, quae cupiditatem laetitiamve moveant, tamen sit vitiosa ipsa commotio.*] Levius certe vitium est, metuere quae mala sunt, et cupide appetere quae bona sunt; quam quae his contraria: illud enim imbecillitatis modo est, hoc etiam stuporis. Quale igitur hoc est quod dicit, *Vitiosum est commoveri metu, etiamsi non sit malum, quod metuas?* Enecat nos profecto, cum dicit *etiamsi:* eo enim efficitur, ut gravius crimen existimet, metuere malum, quam non malum. Quo quid absurdius fingi potest? Recte ergo Fulvius Ursinus, qui ex suo codice legebat, *Etiamsi mala sint — bona, quae cupiditatem;* illo *nec* utrobique deleto. Recte quoque Lambinus, qui ex coniectura proferebat, *Etiamsi et bona — et mala.* Quos cum tu refutare hic aggressus es, alibi sine dubio occupatum animum habuisti: et certo scio, quo es iudicio et acumine, ubi tua recensendi tibi otium erit, spongia istam adnotationem corriges.

Ibid. *Constantem enim quendam volumus, sedatum, gravem, humana omnia* prementem.] Qui primus sive ex codice sive ex coniectura *spernentem* protulit, is profecto si oraculum consuluisset, haud potuisset verius quid pronunciare. Tu tamen post Lambinum *spernentem* illud spernis, receptam lectionem retines. *Premere,* inquis, est *calcare*: apud Poetas quidem: et apud eos ipsos *pede premere* vel aliud quid adiunctum significationem istam efficit. At ubique apud Nostrum *Premere* est *urgere, gravare, vexare*; semperque in se continet notionem laedendi: quae huic loco minime convenit. Lege itaque, si sapis, humana omnia *spernentem*; cui voces plane gemellas *contemnentem, despicientem* quoties in his ipsis libris habemus? Tuscul. I, 40. *Totam vim bene vivendi in omnium rerum* humanarum contemptione ac despicientia *ponamus.* II, 4. *Te natura altum* et humana despicientem *genuit.* II, 11. *Quid? fortitudini et rerum* humanarum despicientiae, *quomodo respondebis?* II, 13. *Num fortem, num gravem, num* humana contemnentem *potes dicere Prometheum?* III, 7. *Qui invictus sit, eum* humanas res despicere, *atque infra se positas arbitrari.* III, 17. *Ut omnia,* quae possunt homini evenire contemnas, *et pro nihilo putes* IV, 23. Contemnendae *sunt* res humanae; *negligenda mors est.* V, 1. *Omnia quae cadere in hominem possunt, subter se habet: eaque* despiciens casus contemnit humanos.

Cap. 31. *Atque ut confidere decet, timere non decet: sic gaudere decet, laetari non decet.*] Lambini emendationem *Diffidere* tu argumentis refutas: mihi contra, quod salva amicitia fiet scio, omnino videtur recipienda. Nam quemadmodum *gaudere* et *laetari* inter se opponuntur, ita *timere* ac *diffidere:* par utriusque oppositionis ratio et gradus est. At *confidere* et *timere* eo modo inter se opponuntur, quo *gaudere* et *moerere;* non utique *laetari.* Haec cum ita sint, qui stare possit vulgata lectio, non equidem video. *At,* inquis, *diffidere numquam decet.* Cur sodes illud? quia *Confidere in laude ponitur*

Tuscul. III, 7. *ergo hoc vituperio sit, necesse est.* Quod perinde est ac si dicas, Quia liberalitas laudi datur, ideo frugalitas vitio vertenda est. Immo vero utrumque decet in loco et pro re nata: ut enim confidere fortis est et animosi, ita diffidere cauti et providi. Sic ipse de se Tuscul. I, 31. *Nihil nimis oportet confidere;* et Tuscul. V, 1. *Mecum ipse considerans, huic incipio sententiae diffidere.* De Divin. II, 3. *Quaeram omnia, dubitans plerumque, et mihi ipse diffidens.* Iam quod apud Nonium in *Laetari*, ubi hunc locum laudat, *confidere* hodie legitur, equidem editorum fidei curaeque diffido, et vereor ne ad vulgata Tullii exemplaria locum refinxerint: sed utcumque sit, non est ea Nonii auctoritas, ut cum sententiae dispendio codicibus eius adhaereamus.

Ibid. Fores patebunt, *de improviso Chrysis ubi me adspexerit,*
Alacris obviam mihi veniet, complexum exoptans meum,
Mihi se dedet.
Quam haec pulchra putet, ipse iam dicet:
Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.]

Haec cohaerent, et versum Trochaicum efficiunt, ut sunt illi priores:

Mihi se dedet: fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

et in priore versu lego, *Fori' patebit.*

Cap. 32. *Amor, quem Caecilius*
— deum qui non summum putet,
Aut stultum aut rerum esse imperitum existimat:
Cui in manu sit, quem esse dementem velit,
Quem sapere, quem insanire, *quem in morbum iniici,*
Quem contra amari, quem arcessiri, quem expeti.]

Gebhardus, Manuscriptis suis nimium deditus, revocavit illud *insanire*, nullo sensu. Cum enim prius dixisset, *esse dementem*, cur hic putide repeteret *insanire?* Hoc si Gebhardus cogitasset, et antithetorum rationem vel per nebulam vidisset; quod in aliis editionibus fertur *Sanari* longe ei praeferendum visum esset Librariorum scripturae. Versum autem postremum tu pulcherrime emendasti: sed si ad illud *contra* paullum attenderis, cui verbo nihil nunc est quo possit referri; omnino vel invitus fateberis versum integrum ex hoc loco excidisse; ut saepe evenire solet, cum plures versiculi, ut hic, eodem vocabulo inchoantur. Equidem locum hunc Caecilianum ad hunc ferme modum puto olim exstitisse.

Ego vero, Amorem *deum qui non summum putet,*
Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimo:
Cui in manu sit, quem esse dementem velit,
Quem sapere; *quem* sanari, *quem in morbum iniici;*
Quem odio esse, quem contemni, quem exoludi foras:
Quem contra amari, quem expeti, quem arcessier.

Cap. 33. *Quid denique homines doctissimi et summi poetae* de se ipsis *et carminibus edant et cantibus?*] Lege *de se ipsi*, ut Cicero aliique veteres semper loqui solent.

Cap. 34. *Qui amor siquis est in rerum natura, sine sollicitudine, sine desiderio, sine cura, sine* suspirio, *sit sane*] Quantivis pretii est lectio editionum veterum, et codicum aliquot, in quibus tuus ille est vetustus, *Sine suspicione;* idque vel ob unum illum Terentii locum,

In amore haec omnia insunt vitia, iniuriae,
Suspiciones, *inimicitiae, induciae.*

Et tamen nota sunt *Suspiria amantum:* ergo utrumque est probum: ut nescias, utri palma danda sit.

Cap. 36. *Ira vero*, quae quamdiu *perturbat animum, dubitationem insaniae non habet: cuius impulsu exsistit etiam inter fratres tale iurgium.*] Sine dubio mendosa lectio, idque duplici ratione. Nam si

quae legis, nihil est quo *Ira* referatur. Illud vero *Quamdiu* ineptum est; quippe Ira semper perturbat animum, usque dum in animo est, ut nullus locus sit τῷ *Quamdiu*. Codex tuus notae optimae, *Quae, quum diu:* in Gebhardi vero codice *quae* abest. Ergo ex utroque sic lege, *Ira vero, quum diu perturbat animum, dubitationem insaniae non habet.* Nihil clarius. Ira enim per se *brevis furor* definitur, *brevis insania, initium insaniae*: Ergo ira, si diuturna est, ipsa est insania.

Ibid. *Quis homo te exsuperavit umquam gentium impudentia? Quis autem malitia te?*] Trochaici sunt, et metri ipsius ductu facilis est emendatio. Sed quid est illud *Umquam gentium?* Quis umquam ita locutus est? *Umquam* enim ad tempus spectat, *gentium* ad locum: quae duo sunt dissociabilia. Lege totum locum,

A. Qui *homo te exsuperavit usquam gentium impudentia?*
M. *Qui autem malitia te?* —

Plautus Poenulo IV, 2.

Neque periurior, neque peior alter usquam *est gentium,*

et Pseudolo I, 1.

Neque cui libellae spes sit usquam gentium.

Sic *nusquam gentium, ubi gentium,* passim.

Ibid. *Quae igitur hae erunt moles? audi Thyestem ipsum:*
Impius hortatur me frater, ut meos malis miser
Mandarem natos.
Eorum viscera apponit: quid enim est, quo non progrediatur eodem ira, quo furor?] Multa hic medica manu indigent: quid enim illud *hae erunt moles?* Nam cum Atrei verba fuerint, *Maior mihi moles*; dicendum utique fuerat, *Quae igitur haec erit moles*; quod Lambinus dedit ex coniectura. Sed alio nos ducunt exemplaria, quorum alia habent, *quo igitur hae erunt moles,* alia *quo igitur haec eruit moles.* Lege parva variatione, *Quo igitur haec erupit moles?* Certissima haec emendatio est. Ita passim Cicero aliique: Epist. ad Quint. Frat. II, 15. *Sin aliquis erumpet amentis hominis furor*: sic et dicunt, *erumpere in omne genus crudelitatis; in perniciem publicam* etc. Sequentia autem sic lego et digero,

Impius me hortatu' *frater, ut meos malis miser*
Manderem *natos, eorum viscera apponit.* —

Posteriora enim illa sunt poetae verba, non Ciceronis. *Hortatus* autem lego, non *hortatur ut manderem*; quod ob temporum rationem perversam ne Latinum quidem est.

Ibid. *His* autem *subtrahendi sunt ei*] Nollem te hic deseruisse Gebhardum, qui ex Victorio et scriptis Palatinis recte dedit *aut*, non *autem*. Quod ipsa orationis series ostendit probe factum esse: *aut subtrahendi sunt ei — aut rogandi orandique.*

Cap. 37. *Ab ipso autem Socrate sublevatus, qui illa sibi* signa, *sed ratione a se deiecta diceret.*] Quid *signa* hic faciat, non video: et probo coniecturam cuiusdam, quam Gebhardus memorat, *illa sibi ingenita:* nisi forte mavis *insita* vel *innata.* Certe aliquid huiusmodi sit necesse est.

Cap. 38. *Sed et aegritudinis et reliquorum animi morborum una sanatio est, omnes opinabiles esse et voluntarios;* eaque re *suscipi, quod ita rectum esse videatur. Hunc errorem quasi radicem omnium malorum stirpitus philosophia se extracturam pollicetur.*] Pro *et* manuscriptus tuus optimus, *Quia:* melius profecto, et rotundius: si sententiam recte interpungas. *Sed* quia *aegritudinis et reliquorum animi morborum una sanatio est, omnes opinabiles esse et voluntarios*; ea reque *suscipi, quod ita rectum esse videatur: hunc errorem, quasi radicem*

malorum omnium, stirpitus Philosophia se extracturam pollicetur. Placet etiam *ea reque* potius quam *eaque re:* ut Tusc. V, 8. *Contra Brutumne me dicturum putas?* non, *Contrane Brutum.* Ita Cicero ubique loqui amat, ut Fin. IV, 12. *Aut voluptatis, non dolendive particeps.*

AD LIBRUM QUINTUM.

Cap. 4. *Numeri motusque tractabantur, et unde omnia orirentur, quove* recederent] Utinam in textum recepisses certissimam cuiusdam emendationem, quam Lambinus aliique memorant. *Quove recederent.* Nam *recidere* oppositum est τῷ *oriri*: non *recedere* quod prorsus aliud est. Ita Noster De Nat. Deor. II, 26. *Diti patri, qui Dives, ut apud Graecos Πλούτων, quia et* recidant *omnia in terras et* oriantur *e terris.* Lucretius I, 866.

At neque recidere *ad nihilum res posse, neque autem*
Crescere *de nihilo testor res ante probatas.*

et V, 280. *Haud igitur cessat* gigni *de rebus, et in res*
Recidere *assidue, quoniam fluere omnia constat.*

Enimvero paene poenitet me huius opellae frustra, ut videtur, navatae; cum videam certissimas aliorum correctiones iam saeculum et amplius ab editoribus neglectas esse: nisi id fortasse evenerit, quod eae nudae expositae fuerint: nostrae vero, nisi fallor, et rationibus tectae munitaeque sunt, et signis suis ac monumentis apparentibus sunt agnoscendae.

Cap. 5. *Non mihi videtur ad bene vivendum satis posse* virtutem.] Mihi quoque idem, quod Lambino, videtur, legendum esse *Virtus.* Ita enim Cicero ubique loqui solet, ut Tuscul. III, 4. Videtur *mihi cadere in sapientem* aegritudo. Et I, 15. *Malum mihi* videtur *esse* mors. IV, 4. *Non mihi* videtur *omni animi perturbatione posse* sapiens *vacare.* At in loco hoc postremo codex tuus *sapientem* habet. Quid tum? nullus alius codex accusativum hic agnoscit: in ceteris ne ipse quidem. Immo hoc ipso magis verisimile fit, Librarios omnes errare potuisse: quod tuus ille insignis erraverit, cum eo deteriores rectum cursum tenerent. Nempe ita loqui solebant ipsi Librarii, si quid literis mandarent; et vix sibi temperabant, quin Ciceronem ad suam normam exigerent. Nam quod tu ex Sallustio accusativum hic defendis, alibi tibi mens erat, cum id scriberes; *Rectius esse* videtur *ingenii opibus gloriam* quaerere; *Arduum* videtur *res gestas* scribere. Quis enim ignorat infinitivos istos nominativi vim et potestatem habere? ut in illis, et aliis sexcentis:

Nec minor est *virtus, quam* quaerere, *parta* tueri.
Amare *iuveni fructus* est, *crimen seni.*

Cap. 7. *Nam Xerxes quidem refertus omnibus* praemiis donisque *fortunae.*] Illud *praemiis* iure Lambino displicuit: neque enim *praemia fortunae* Ciceronianum videtur. Fortunae *dona* sunt aut *munera*; *praemia* autem virtutis et dignitatis. Adde quod continuo sequatur, *praemium proposuit*: ut inevenusta fuerit repetitio. Sed quod idem Lambinus pro *praemiis, muneribus* substituit, in eo nimium quantum a codicibus recedit. Si hariolari liceret, sic coniicerem, *Refertus omnibus corporis bonis* et *fortunae. Bona fortunae* passim habes apud Nostrum. *Refertus bonis,* ut Tuscul. V, 31. *Sic vita non solum si undique* referta bonis *est.* Quin et *Bona corporis et fortunae, Bona corporis, et externa* frequentissime iunguntur, ut II, 12. *Ut omnia praeterea, quae* bona corporis et fortunae *putantur, perexigua et minuta videantur.* Contra Tuscul. V, 8. *In malis autem sapientem esse*

posse, si essent ulla corporis aut fortunae mala. Vide Tuscul. V, 17. et 27. et 30. Mox de eodem Xerxe

Ibid. *Praemium proposuit, qui invenisset novam voluptatem: qua* ipse inventa *non* fuit *contentus: neque enim umquam finem* inveniet *libido.*] Multa hic errata sunt: principio, illud *inventa* neque apud Victorium habetur, nec Gebhardum; utpote quod repudiant omnes Manuscripti. Deinde ex mendosis editionibus retinuit Gebhardus *Ipse* et *Inveniet:* at Victorius cum tuo codice *Ipsa* habent et *Inveniret.* Rectissime. Lege totum locum parva unius voculae mutatione: *Praemium proposuit, qui invenisset novam voluptatem: qua ipsa non fuisset contentus: neque enim finem inveniret libido.* Noli dubitare, quin Ciceronis haec manus sit: nam in vulgata lectione id stulte affirmatur, *Novam voluptatem tum fuisse inventam.* Unde vero aut qui potuit? quis id prodidit, quis auctor est?

Cap. 8. *Item beatam vitam, etiamsi ex aliqua parte* clauderet, *tamen ex multo maiore parte obtineret nomen suum.*] Nollem te cascum illud et obsoletum *clauderet* a Gebhardo accepisse, dignius quidem Naevio et opicis illis scriptoribus, quam Cicerone. At habent aliqui codices apud Gebhardum. At alii meliores, in quibus tuus ille praestantissimus, *claudicaret.* His ergo accedamus, illis valere iussis: praesertim, cum Cicero *Claudicare* in hoc ipso sensu saepiuscule usurpet, codicibus nihil variantibus; illud ne semel quidem.

Cap. 9. *Vexatur autem ab omnibus* (*Theophrastus*) primum in eo *libro, quem scripsit de vita beata,* in quo *multa* disputat, *quamobrem is qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit.*] Quid hoc est, obsecro, *Vexatur ab omnibus in eo libro quem scripsit ipse?* Quid absurdius? Si *ob* vel *propter eum librum* dixisset, utique esset quod intelligere possemus. Nunc portentum plane narrat, ut aliquis in libro proprio ab aliis vexetur. Quid multa? Tu Librarios plorare iube, et sic rescribe. *Vexatur autem ab omnibus, primum quod in eo libro quem inscripsit De vita beata, multa disputarit, quamobrem is qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit.* Certe hanc emendationem postulat, cum ipsa sententia: tum apodosis sive redditio quae mox sequitur: *Primum* dixerat, vexatur, quod multa disputarit etc. quid *secundum?* hoc scilicet quod mox subiungit: *Vexatur idem Theophrastus, et libris et scholis omnium philosophorum, quod in Callisthene suo laudarit illam sententiam, Vitam regit fortuna, non sapientia.*

Ibid. *An malumus Epicurum imitari? qui multa praeclare saepe dicit: quam* enim *sibi constanter convenienterque dicat, non laborat.*] Et impedit et corrumpit sententiam illud *enim.* Quare furcillis est eiiciendum.

Cap. 10. *Solitudo, amissio* suorum, *graves dolores corporis, perdita valetudo, debilitas, caecitas, interitus patriae, exsilium, servitus. Denique in his tot et tantis, atque etiam quae plura possunt accidere, potest esse sapiens.*] Codices quidam habent *amissio carorum:* et sic loquitur Lactantius perpetuus Nostri imitator, Div. Instit. III, 17. *Videbat Epicurus bonis udversa semper accidere, paupertatem, labores, exsilia, carorum amissiones.* Nihil tamen muto: sed in sequentibus vitiosa interpunctio est, quae ex bona sententia insulsam reddit. Tu sic distingue: *Interitus patriae, exsilium, servitus denique. In his tot et tantis — potest esse sapiens.* Quod, ubi haec scripseram, etiam Lambinum recte edidisse video.

Ibid. Quod *si titulus hic delectat insignis et pulcher.*] Perperam hic Gebhardus ex suis codicibus reponit *Quod;* cum Lambinus, Aldus, Victorius, tuusque ille codex eximius *quos* habeant: quae certissima lectio est.

Ibid. *Neque* hunc *et haec loqui quae sunt magni cuiusdam et alti viri, et eadem quae vulgus in bonis et malis numerare, concedi* ullo *modo potest.*] Recte observas illud *Hunc* non posse hic locum habere: cum non de uno aliquo, sed de pluribus haec dicantur. Reponis igitur ex codice tuo, *namque et haec loqui — concedi Nullo modo potest.* Proprius tamen accedes ad reliquos codices, si sic legeris. *Neque enim et haec loqui — concedi* ullo *modo potest.* Quod et elegantius est.

Cap. 11. *Non ego hoc id quaerendum puto, verumne sit, quod Zenoni placuerit, quodque eius auditori Aristoni, Bonum esse solum quod honestum esset: sed,* si *ita esset,* tum ut *hoc totum Beate vivere in una virtute* poneret.] Multa hic peccantur. Primum illud *poneret* quo referendum? si ad Aristonem et Zenonem (alius autem nemo est) dicendum utique est *ponerent.* Sed nec hoc neque illud sanum sensum efficit. Quorsum enim aut quaerat aut optet, ut Zeno et Aristo beatam vitam in una virtute ponerent; cum id eos constanter fecisse et ipse saepe dixerit, et res sit notissima? Deinde series et apodosis orationis est vitiosa: *Non,* inquit, *quaerendum puto,* verumne *sit; sed* tum ut. Vides iam, opinor, τὸ ἀνακόλουθον: quod et Lambinus, acute interdum cernens, ubi ceteri caecutiunt, recte animadvertit: legit enim *tum utrum.* Recte hoc, si modo et illud insuper perspexisset, aliam tum sententiae medicinam adhibendam esse: quippe, *si ita esset,* ut Zenoni placuit, bonum esse solum quod honestum; nulla ultra *quaestio* foret, utrum vita beata in una virtute consisteret. Lege igitur totum locum: *Non ego hoc loco id quaerendum puto, verumne sit, — bonum esse solum quod honestum esset: sed, ni ita esset, utrum* (vel *rectene*) *hoc totum beate vivere in una virtute poneretur.* Hoc nempe illud est, quod Peripateticos tangit; qui, cum negarent solum bonum esse quod honestum, beatam tamen vitam sola virtute compleri voluerunt.

Cap. 12. *Neque enim laetabitur umquam,* nec *maerebit nimis,*
Quod semper in se ipso *omnem spem reponet sui.*]
Legendum puto,
Neque enim laetabitur umquam, aut moerebit nimis,
Quod semper in se ipse omnem spem ponet sui.
Ipse recte habet Victorius cum tuo codice: *Ponet* tu egregie reposuisti ex lege metri. In priore versu *aut* pro *nec* substituo: nam quod tu excogitasti, immodulatum est et absonum, etsi ad digitos numeri respondeant.

Cap. 13. *Alia semper virent; alia hieme nudata, verno tempore* tepefacta *frondescunt*] Codex tuus ex optimis, *patefacta.* An hoc voluit, *Verno tempore patefacto frondescunt?* ut Lucretius I, 10.
Nam simul ac species patefacta est verna *diei,*
Et reserata viget genitabilis aura favoni.
Sed nihil temere sollicitandum arbitror.

Ibid. *Hic agitur (animus) si est excultus, et si eius acies ita curata est, ut ne* caecaretur *erroribus, fit perfecta mens.*] Cum priores editiones omnes *caecetur* habuerint, tuusque codex optimus; Gebhardus caeco suorum codicum amore ductus *caecaretur* interpolavit. Quid hoc homine facias, qui ne temporum quidem rationem servet; quorum regulae in ipsis Grammaticae elementis docentur.

Cap. 14. *An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quo vita beata* complectitur, *si id possit amitti?*] In priscis editionibus ferebatur, *quod vita beata complectitur.* Lambinus cum in codicibus suis reperisset *Quo,* et itidem in suis Gebhardus; scriptorum codicum auctoritati uterque cesserunt; ita ut *complectitur* passive hic accipiendum existiment. Id cum tibi durum et sine exemplo

merito videretur, tu confugisti ad Hellenismum; quo pronomen eodem casu efferri solet ac nomen antecedens. Sed acri et castigato iudicio hic est opus. Quamvis enim verissimum sit hanc dicendi formulam apud Latinos obtinuisse, ut nos pluribus ostendimus ad illud Flacci Sermon. I, 6. vs. 65. *Iudice, quo nosti, populo;* ubi vulgo fertur *quem nosti:* illud tamen observandum est, [v. Krüger V. d. Attract. p. 262. *Mr.*] duntaxat hoc fieri solitum in verbis usus frequentioris, iisque fere aut primae aut secundae personae; quaeque ibi loci deponentium seu intransitivorum naturam habent. Sic in omnibus exemplis et tuis et meis, *Iudice, quo nosti*; *Caussa, qua dixi; Eorum, quorum consuesti*; *Illo, quo reris; Libro, quo dixi; Coloribus, quibus dixisti; Rationibus, quibus praescripsimus*; *Loco, quo commemoravi; Ratione, qua dixi; Ista sis aequitate, qua ostendis*; *Augurio, quo diximus*; *Numeri, cuius diximus*; *Spatio, quanto patiuntur; Militibus, quantis potuit.* Horum exemplorum speciem si attente consideres; intelliges profecto Hellenismum hunc non posse aptari isti, de quo agimus, loco: ubi nihil est illarum, quarum diximus, conditionum. Hoc enim si ubique liceret, omnis Latini sermonis ratio et analogia plane perverteretur. Quid ergo fiet? aut quo tandem pacto hic nodus solvetur? Id vero nullo negotio: quippe mendosum est illud *Complectitur;* quod sic emendandum: *An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quo vita beata completur?* Quid nunc videtur? nova lux, opinor, exoritur. Ita noster hoc ipso libro cap. 16. *Dicunt illi quidem: sed his vitam beatam compleri negant.* De Finibus III, 13. *Illi enim corporis commodis* compleri vitam beatam putant, *nostri nihil minus.* Ibidem IV, 20. *Negatis* vitam beatam *esse, quae* expleta *sit omnibus rebus, quas natura desideret,* et V, 13. *Ea enim* vita *expetitur, quae sit animi corporisque* expleta *virtutibus.*

Cap. 16. *Vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine aegritudine, sine alacritate* ulla, *sine libidine, nonne beatus?*] Ita omnes editiones codicesque, qui hodie supersunt; quinetiam et Nonius Marcellus, in v. *Alacritas,* si editoribus fides. Verumtamen, aut plane nullo sum iudicio, aut lectio haec a mala manu est, et Ciceroni inficianda. Quorsum enim *sine ulla alacritate?* Quid sibi commeruit *alacritas,* ut, cum cetera illa *metus, aegritudo, libido* nullo epitheto hic damnentur, ipsa quasi omnium teterrima, ne *ulla* quidem in viro constante esse debeat? an hanc tribus illis peiorem esse credendum est? Atqui tantum abest, ut peior sit; ut ipsa per se (nisi modum forte excesserit) laudanda sit atque optanda. Ita saepe Noster in se, in amicis, in toto Senatu *alacritatem* praedicat. Ac profecto qui sine *ulla alacritate* est, idem sit iners, torpidus, segnis, ignavus, aeger, maestus, miser denique necesse est. Quid ergo? tu illud *ulla* in malam rem ire iube, et lege meo periculo, *Sine metu, sine aegritudine, sine alacritate futili, sine libidine.* Nimirum cum secundum Stoicos perturbationum partes sint quatuor, *aegritudo, metus, libido, laetitia sive alacritas*; hanc ultimam, quia voces illae per se honestae sunt, et saepius in laude quam in vitio ponuntur, semper epitheto aliquo dehonestat, quo ostendatur eam aut fines suos excedere, aut mala de caussa oriri. Sic Tusc. IV, 4. *Restant,* inquit, *duae perturbationes, laetitia gestiens et libido.* Sic c. 6. *Laetitia gestiens vel nimia.* c. 7. *Profusa hilaritas.* c. 16. *Inanis alacritas.* c. 33. *Exsultans gestiensque laetitia.* IV, 14. *Insolens alacritas.* Lege ergo hic non adeo magna mutatione, *Sine alacritate futili*: ut Tusc. V, 6. *futiles laetitiae et exsultantes.* IV, 17. *Nec sitienter quid expetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat.*

Cap. 17. *Quo loco quaero, quam vim habeat libra illa Critolai,*

qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa; tantum propendere illam boni *lancem putet, ut terram et maria deprimat?*] Quid illud est, quod *boni lancem* dicit? cum in utraque lance fuerint *bona;* in illa *bona animi,* in hac *bona corporis et externa.* Hoccine a tot editoribus doctissimis tam patienter ferri? Lege vero, *Tantum propendere illam animi lancem putet.* Vel dele *boni,* et scribe, *Tantum propendere illam lancem putet*; Illam, hoc est, quam priorem nominavit. Noster De Fin. V, 30. *Audebo igitur cetera quae secundum naturam sunt Bona appellare; Virtutis autem amplitudinem quasi in altera librae lance ponere: Terram, mihi crede,* ea lanx *et maria deprimet.* Nota autem locutionis genus *ἰδιωτικόν.* Nam in bilance quae lanx praeponderat, non *deprimit* oppositam, verum elevat. Sed vulgaris sermonis errore labi, etiam sapienti et diserto concessum est.

Cap. 19. Similemne *putas C. Laelii unum consulatum fuisse, et eum quidem cum repulsa* (sic *cum sapiens et bonus vir qualis ille fuit suffragiis praeteritur, non populus a bono consule potius, quam ille a* bono *populo repulsam fert*) *sed tamen utrum malles* etc.] Multa hic medicinae indigent: Primum *Similene* potius legerim ex melioribus libris: deinde illud *Sic,* quod primus induxit Gebhardus, non est nauci. Cum enim verba haec sint corrigentis se, in eo, quod Laelium *repulsam tulisse* dixerat, τὸ *Sic* nullum hic locum habere potest. Priores editiones aliae *sed cum sapiens,* aliae *etsi cum sapiens*: quorum utrumvis Gebhardino illo melius; si modo, quod editores non vidisse demiror, illud *Non* eiiciatur; quod (illis positis) sententiae plane repugnat. Sic enim dicendum erat: *Sed* (vel *etsi*) *cum sapiens et bonus vir praeteritur, populus potius a Consule, quam ille a populo repulsam fert.* Sed duo optimi codices apud Gebhardum *Si cum* exhibent; quae lectio, ab illo minime intellecta, sola vera et genuina est. Sic enim locum totum constituo: *similene putas C. Laelii unum consulatum fuisse, et eum quidem cum repulsa* (*si, cum sapiens et bonus vir qualis ille fuit suffragiis praeteritur, non populus a bono consule potius, quam illa a vano populo repulsam fert*) *sed utrum* etc. ubi ordo est, *Si non potius populus a bono consule;* aptissima corrigendi formula. Porro etiam *Vano* reposuimus, cum ex prioribus editis, tum ex codice tuo praestanti. Sed cui non aut bilem aut risum moveat inanis illa Gebhardi exsultatio? *Correctores,* inquit, *quibus nihil vanius, diffuderunt vanitatem suam: quippe ex genuina lectione* a *bono* populo *fecerunt* a *vano. Eugepae!* Vide quanti est sapere: si is sapit, qui quoscumque Librariorum lapsus et deliria serviliter sequi instituit. Quid enim tibi vis, o bone, cum illa tua lectione *a bono populo?* qui sensus erit? quae sententia? quod antitheton? Nonne id saltem vidisti, sapientem ac bonum virum a bono populo repulsam numquam ferre? qui talem suffragiis suis praetereunt, non *boni* utique, sed *vani,* futiles, inconstantes, ventosi, mobilium Quiritium turba, vel peius denique quiddam sunt appellandi.

Cap. 20. *Dionysius, qui cum abundaret et aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum, haberet etiam more Graeciae quosdam adolescentes amore coniunctos,* credebat *eorum nemini.*] Mirum vero hoc et incredibile est, eum nemini suorum narranti quidquam fidem habuisse: hoc enim et nihil aliud est *credere.* Sed facilis est emendatio vel sine scripti codicis auxilio: tuus tamen ille diserte habet, *Credebat se eorum nemini:* quod est, committebat, phrasi tritissima. Firmat illud quod mox sequitur, *Sed convenis et barbaris corporis custodiam committebat.* et c. 20. *Huic quidem certe vitam tuam committis.*

Ibid. *Ita sordido ancillarique* artificio, *regiae virgines, ut tonstriculae, tondebant barbam et capillum patris.*] Non placet illud *artificio:* non enim profitebantur se tonstrices esse; sed eo munere fungi cogebantur. Quamobrem mirifice placet, atque adeo verissima est tui Codicis lectio, *Sordido ancillarique officio.* Propertius IV, 9.

Idem ego Sidonia feci servilia *palla*
Officia, *et Lyda pensa diurna colu.*

Horat. Serm. II, 6. — *Nec non* vernaliter *ipsis*
Fungitur officiis.

Plautus Cistellaria IV, 1.

Faciendum est puerile officium: *conquiniscam ad cistulam.*

Cap. 21. *Quamquam hic quidem Tyrannus, ipse* iudicavit, *quam esset beatus.*] Continuo videbam legendum esse *Indicavit.* Post vero apud Lambinum eam emendationem reperi, et bonis rationibus stabilitam. Quid hic Gebhardus? Contra eas rationes ne mutire quidem vel hiscere audet; codicibus tamen suis servum pecus obtemperat. Si hoc modo agitur; facilis sane provincia est procurare editiones, et a quovis administrari potest.

Cap. 23. Animum adverti *columellam non multum e dumis eminentem.*] Omnes ante tuam editiones *Animadverti* habent: tu *animum adverti* reponis: et, *Merito,* inquis, *hoc probat Jac. Gronovius.* Cur autem ille unius codicis lectionem tot aliorum auctoritati anteponit? Certe vel eo ipso nomine suspecta tibi esse oportuit, quod tali Critico, tam emunctae naris scilicet, placuerit. Scis enim qualia illi soleant esse in deliciis; obsoleta, rancida, coenosa, rostro denique suo suillo convenientia. Sed mittamus hunc, et ad rem ipsam veniamus. Non itaque hoc nunc agitur, an *animum adverti* ipsum per se recte dicatur: id enim certissimum, cum ex multis aliorum auctorum locis, tum praesertim ex Plauto et Terentio: verum ea lis disceptatur, an *animum advertere* recte dicatur transitive, ut accusativum post se recipiat: quale hic loci, *Animum adverti columellam eminentem;* et Divin. I, 36. ubi omnes codices sic legunt, *Experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem;* an hic *animum advertit puerum* dicere licuisset. Hoc nego; et in plerisque omnibus exemplis, quae contra afferuntur, non transitive sed absolute poni manifestum est. Sic de Offic. II, 18. quod disertissimus Graevius primus reponit, *Ut animum advertant, ne quos offendant.* Sic in Livii loco XXIV, 48. *Quam multarum rerum ipse ignarus esset, animum advertit:* ut primus ibi restituit Jo. Frid. Gronovius acerrimo vir iudicio, doctrina autem et acumine admirabili; qui si in vivis esset, nihil credo aegrius ferret quam filium sibi esse tam parenti dissimilem. Sic in plerisque aliis, quae aut ibi ab illo, aut a te hic adducuntur; quae omnia ad hunc Tullii locum nihil omnino faciunt. Unum modo alterumve est, quod huc facere videatur, ut Sallust. Iug. c. 93. *Animum advertit inter saxa repentes cochleas.* Hirt. de Bello Alex. c. 45. *Repente adversam ad se venientem navem animum advertit.* Equidem in his nolim hunc vel illum codicem sequi, cum multo plures codices et editiones omnes *Animadvertit* ibi habeant. Sed cum facilis hic sit Librariorum lapsio, quod in oratione soluta semper eo ordine veniant, nullaque voce interposita, *Animum advertit:* tutius erit ex poetis exempla petere; ubi *advertit* saepe praecedit *animum,* saepe verba media interveniunt. Atqui apud Plautum Terentiumque, ubi saepissime occurrit haec locutio, semper absolute ponitur, numquam transitive: nisi forte *hoc* addatur, quod ex vetere scriptura *huc* valere potest, *Nunc hoc animum adverte:* vel ἐλλειπτικῶς *Quae loquor, advertite animum: Nunc quam rem vitio dent quaeso advertite.* Si intra huiusmodi par-

ticulas consistitis, non equidem repugno. Sed si ad alia transitis, quod maius signum esse poterit id perperam fieri; quam quod ipsi Comici, apud quos plena Archaismorum seges est, numquam ita locuti sunt?

Cap. 26. *Quod tamen,* ut *habet se res, me tamen plaudente dicit.*] Sententia non recte procedit. Lege, *utut habet se res, me tamen;* hoc est, *utcumque habet se res,* quamvis non constet sibi ipse, sed sua dogmata evertat. Terent. Heaut. I, 2. Ut ut *erat, mansum* tamen *oportuit.* Phorm. III, 2. *Sed* ut ut *haec sunt,* tamen *hoc faciam.*

Cap. 27. *Sint sane illa genera bonorum: dum corporis et externa iaceant humi, et tantummodo quia sumenda sunt appellentur bona; alia autem divina illa longe lateque se pandant caelumque contingant:* [*ut*] *ea qui adeptus sit, cur eum beatum modo et non beatissimum etiam dixerim?* Sic locum interpunxi, ut vel prima fronte appareat rò *ut* officere sententiae, et proinde esse delendum. Et olim quidem sic emendaverat Lambinus; sprevit vero Gebhardus, qui nihil ultra codices sapere ausus est.

Ibid. *Quae est victrix, ea laeta prosequentibus suis una cum viro in rogum imponitur*: illa victa maesta discedit.] Dixerat paullo ante, *Plures enim singulis solent esse nuptae*: reliquum est igitur, ut dicat, *Illae victae maestae discedunt.*

Cap. 30. *Nihil bonum nisi voluptatem, ut Epicurus, nihil bonum nisi vacuitatem, ut Hieronymus.*] Editiones pleraeque plene habent, *vacuitatem doloris.* Atqui abest ab omnibus Manuscriptis, inquit Gebhardus: quid tum postea? etsi hoc temere dictum sit, nam in tuo illo eximio extat. Id quaeritur, cum de Hieronymi sententia satis constet, an illud *doloris* taceri hic et subintelligi commode possit. Ego vero nego, ex communi loquendi norma *Doloris* potius hic subintelligi, quam *voluptatis.* Neque Ciceronem ita scripsisse vel sexcentis Librariis fidem habuero. Cum enim *vacuitas* ipsa per se vagum quiddam et indeterminatum sit, qui tacet ac non declarat cuiusnam rei vacuitatem velit, is profecto nihil dicit. Cur autem Noster, ubi hanc Hieronymi sententiam saepius refert, nusquam alibi hac aposiopesi utitur? ut De Fin. II, 5. *Si enim idem dicit quod Hieronymus, qui censet summum bonum esse sine omni molestia vivere; cur mavult dicere voluptatem, quam vacuitatem doloris?* et mox, *Cum efficere non possit, ut cuiquam* vacuitas doloris *et voluptas idem esse videatur.* Ibid. c. 6. *Coniungere* doloris vacuitatem *cum voluptate.* c. 11. *Callipho ad virtutem nihil adiunxit, nisi voluptatem; Diodorus, nisi* vacuitatem doloris. c. 13. *In voluptate summum bonum ponere, contemnentes istam vacuitatem doloris.* Ibid. III, 2. *Qui* vacuitatem doloris *finem bonorum esse voluerunt.* et c. 9. *Cum aut voluptatem, aut* vacuitatem doloris, *aut prima naturae in summis bonis ponerent.* c. 15. *Ut in valetudine, ut in integritate sensuum, ut in* doloris vacuitate. Ibid. IV, 8. *Quam bonam valetudinem, quam* dolorum omnium vacuitatem, *quam integritatem sensuum.* c. 11. *Desideraret enim valetudinem,* vacuitatem doloris. c. 13. *Summa erunt illa, valetudo,* vacuitas doloris, *pulchritudo, et cetera.* c. 14. *Ut ne is quidem virtute una contentus sit, sed appetat* vacuitatem doloris. c. 25. *Roget Aristonem, Bonane ei videantur haec,* vacuitas doloris, *divitiae, valetudo? neget.* Denique ibidem V, 5. *Praetereo Hieronymum: summum enim bonum exposuit,* vacuitatem doloris. Quid ergo? Totiesne in uno de Finibus volumine plane extulerit *vacuitatem doloris*; hic in Tusculanis, ubi semel dumtaxat id memorat, *vacuitatem* modo dixerit, cuius autem rei divinandum lectori reliquerit? Quin valeant potius cum suis codicibus, qui hanc maculam Ciceroni student inurere.

Cap. 31. *Nam ut quaestuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur, non si altera semper omni damno, altera* omnis *tempestatis calamitate semper vacet.*] Ita scripti editique: sed liquido constat legendum esse, *Omni tempestatis calamitate.*

Ibid. *Sequetur igitur* bonorum *ratione vel ad supplicium beata vita virtutem.*] Primus Gebhardus edidit *Bonorum* ex coniectura Andreae Schotti: praesertim cum in codicibus invenisset *Honorum.* Nihil potuit deterius. Quid enim illi *boni?* aut quae *bona*? Priores editiones cum tuo codice *Horum ratione*: id est, Peripateticorum, quorum opiniones iam recenset. Rectissime. Sic infra c. 37. *Postremo ad omnes casus facillima* ratio est eorum, *qui ad voluptatem ea referunt, quae sequuntur in vita.* Ita alibi, *Cynicorum ratio, mea, tua ratio* etc.

Item ibid. *Sequetur igitur horum ratione vel ad supplicium beata vita virtutem, cumque ea descendet in taurum; Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone auctoribus; nec eam* minimis *blandimentis corrupta deseret.*] Ita quidem Librarii: sed numquam mihi persuadebunt sic a Tullio profectum esse. Quid enim si non *minimis,* sed maximis et potentissimis blandimentis tentetur; an tum *deseret?* Quid autem? an solis blanditiis apud Phalaridis taurum res agitur: nihil ibi minarum, nihil terroris? Vides iam, opinor, vulgatae lectionis pravitatem. Tu lege meo periculo, *Nec eam minis aut blandimentis corrupta deseret.*

Ibid. *Reliqui habere se videntur angustius, enatant tamen, Epicurus, Hieronymus, et siqui sunt, qui* disertum *illum Carneadem curent defendere: nemo est enim,* qui eorum *bonorum animum* non *putet esse iudicem, eumque condocefaciat, ut ea, quae bona malave videantur, possit contemnere.*] Non placet illud *Disertum.* Esto enim disertissimus, ut sane fuit: indecenter tamen sic nunc appellatur. Qui enim *disertus* est, non opus habet *defensore.* Codices plerique apud Gebhardum *desertum* habent. Rectissime, ut et Grutero visum est. *Deserto* enim et derelicto, illi profecto opus est advocato et patrono. Ideo autem Carneades *desertus,* quia is novae Academiae princeps paucos habuit sectatores: cuius tamen disciplinam Cicero ipse apud Latinos instaurabat. Noster de Nat. Deorum, I, 3. *Multis etiam sensi mirabile videri, eam nobis potissimum probatam esse philosophiam quae lucem eriperet et quasi noctem quandam rebus offunderet; desertaeque disciplinae ac iam pridem relictae patrocinium nec opinatum a nobis esse susceptum.* Quibus haec obiicientibus ita respondit cap. 5. *Nec vero desertarum relictarumque rerum patrocinium suscepimus. Haec enim in Philosophia ratio profecta a Socrate, repetita ab Arcesila, confirmata a Carneade, usque ad nostram viguit aetatem: quam nunc propemodum orbam esse in ipsa Graecia intelligo: quod non Academiae vitio, sed tarditate hominum arbitror contigisse.* Hoc primum: nam et restat alterum, quod et vero propius et huic rei accommodatius. *Desertum* igitur accipe, ob sententiam de summo bono, quam is primus introduxit, et post eum nemo est secutus, *Summum bonum esse, frui iis rebus quas primas natura conciliavisset.* Vide Academ. IV. Huic, inquam, sententiae nemo ab eius obitu patrocinatus est. Unde Noster De Fin. IV, 18. loco huius simillimo, *Quid censes eos esse facturos, qui omnino virtutem a bonorum fine segregaverunt, Epicurum, Hieronymum, illos etiam si qui Carneadeum finem tueri volunt.* Et II, 12. *Reiicitur etiam Carneades; nec ulla de summo bono ratio, aut voluptatis, non dolendive particeps, aut honestatis expers probabitur.* Sed pergamus iam ad reliqua. Tu ex optimo tuo exemplari *non* inseruisti: sententia enim negativum exigit. Illud tamen, meo quidem iudicio, ab interpolatore nasi sagacioris profectum est; qui quod sententiae

deesse viderat de suo impertivit. Ergo placet Lambini coniectura *quin*, quod et idem efficit, et ad ceteros codices propius accedit. Adhuc tamen haeremus: quid enim sibi vult *eorum bonorum?* Quaenam ea sunt, obsecro? non enim dicit. Lege vero totum locum: *Nemo est enim, quin verorum bonorum animum putet esse iudicem: eumque condocefaciat, ut ea quae bona malave videantur possit contemnere.* Vides iam claram oppositionem fieri inter *vera bona* et *quae bona videantur:* quam si tollas et *eorum* cum vulgo legas; nihil crudius, laxius, dilutius dici potest, quam illud *Contemnere quae bona videantur.* Ceterum *vera bona*, Iuvenalis Sat. X.

Omnibus in terris quae sunt a Gadibus usque
Auroram et Gangem, pauci dignoscere possunt
Vera bona *atque illis multum diversa, remota*
Erroris nebula.

Noster Academ. I, 2. *Sive enim Zenonem sequere; magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud* verum *et simplex* bonum, *quod non possit ab honestate seiungi.* Haec, nisi valde fallor, extra controversiam posita sunt: quamobrem si Nonius receptae lectioni patrocinatur, neque (ut saepe fit) ab editoribus corruptus est; et ille et Librarii vapulent.

Ibid. *Maximisque doloribus affectus, eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione* confutat.] Vix dubito, quin et tibi et ceteris editoribus durius illud visum sit, *confutat dolores:* sed cum emendatio non succurreret, silentio transmissum est. Scio equidem hoc defensores suos habiturum, qui omnia recta prava, quae in codicibus feruntur, albo calculo comprobare solent: sed cui indoles et sapor Ciceroniani sermonis cognitus est, hoc ab illius manu esse non nisi invitissimus fatebitur. Videamus Graeca Epicuri, ad quae hic alludit: *Ἀντιπαρετάττετο πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ.* Quid autem est *ἀντιπαρατάττειν,* an *confutare?* nihil minus. Quid ergo est? nempe id ipsum, quod pro vera huius loci emendatione substituo, *Eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione compensat.* Ita noster De Fin. II, 30. ubi Graeca ista Epicuri verbum de verbo vertere profitetur; *Compensabatur tamen,* inquit, *cum his omnibus animi laetitia, quam capiebam memoria rationum inventorumque nostrorum.* Et mox ibidem: *Compensabatur, inquit, cum summis doloribus laetitia:* Et iterum: *Rationes tuas te video compensare cum istis doloribus.* Quid iam videtur? Librariisne oscitantibus an ipsi Ciceroni potior erit fides? Porro eiusdem verbi frequens apud hunc usus est, in simili sententia; ut Fin. V, 18. *Et cum maximis curis et laboribus* compensare *eam quam ex discendo capiant voluptatem.* De Nat. Deor. I, 9. *Illa multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum* compensatione *leniant.* De Orat. III, 4. *Et summi labores nostri magna* compensati *gloria mitigantur.* De Senect. cap. 2. *Resistendum senectuti est, eiusque vitia diligentia* compensanda *sunt.* Et saepe alibi.

Cap. 33. *Hoc loco multa ab Epicureis disputantur; eaeque voluptates singillatim extenuantur; quarum genera non contemnunt,* quaerunt *tamen copiam.*] Vitiosa sine dubio oratio. Quorsum enim illud *tamen:* cum inter *non contemnere* et *quaerere* nulla sit oppositio. Lege, aut *Non quaerunt tamen* copiam, aut *Spernunt tamen copiam.*

Ibid. *Quocirca corpus gaudere tam diu, dum praesentem* sentiret *voluptatem.*] Vel ex ratione temporum patet legendum esse *sentiat,* et sic iterum.

Ibid. *Ita perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore semper, cum exspectatio speratarum voluptatum perceptarum memoria* iun-

geretur.] Ne secum discordent tempora, corrige, *Cum perceptarum memoria iungetur.*

Cap. 34. *Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis.*] Tu haec verba Iambicum Octonarium efficere animadvertis, si ad digitos exigantur: unde a vetere quodam Poeta desumtum arbitraris. Atqui aures hoc repudiant, quarum iudicium una cum digitis adhibendum est. Nulla enim hic modulatio; numeri absoni. Neque vero ullus hic versui locus est. Cum enim vera hic historia narretur, qui quaeso potuit coquus Spartanus versiculum Latinum memorare? praesertim antequam aut Ennius aut ullus Latinorum poetarum nasceretur. Quare verba potius Ciceronis sint, ut hactenus sunt existimata.

Ibid. *Quam multa ex terra arboribusque gignuntur, cum copia facili, tum suavitate praestantia.*] Tu Lambini emendationem probas. *Cum copia facili, tum suavitate praestanti*: Quod sine dubio praeferendum est vulgato: et, si codex accederet, non repugnarem. Sed, quia id non est, sic equidem malim, *Cum copia facilia, tum suavitate praestantia.*

Cap. 35. *Cur igitur divitiae desiderentur? aut ubi paupertas beatos esse non sinit? Signis, credo, tabulis,* ludis. *Si quis est qui his delectetur; nonne melius tenues homines fruuntur, quam illi qui his abundant? Est enim earum omnium rerum nostra in urbe summa in publico copia: quae qui privati habent, nec tam multa et raro vident, cum in sua rura venerunt: quos tamen pungit aliquid, cum illa unde habeant recordentur.*] Totum hunc locum necesse erat describere, ut facilius intelligi possit, quid velim. Vide igitur illud *ludis:* et quam male ei conveniat cum sequentibus, perspice. *Quae,* inquit, *qui privati habent:* an *habere ludos* Latine dicitur? an privati autem domi ludos instituebant? Sequitur mox, *Et raro vident, cum in sua rura venerunt:* hoc *signis* et *tabulis* bene convenit, quae in villis suis habere Romani proceres consueverant: *Ludis* vero minime. Ut et illud denique *pungit aliquid;* ob peculatum scilicet et sacrilegium a se admissum: plerumque enim *signa* illa et *tabulae* e Graecis urbibus templisque rapina aut furto ablatae erant; de qua re consule actiones in Verrem. Sed quid hoc, obsecro, ad *Ludos* pertinet? Vides iam, opinor, lectionis receptae pravitatem. Tu lege non ita magna mutatione; *ct* enim et *d* in veteribus scriptis saepe confunduntur; *Signis, credo, et tabulis pictis.* Sic loqui solebant boni scriptores: Horatius Epist. I, 2.

Ut lippum pictae tabulae, *fomenta podagram.*
Serm. I, 1. *Cogeris aut* pictis *tamquam gaudere* tabellis.
Epist. II, 1. *Suspendit* picta *vultum mentemque* tabella.

Cicero ipse, de Nat. Deor. II, 34. *Quî igitur convenit, signum aut tabulam pictam cum adspexeris, scire adhibitam esse artem,* et III. 37. *Nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint?* Pro Roscio Amerino c. 46. *Quid praeterea caelati argenti? quid stragulae vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse?* Postquam haec scripseram, sero hoc animadverti apud Lambinum: *Quidam,* inquit, *tabulis pictis, deleta voce* ludis: *a quibus dissentio.* Itane vero, vir optime? nollem factum. Sed aliis tuis recte factis hoc erratum pensabitur.

Cap. 37. *Iam vero exsilium, si* rerum naturam, *non ignominiam nominis quaerimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt?*] Quid hic *rerum natura* faciat, nequeo intelligere. Corrige, *Rei naturam.* Si ipsam, inquit, exilii naturam, non nomen modo expendimus. *Res* et *nomen* passim opponuntur.

Ibid. *At enim sine, ignominia afficere sapientem: (de sapiente enim haec omnis oratio) est, cui iure id accidere non possit: nam iure exsulantem consolari non oportet.*] His verbis edidit Gebhardus, insertis tamen asteriscis, qui aliquid hic deesse monstrarent. Horum, ut loquitur, *foeditatem* sustulit postremae editionis concinnator. Praeclarum vero facinus: sed quomodo, his remotis, locum integrum et sincerum praestat? Sine, inquit, afficere sapientem ignomina, hoc est, *fac, pone.* Hoc primum est hominis elegantis peccatum: nam *sine* nusquam valet *fac* vel *pone*, sed *permitte* aut *mitte*: quod ab hac sententia prorsus alienum. Verum, esto ut significet *pone:* quid tum postea? cur illud concedit, quod omnino negandum erat? *Ponit*, inquit, *ut rem fatuam planeque absurdam.* Homo sane suavis: immo alterius haec ratio est, non Ciceronis, omnia *fatue et absurde* ponere. Sed, ut maxime ponat rem fatuam, at certe eam refellere postea et refutare debebat: nihil autem hic eiusmodi est. Omitto alia vitia, quae facile esset prosequi: nam quid ego cum illo loquar, cui tantum iudicii et acuminis est, ut melius ei fuerit, in Obscurorum Virorum Epistolas commentari, quam Ciceronem et bonos Scriptores tangere? Te potius appello, mi amice; cui iure adeo contigit hic labi et errare, quod tam nasuti hominis sententiam secutus es, quam flocci facere debueras. Libri Gallici et Italici, Palatinis profecto meliores, tuusque ille egregius, sic habent: *At enim non sine ignominia afficere poterit sapientem.* Ex qua lectione quid propius, veri similius, convenientius fingi potest quam illud Paulli Manutii, *At enim non sine ignominia. Ignominia afficere poterit sapientem?* Quis ausit negare, solemne hoc Librariis vitium esse, ut, quoties idem vocabulum geminatur, alterum modo ponant; alterum omittant? Etiam in carmine hoc faciunt, ut his oculis saepe vidi; ubi ipsa metri ratio culpae huius immunes praestare potuisset. Ergo *at enim non sine ignominia* sunt *obiicientis* verba, ut paullo ante, *At mulantur bonis exsules*; non *sinentis*, neque concedentis. Equidem huic Manutii coniecturae faveo et applaudo: verumtamen ne nihil habeat ille benevolus quod possit arrodere, addam aliquid de meo. Pro illo *non sine*, quod videtur paullo languidius, sic legerim levi mutatione, *At est in nomine ignominia. An ea afficere poterit sapientem? de sapiente enim haec omnis oratio est; cui iure id accidere non possit.* Ita supra dixerat, *Iam vero exsilium, si rei naturam, non* ignominiam nominis *quaerimus.* et pro domo sua c. 27. *Quid est enim* exsul? *ipsum per se* nomen *calamitatis non turpitudinis. Quando igitur est turpe? re vera quando est poena peccati: opinione autem hominum, etiam si est poena damnati. Utrum igitur peccato meo* exsulis nomen *subeo, an re iudicata?*

Cap. 39. *Pueris nobis Cn. Aufidius praetorius et in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, et Graecam scribebat historiam, et* videbat *in literis.*] Caecus erat iste Aufidius: et idcirco argutulus sibi videbatur quicumque erat Librarius, qui primus illud *videbat* nobis supposuit. Ego vero tam putidum schema non esse Ciceronis continuo agnovi. Aliter, aiunt, olent catuli, aliter sues. Et proinde, ubi parumper animum intenderam, sua sponte enascebatur vera et sincera lectio, *Et Graecam scribebat historiam, et vivebat in literis*: hoc est, omnem suam aetatem in literis consumsit. Noster Ep. Fam. IX, 26. *Quid ergo faciam? te consulo, qui philosophum audis. Angar? excruciemne me? quid assequar? deinde quem ad finem?* Vivas, inquis, in literis. *An quidquam me aliud agere censes? aut possem vivere, nisi* in literis viverem? *sed est earum etiam non satietas, sed quidam modus.* Ibidem XIII, 28. *Est enim in*

eo, cum virtus et probitas et summum officium summaque observantia, tum studia *illa nostra,* quibus *antea delectabamur, nunc etiam* vivimus.

Ibid. *Polyphemum Homerus, cum ariete etiam colloquentem facit, eiusque laudare fortunas, quod qua vellet ingredi posset, et* quae *vellet attingere.*] Recte animadvertis apud Homerum hoc non haberi: Ergo aut finxit id Cicero, aut ex Tragico quodam sumsisse videtur. Sed postrema illa *Quae vellet, attingere* languida sunt et inania. Quidam apud Lambinum *Adspicere* reponebant: verum hoc adhuc deterius. Omnes fere Gebhardi codices *Quem* praeferunt, non *Quae.* Unde suspicor legendum esse, *Et in quem* vellet, *arietare.* Convenit profecto hoc Cyclopis immanitati. Accius apud Nostrum De Divin. I, 22.

Duos consanguineos arietes inde eligi. —
Deinde eius germanum cornibus connitier
In me arietare, eoque ictu me ad casum dari.

Vel propius etiam possis, *Et quem vellet arietare*: ut Plautus in Truculento II, 2.

Quis illic est, qui tam proterve nostras aedis arietat?

Nisi forte et hic legendum sit, *proterve in nostras.*

Cap. 41. *Quod si ii philosophi, quorum ea sententia est, ut virtus per se ipsa nihil valeat, omneque quod honestum nos et laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam et inani vocis sono decoratum esse dicant,* [et] *tamen semper beatum censent esse sapientem: quid tandem a Socrate et Platone profectis philosophis faciendum putes? quorum alii tantam praestantiam in bonis animi esse dicunt, ut ab his corporis* externa observent: *alii autem haec ne bona quidem ducunt, in animus reponunt omnia.*] Quid impulerit Gebhardum, ut in extremo actu tam turpiter se daret, nequeo coniicere. Principio illud *et,* quod ut sententiae officiens delendum esse recte monuit Lambinus, hic retinet, ipsa serie et syntaxi repugnante. Ordo enim est, *Quod si ii philosophi censent;* ut nullus locus sit coniunctioni. Deinde ex codicibus suis primus reposuit, *Ut ab his corporis externa observent;* quae ne Oedipus quidem enarrare poterit. Quo enim referendum est *corporis*? an voluit *ab his corporis bonis*? atqui *haec* sunt bona animi. an *corporis externa bona?* atqui bona *corporis* diversa sunt ab *externis* sive fortunae bonis: ut supra c. 30. *Tria genera bonorum; maxima animi, secunda corporis, externa tertia.* et c. 17. *Cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa.* et c. 27. *Sint sane illa genera bonorum, dum corporis et externa iacent humi.* Sed fac eum edidisse, *Ut ab his corporis et externa observent.* Quid est *observare bona?* quis sic locutus est? Hoc tamen ille voluit, credo, *ut ab his* animi bonis, secundo loco *corporis et externa observent;* hoc est colant, diligant, venerentur. Eho, an id satis est, cur sapiens sit semper beatus, si bona corporis et fortunae in secundis habeantur? immo vero ut prae animi bonis haec humi iaceant, sordeant, pro nihilo putentur; obscurentur, evanescant. Recte igitur vetus lectio, quam Lambinus et Aldus secuti sunt, *Ut ab his corporis et* externa *obscurentur.* Ita Noster saepe in hac sententia *Obscurari* dicit et *obrui.* De Fin. III, 14. *Cum sit is bonorum finis, quem Stoici dicunt, omnis ista rerum in corpore sitarum aestimatio splendore virtutis* obscuretur et obruatur *et intereat necesse est.* IV, 12. *Non quaeremus, quid* obscuretur *aut intereat, quia sit admodum parvum: sed quid tale sit, ut expleat summam. Una voluptas e multis* obscuratur *in illa vita voluptaria — nummus in Croesi divitiis* obscuratur. *Quare* obscurentur *etiam haec, quae secundum naturam esse dicimus, in vita beata, sint modo partes vitae beatae.* Ita alibi saepe. Et tamen Geb-

hardus, quasi re bene gesta triumphans, *Vulgo inepte, obscuretur.* O cor Zenodoti!

Ibid. *Quorum controversiam solebat, tamquam honorarius arbiter iudicare Carneades: nam cum quaecumque Bona Peripateticis, eadem Stoicis commoda viderentur; neque tamen Peripatetici plus tribuerent divitiis, bonae valetudini, ceteris rebus generis eiusdem, quam Stoici: cum ea re, non verbis, ponderarentur; caussam esse* desiderandi *negabat.*] Iterum hic Gebhardus, repudiatis frugibus, glande pascit Lectorem. Cum enim Victorius, ipse quoque codicibus suis nimium addictus, illud *desiderandi*, nescio quo consilio in textum recepisset; idque Gebhardus in suis invenisset, sine dubitatione admisit, securus recto talo stet sententia, an cadat. Nam, pro hominum fidem! quid est, si hoc non est, bonos auctores corrumpere, et lucem rebus eripere? Siccine hanc litem diiudicaverit Carneades Academicus, ut *bonam valetudinem*, integritatem sensuum, neget esse *desiderandam?* Quin ipsi Stoici sumenda, eligenda esse dicebant, etsi non propter se. De eo nulla erat controversia; sed quod res eius generis Peripatetici Bona appellarent, Stoici contra Praeposita tantum dicerent, vel praecipua vel commoda, in Bonis minime numerarent. Hanc litem sic dirimebat Carneades; ut re eos consentire diceret, verbis modo discrepare. Revocanda igitur est lectio priorum editionum, quam tuus ille codex confirmat. *Cum ea re, non verbis, ponderarentur, caussam esse dissidendi negabat.* Quid magis aperte verum? quid retulit in scirpo nodum quaerere? Ita Noster supra c. 11. *Inter Zenonem et Peripateticos nihil praeter verborum novitatem interesse.* Et adhuc clarius De Fin. IV, 26. *Quid ait Aristoteles, reliquique Platonis alumni? se omnia quae secundum naturam sunt, bona appellare: quae autem contra, mala. Videsne igitur Zenonem tuum cum Aristone verbis consistere, re dissidere: cum Aristotele et illis re consentire, verbis discrepare.*

EXCURSUS I.

ad I. 10. 22.

„Et sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem et perennem.“

De ἐντελεχεία vel ἐνδελεχεία si quis virorum doctorum sententias exponere atque diiudicare velit, facile is librum conscribere possit satis amplum. Cum enim seculo decimo quinto Graeci homines, in quibus praecipue fuit Argyropylus Byzantius, Graecorum veterum literas Romanorum disciplinae longe anteponere, hasque cum illis comparantes despicere coepissent, factum est, ut ex hoc quoque Ciceronis loco tela contra Ciceronem procuderent, hominemque Romanum parum percepisse Aristotelis sententiam contenderent. Qua sententia semel in publicum emissa permulti viri ad Ciceronem defendendum se accinxerunt, alii cum Graecis facere consultius ac tutius existimarunt. Nobis cum paucis defungi propositum sit, sufficiat sententias primarias referre, ad alias alibi legendas lectorem reiicere, et in fine huius Excursus nostram qualemcunque sententiam interponere. Et primum quidem Argyropylus dixit sive ἐνδελέχειαν scripserit Cicero sive ἐντελέχειαν, in utroque esse errorem. Si prius, explicationem quidem latinam, quam addiderit, veram esse, sed hoc nihil esse ad Aristotelem, qui ἐντελέχειαν, et alio plane diversoque sensu, posuerit: sin posterius, Ciceronem quidem uti vocabulo Aristotelico, sed perperam et contra Aristotelis sententiam illud interpretari. Contra eum exortus est primus *Angelus Politianus* Miscellaneorum (Basil. 1522. 8.) capite primo, quod inscribitur: Defensus a calumnia Cicero super enarrata vi novi apud Aristotelem vocabuli, quod est endelechia (p. 1 — 12.). Qui cum cupidius et verbosius quam verius disputasse videatur, eum missum facimus. Longus est etiam eadem de re *G. Budaeus* in libris de Asse (p. 20 — 29. Ed. Colon. 1528. vel in Rechenbergii Scriptt. Hist rei numariae p. 122 sqq.): sed paullo verius ille et minus cupide: cuius disputationis summa huc redit: „*Entelechiam* Cicero continuum motum intellexit, quasi Aristoteles *endelechiam* per *d* literam scripserit, id est continuationem, et non *entelechiam* potius, quam actum et perfectionem doctissimi Graecorum interpretantur.“ Ex *Beroaldi* de hac re sententia haec excerpenda videntur: „Exoritur quaestio: utrum *entelechiam* an *endelechiam* dicere debeamus, cum proximitas quaedam sit in pronunciatu, in significatu vero discriminatio non parva. *Endelechia* enim significat, ut hic interpretatur Cicero, continuam motionem, qualis in anima cognoscitur: ἐνδελεχισμὸς est continuata mobilitas. *Entelechiâ* vero significatur perfectio quaedam et consummatio, et ἐντελεχὴς perfectus. Ex hoc Ciceromastiges conflarunt calumniam Ciceroni, perinde quasi ignaro non solum philosophiae, sed etiam Graecarum literarum: tanquam parum scite parumque prospicienter *endelechiam* dixerit, cum *entelechiam* dicere debuerit: — verum sive *entelechia* sive *endelechia* dicatur anima, utrumque probabile est, utraque significatio conveniens: nec ulla dici potest

causa, cur hoc, quam illud, magis sit Aristotelicum: nec ullo argumento colligere possunt, *entelechiam* potius, quam *endelechiam* ab Aristotele scriptum esse: tam enim verbum novum hoc, quam illud: nec minus altero significari animus, quam altero potest." *Camerarius* contra Budaeum aliosque, qui eius sententiam sequebantur et alia monuit et haec potissimum: „Quid illos moverit, ut Ciceronis reiicerent hanc interpretationem perennis et continuatae motionis, non video. Certe enim ἐνδελεχὲς, unde appellatio illa cadit, perennitatem et continuationem significat, eamque vegetam et vigentem, quibus motus abesse nequit: propterea et Aristoteles physicis corporibus attribuit ἐντελέχειαν, et opposuit τῇ δυνάμει, ut illius vita et vigor intelligeretur, quorum utrumque in motu est. ἐνδελεχῶς dixit Plato cum alibi, tum in Timaeo. Et celebratur versus proverbialis: πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐντελεχείῃ. — Sed discrimen aliqui scriptionis opponunt. Nam in hac significatione δ non τ secundam syllabam incipere. Quod est inane. Nihil enim significationis diversae mutata litera affert. Sed ut τ in aliarum multarum locum, ita literae δ quoque hoc in verbo successit: quod ipsum et Lucianus in iocosa sua accusatione fecit σ contra τ dicere. ἐντελέχεια, inquit, abstulit literae δ, et sic efferre postulat contra ius fasque omne." *Commentator* vero apud Leodegarium a Quercu: „In codicibus, ait, vetustis legitur semper δ apud Ciceronem. Sic enim significat agitationem. Si tamen legatur per τ, nihil intererit, cum Plutarchus de Placitis Philosophorum interpretetur *energiam*, Boëthius autem ex eius sententia *actum*. Sed et Lucianus (l. c.) significat nihil interesse sive per δ sive per τ scribatur. attamen vulgo ἐντελέχειαν Aristotelis interpretes retinent, novitiique interpretantur perfectionem: sed, ut mihi videtur, melius Cicero. — *Lambinus* nihil nisi ea, quae in annotatione sua attulit *Davisius*. — Quid *Ernestus*, quid *Schützius* dicat, in illius Clav. Cic. et huius Lex. Ciceron. unicuique legere licet: quare summam tantum sententiae utriusque viri docti delibabimus, postquam, quae *Bouherius* annotavit, ipsius verbis adscripsero: „Mon ancienne édition porte *endelecheian*, et c'est ainsi que Cicéron a lû ce mot dans Aristote, comme l'a très bien reconnu Mr. Davies en sa dernière édition. Il s' écrivoit de la sorte en effet dans l'origine, suivant Lucien en son Jugement des Voyelles. Je ne sais au reste, si on a eu raison de reprendre Lambin, pour avoir dit que suivant Aristote l'ame étoit cette vertu motrice, qui fait agir nos corps. Car cela convient à la doctrine de ce philosophe, qui vouloit que l'ame, quoique immobile, fût le principe du mouvement. Sur ce passage voyez Achille Stace *Observv. difficil. aliquot locor.* cap. 1." *Ernestus*, postquam Ciceronis, prout eam intelligit, exposuit sententiam, „ἐντελέχεια, ait ex mente Aristotelis non est ipsa anima, sed eius forma, subiectum autem eius, et quasi materia, h. e. quod se ad ἐντελέχειαν habet, ut ad motum corpus, est δύναμις, vis agendi, hoc est percipiendi, cogitandi. L. II. de Anima c. 1: in omni re tria esse dixerat, ὕλην, μορφὴν ἢ εἶδος et τὸ ἐκ τούτων. Hoc ad animum sic transfert: ἔστι δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια. Neque tamen Cicero peccat, ei hoc enunciatum tribuens. Nam res a forma sua, qua ab aliis rebus distinguuntur maxime, appellari in omnibus linguis usitatum est. Hoc ex parte etiam vidit Leibnitius Theodic. I. §. 78. Quod Davisius putat animam Aristoteli esse formam corporis, quae *eam* [debuit dicere *corpus*] animet, errat. Nam haec Dicaearchi est sententia, non Aristotelis, quam Cicero ab illa distinguit. Veteres profecto eodem ac nos modo cepisse hoc verbum videntur. Sext. Empir. c. Mathem. X. 3. 40. pro actu posuit et potentiae opposuit: τὸ ὠὸν κατὰ δύναμιν

μὲν νεοσσός ἐστι, κατ' ἐντελέχειαν δὲ οὐκ ἔστιν. cf. quos laudat Fabric. ad h. l. §. 315 *). Est autem verbum ἀπὸ τοῦ ἐντελὲς ἔχειν. ἐντελὴς est perennis, perpetuus." — *Schützius*, repetita Ernesti sententia, non plane eius operâ rem expeditam esse contendit. Ciceronis ait explicationem inde ortam esse, quod lectionem ἐνδελέχειαν secutus sit, cum ἐνδελεχὴς significet i. q. perpetuus, perennis, perdurabilis, nec vero ἐντελής: hoc enim significare perfectum, absolutum. — Itaque, pergit, ἐντελέχεια est vis illa, qua potest aliquid a potentia ad actum deduci, etsi non semper id agit, ut aliquid ad actum transeat; et, quatenus potest aliquid ad actum a potentia deducere, dicitur ἡ πρώτη ἐντελέχεια — — Itaque Aristoteles animam fere ad corpus ita comparatum esse statuit, ut citharoedum ad lyram s. citharam. — Haec iam olim pluribus exposui in Diss. super Aristotelis de anima sententia; et in capite über die Psychologie des Aristoteles versioni meae libri Bonnetiani: *Essai analytique sur les facultés de l'ame* adiecto. Conferenda est etiam Tennemanni Historia philosophiae T. III. p. 181. sqq." —

Longa est et docta *Naeckii* disputatio de vocibus ἐνδελέχεια et ἐντελέχεια ad proverbialem Choerili versum (in libro de Choerilo Samio. Lips. 1817. 8. p. 173 sqq.): πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ, ex qua, quae ad nostrum locum faciunt, haec excerpenda duximus: „Agitur in loco Cic. Tusc. I. 10. de eo, utrum Cicero Aristotelem intellexerit, an non intellexerit. Itaque res gravis est. Ego fateor, si demonstrari posset, scripsisse Ciceronem, quod Davisius edidit ex Veneta quadam editione, ἐνδελεχείαν, ipse iudicarem, Ciceronem, cum ista scriberet, Aristotelis mentem non perspexisse, et Aristotelis ἐντελέχειαν cum antiqua illa ἐνδελεχείᾳ Choerili et aliorum confudisse. Verum, quum nunquam futurum sit, ut illud demonstretur, malumus Ciceronem doctum, quam indoctum facere. Itaque animo motum denegari ab Aristotele, probe sciebat Cicero; sciebat idem aliquid interesse inter ἐνδελέχειαν, vetus vocabulum, et Aristotelis ἐντελέχειαν: sed hanc non satis accurate interpretatus est *motionem*, quum deberet *actum*. Quod autem adiecit *continuatam* et *perennem*, quae notio non est in v. ἐντελέχεια, adiecisse videtur ea de causa, quoniam ipse ex antiquo vocabulo ἐνδελέχεια hanc perennitatis notionem ad recentius vocabulum ἐντελέχεια commode transferri posse existimavit. Etiam Ernestus in hunc sensum disputavit, ut Ciceronem ab imperitiae crimine liberaret. Et bene ille gessit rem Ciceronis. Quamquam, dum Ciceronem cum Aristotele penitus conciliare studet, nimis longe progreditur. Nam quod dicit ἐντελὴς esse *perennem*, *perpetuum*, non verum est. Notio *perennitatis* in v. ἐντελέχεια non inest, sed a Cicerone demum, ut dixi, adiecta. Hoc vero acute monuit Ernestus, Ciceronem non dicere motionem, sed quasi quandam motionem. Id quod multum valet ad excusandum Ciceronem. Qui tamen si accurate loqui voluisset, vocabulo motionis melius abstinuisset. Davisium non intellexisse, quid esset ἐντελέχεια, manifestum est." — Addam etiam ad rem *Creuzeri* annotationem ad Plotini Enn. IV. 2. extr. p. 364. nimirum ad Additamentum ex Eusebio, ubi Plotinus adversus Aristotelem disputat, qui animam Entelechiam esse defendit. „Jo. Philoponus, uti Kustero videtur,

*) Quamquam in h. l. ab Ernesto bis peccatum est, fideliter tamen eum exscripserunt et Bipontini Opp. Cic. XIII. et Schützius in Lex. Cic. Locus Sexti Empirici est X. §. 340. p. 689. ed. Fabr. Annotatio autem Fabricii non hunc locum spectat, sed I. cap. 13. §. 315. p. 286.

apud Suidam in *ἐντελέχεια* Vol. I. p. 754: *ἐντελέχειά ἐστι τὸ εἶδος παρὰ τὸ ἓν καὶ τὸ τέλειον, καὶ τὸ συνέχον· καὶ γὰρ ἑνώσεώς ἐστι τῇ ὕλῃ τὸ εἶδος αἴτιον, καὶ τελειώσεως· ἐπεὶ καὶ τελειότης ἐστὶ τοῦ ὑποκειμένου, καὶ συνέχει αὐτό. ἀπὸ γὰρ τῆς οἰκείας ἐντελεχείας μάλιστα ἕκαστον, ὅ ἐστι, κατ' ἐκεῖνο λέγεται· ἐπεὶ καὶ ὁ ἀνδριὰς αὐτὸ τοῦτο ἀνδριὰς λέγεται οὐ χαλκός.* Hanc rationem si sequaris, scribendum dices (apud Plotinum) *ἐντελέχεια*. Quod Ficinus scripsit *ἐνδελέχια*, similiter in Cic. Tuscc. I. 10. *ἐνδελέχειαν* scriptum volunt nonnulli, quia vertit: quasi quandam *continuatam motionem et perennem*. Vid. Davis. et Ernest. in Clav. Cic. in *ἐνδελέχεια* et Schütz. Lex. Cic. ead. v. Luciano etiam placuit *ἐνδελέχεια*, ut magis Atticum. Nam sola dialecto differre opinabantur Grammatici aliquot. Vid Interprr. et praecipue Tib. Hemsterh. ad Lucian. Jud. Vocall. §. 10. p. 95. ed. Wetsten. et Gregor. Corinth. de Dialectt. p. 155. Schaef. — Sext. Empir. adv. Math. I. 13. §. 315. et X. 2. §. 340. quo de loco conferenda sunt ea, quae a nobis dicta sunt ad Plotin. II. 51. p. 172. a. ubi *τὸ ἐντελεχείᾳ* (actu) opponi videmus *τῷ δυνάμει* (potentiâ). Adhibendus est porro Plut. in Platonn. Quu. p. 106. D. T. V. p. 97. Wytt. ubi *ἐνδελέχειαν* legitur: item Tertullianus de Anima c. 32. p. 288. Rigalt. numeros Pythagorae, atomos Epicuri, Platonis ideas et entelechias Aristotelis coniungens. Gregorius etiam Nyssenus de Anima p. 98. Ed. Paris. 1638. Aristotelicam *ἐντελέχειαν* explicat. Nec minus adhibendus est Diog. Laërt. V. 32. et 33. Nemesius de Nat. Hom. c. II. p. 68. ed. Matthaei, qui (sicut Davisius ad Tuscc. I. 10.) Plotini Disputationem apud Eusebium laudat Alexander Aphrodis. in Aristotel. de Anima L. II. 3. Simplicius in Physicc. II. 13. III. item in Aristot. de Caelo II. 5. et in librum II. de Anima fol. 23. sqq. ed. Aldin. Jo. Philopon. in eund. Foll. F. G. ed. Venet. Themistius in Paraphr. librr. Aristot. II. 1. p. 459. vers. Lat. ita: „Hanc igitur formam et speciem si quis *ἐντελέχειαν*, id est, verbum ex verbo, *perfectihabiam* appellat, haud iure reprehendetur, ceu novo usus et horrenti vocabulo." Quae verba Hermolai Barbari nemo nescit ridiculae calumniae ansam praebuisse. Adde Chalcidium in Plat. Tim. p. 310. Jamblich. ap. Stob. in Eclogg. Physs. I. 52. 28. p. 870. et §. 32. p. 882 sqq. Heer. ubi pariter atque Plotinus Porphyriusque Aristotelem refutare studet. Omitto Scholasticos, qui in hac palaestra certatim elaborarunt. Nec recentiores *entelechiam* intactam reliquerunt, in his summi viri, Politianus, Jul. Caes. Scaliger [hic Animadv. in Euseb. p. 118. b. de Subtilitate ad Card. Exerc. 307. c. 12. p. 937. c. 14. p. 942. c. 29. p. 985. ed. Wechel.], Leibnitzius (hic in Theodicaea I. 87.) ad novissimos usque vid. Commentt. Academ. Berolin. ann. 1804. 1811. Ibi est: *Ancillon recherches critiques et philosophiques sur l'entélechie d'Aristote*. De Aristotelis sententia exposuerunt Historiae Philos. scriptores, in his nuper Tiedemanus in Geist d. specul. Philos. II. p. 301. et Tennemann. in Gesch. d. Philos. III. p. 181 sqq. Thom. Taylor in annot. ad versionem Plotini ad Plotin. p. 361. A. haec apposuit: „The cause according to Aristotle, by which the animal is *vitally* moved, is the rational soul: but the cause by which the animal thus moved is *defined* or *bounded*, is *entelechia*, or form, which imparts to its perfection. See my Introduction to, and translation of, Aristotle's treatise On the Soul." Add. Creuzeri Introd. ad Plotin. II. 5. p. 172. eund. ad Plotin. IV. 2. prc. et Schmitthenner. in Seebod. Krit. Bibl. 1828. 9. p. 68. Disputat etiam de *entelechia* J. G. *Walchius* in Lexico Philosophico I. p. 746 — 748, ed. 2. idemque in Exercitat. de Atheismo Aristotelis III. 3. (in Parerg. Academm. p. 298 sqq.) Cf. Krugii Hand-Wörterb. d. philos. Wissenschaften T. I. p. 659. C.

H. Weise in conversione Germanica Physicorum Aristotelis. Lips. 1829. II. P. P. qui vertit vocem ἐντελέχεια Wirklichkeit. [Nach der Arist. Philosophie enthält die Materie für sich blofs die Möglichkeit der Dinge, so wie die Form für sich blofs ein Gedachtes ist. Ἐντελέχεια ist die wirkende Kraft, oder eine Thätigkeit, wodurch erst ein Ding vollkommen wird (Buhle in Erschs Encycl. Art. Aristoteles: selbstthätiges Princip der Bewegung.)] Exstat item Dissertatio *Jo. Paschii*, quae inscribitur: *Entelechia vox et crux Metaphysicorum.* Viteberg. 1684: *Schneiderus* et *Passovius* in Lexicis Graecis accurate aiunt distinguendum esse inter ἐνδελέχεια et ἐντελέχεια, eaque vocabula esse et diversi originis et diversae significationis. Posterior laudat *Naeckii* disputationem, quam supra excerpsimus. Contra eorum sententiam nuperrime paucis locutus est *Doederleinius* in libro qui inscribitur Lateinische Synonyme und Etymologieen I. p. 22.: „ἐντελέχειαν esse Aristotelicum vocabulum, quo quinta quaedam natura vel quintum elementum significetur, quo animus constet, idque a Cicerone latine reddi verbis *quasi quaedam continuata motio et perennis:* nihil igitur differre illam vocem a Platonica ἐντρεχείᾳ, qua *solertia* significetur, et recte item Hemsterhusium ad Lucianum (l. c.) dixisse, merito verba ἐνδελέχεια et ἐντελέχεια a Gregorio Corinthio nonnisi dialecto distingui: eiusque rei inesse fortasse etiam vestigium in verbis τρέχειν et δραμεῖν *)." Nobis quidem re probe ponderata a Naeckii partibus standum videtur, ab Aristotele non solum scripturam vocis antiquae ἐνδελέχεια (*continuatio, perennitas*) mutatam esse, sed etiam significationem, cum novam originem, ab ἐντελὴς et ἔχω, subiecerit, eamque *actum et perfectionem* esse voluerit. Kühnerus a Cicerone confusas esse dicit duas Graecas voces ἐντελέχειαν et ἐνδελέχειαν, vel certe utriusque nominis significationem in unam esse coniunctam; cum ἐντελέχεια denetet actum, vim efficacem, principium agendi, ἐνδελέχεια autem continuationem, perennitatem. Neque minus ei in eo Cicero videtur lapsus esse, quod animo motionem ab Aristotele tributam dicat, cum constet hunc philosophum omnem motum animo denegasse: ἐντελέχειαν autem de Aristotelis sententia esse formam, quae corpus inanime reddat animatum rationisque *expers* [volebat scribere *particeps*].

Restat, ut de lectione loci nostri dicamus, qualis quidem sit in libris scriptis et editis, ut huic disputationi finem imponere possimus. Et habent quidem *endelecheiam* Codd. Reg. Mon. 1. Edd. A.

*) Tetigit etiam nostrum locum *R. Klotzius* Quaest. Tull. I. p. 86. ad Tusc. I. 17. 40: ubi haec sunt, huc facientia: Hunc [de ἐντελεχία] locum si recte explicaveris, facile potest intelligi, quo sit ille errore ductus, qui quintam illam naturam sibi persuaserit esse a Cicerone *nominatam*. Quum enim hunc locum non recte considerasset, factum est, ut illam naturam ipsam cum animo confunderet, qui ex ea constare dicitur. Quod nisi esset factum, intellexisset, opinor, quintam illam quidem naturam vacasse nomine, quod Cicero aperte declarat, sed animum tantum, qui ex illa constaret, dictum esse ἐντελέχειαν. Unde hoc necessario consequitur, etiam §. 41. recte istam quintam naturam non nominatam dici, atque frustra et nulla ratione nonnullos interpretes contendisse, eam ἐντελεχείας nomen habere. Iam vid. etiam Ad. Stahr. in Jahnii Annall. Philol. et Paed. 1834. 4. p. 398 sq. Est ibi haec ἐντελεχείας definitio: esse eam *eum statum, quo quid ad perfectionem perductum est.*

B. Junt.; *endelecheian* Gud. 1. idque volebat etiam scriptor Gud. 2. qui literas latinas graecis, formis singularibus miscuit; *endelechiam* Cod. Marb. Edd. Ven. nostr. S.; *endelichiam* Codd. Mon. 2. Aug. Rehd. Duisb.; *indelichiam acad. i. actum* Cod. Gud. ubi agnoscis interpretem et glossatorem; *enthelecheiam* Ed. P.; *entechiam* Edd. Asc. 1. 2. Camerar., *ἐντελέχειαν* Edd. Rob. et Car. Steph. Lamb. Fabr. Leod. HWolf. Gryph. Boul. Sylb. Olivet. Lallem. FAWolf. Sch. [*ἐντελεχείαν*] Koel. Orell. Nobb.; *ἐντελεχίαν* Edd. Ald. Sturm. Goth. Grut. Ern. Verb. Bip. et, ut videtur, cum Alterus nihil varietatis enotaverit, Codd. Vind. 1. 2. et Ed. Ven. Alteri; denique *ἐνδελέχειαν* ex Edd. Med. et Ven. 1491. Davisius. *Mr.*

EXCURSUS II.

ad I. 16. 37.

Unde animae excitantur obscurâ umbrâ aperto ostio Alti Acheruntis sanguine falso, mortuorum imagines.

De hoc loco, cuius versus manifesto continuant tres priores post capitis principium, priusquam virorum doctorum sententias exponamus, videndum est, quid libri exhibeant. Et Cod. quidem Reg. cum Gud. 1. antiquissimo *unde animae excitantur obscura umbra apertae hostio alte Acheruntis salso sanguine imagines mortuorum.* Aug. Marb. Gud. 2. *alto* [Dav. in Ed. 2. alii, ait Codd. *alto.* Non male. Sic *alta ostia Ditis* habet Virg. Aen. VIII. 667.] — *imagines mortuorum.* Bern. octo Oxx. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Rehd. Gud. Edd. H. Ven. nostr. Cam. Asc. 1. 2. Car. et Rob. Steph. P. A. B. S. E. C. V. Ald. HWolf. Brut. Lambb. Goth. Sylb. Sturm. Boul. Leod. Grut. Gron. Oliv. Dav. Ern. Bip. item ut Marb. duo verba extrema inverso ordine exhibent metro adversante: reliqui nostrum tuentur. *Hostio* habent etiam Rehd. Gud. unus Ox. Edd. H. Ven. nostr.; *opertae*, unus Ox. qui Davisio favet, *operto*, marg. Crat. *Alti* omittit Cod. Gud., unus Ox. habet *alte* — *Salso* unus Ox. (si fides collationi): *falso* reliqui omnes.

Primus *A. Turnebus* Adverss. XIX. 24. p. 158. Ed. Paris. hos versus corrigere aggressus scripsit *salso sanguine, mortuorum imagines*: addens: „scio equidem vulgo in Cicerone scribi *falso sanguine*: sed *salsum sanguinem* a poëtis antiquis dictum cum repererim, contra medicorum rationem, qui dulcem credunt, ut et re vera est, plus apud me poëtarum auctoritas, quam vitium scripturae receptae valuit. Ennius apud Macrobium (VI. 2.): *Neque miserae lavêre lachrymae salsum sanguinem.*“ [Ibi vero iam Ger. Vossius commode reposuit *lacrimis salsis.*] Turnebo obsecuti sunt Gebh. Gron. Dav. Bip. Wolf. Koel. Nobb. Orell. — *Gebhardus* pro lectione *salso* ita: „Haec Turnebi coniectura erat; eamque sibi asserunt libri MSS. tert. Pal. sic praeterea Mart. Gembl. Pithoean. In Pal. quarto ita exstat: *alto ante Acherontis*, ut facile possit emendari, *Alto amne Acherontis.* Ceterum legendum putarat propter versum Gulielm. *Mortuorum imagines.* In Vaticano est *Apertae ostio Alto.*“ *Bentleii* coniecturam *fuso sanguine*, eiusque defensionem habes in annotatione. Is neminem obsequentem habuit. *Bouhierius* improbat Davisii lectionem *opertae*: idem, ut metro sucurreret, scribi volebat *aperto et ostio.* Tum probat scriptionem *salso*, quia non falso, sed vero sanguine opus fuerit ad has artes magicas: neque audiendum esse Gutherium

de Iure Pontif. IV. 9. qui dicit *falsum sanguinem* dici pro *impium* et *nefarium*, cum nihil ad suam sententiam probandam attulerit Bentleii *fuso* nimis recedere a librorum scriptione contendit: et praeter versum Ennii a Turnebo allatum addit locum Plauti Stich. I. 2. 35. ubi est: *quia ita meae animae salsura evenit.* — *Ernesto* frigere videbatur epitheton *aperto*: praeferebat igitur Davisianum *opertae*; neque tamen recepit. *Falso* autem ex Cod. Guelf. et Edd. vett. restituit. *Nissenius* l. c. p. 13. *aperto ostio* recte profert, explicans: „via ex Acheronte seu inferis patefacta. *Salsum* autem sanguinem improbat, quia, etiamsi *salsus* dici sanguis commode possit, de mortuis quidem non bene dicatur. *Falsus* sanguis, ait, est quasi sanguis." *FAWolfius* edidit *apertoque ostio*, et sic etiam *G. Hermannus* in Annot. ad Eurip. Hecub. 1. itemque *Schützius*; nimirum ut hiatus tollatur: sed invitis libris. Coniecit tamen Hermannus l. c. p. 62, cum copula absit a Ciceronis loco,

— — *aperto alti ostio*
Acheruntis — — — —,

ut prima syllaba in Acheruntis iterum producatur, ut supra. *Kühnerus* item additum *que* necessarium existimabat. Ad sequentia addit: „*Salsum* sanguinem dictum putat Neidius, quia hostiae molâ adspergerentur, quarum sanguis in sacrificiis, quae ad excitandos ab inferis mortuos ferebantur, in foveam fundebatur, comp. Homero Odyss. λ. 35. Alibi etiam legitur *salsus sanguis*, ut apud Macrob. VI. 2. ex Ennio et Non. p. 192. (*sanguine — salso*). Similiter Ennius ap. Lucret. I. 126. dixit *lacrimas effundere salsas*, et Virgilius *salsum sudorem* [Aen. II. 173. ubi vid. Indicem Erythraei in Ed. Burmann. v. *salsusque sudor*, qui laudat ex Lucretio etiam I [919]: *et lacrymis salsis humectent ora genasque*: quo loco sunt, qui legant *falsis*:] ex quibus locis Orellius colligit, esse hoc epitheton ornans succorum animalium fere omnium, *salsumque sanguinem* vel de sanguine effuso a vulneratis dici vel de recenti cadaverum cruore. Itaque, si haec lectio retinetur, verba *salso sanguine* coniungenda sunt cum verbo *excitantur*. Ad haec verborum iunctura durissima est. Quare non dubito, quin legendum sit *falso* sanguine: quod non recepit quidem, sed probavit Orellius. *Falsus sanguis* i. e. quasi sanguis, quia mortuorum imagines sanguine non omni destitutae videntur, quamquam exsangues duntaxat umbrae sunt. Ceterum, ut dactylum (*sanguine*) in quarto pede vitemus (v. Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 87.) legendum videtur *sanguine falso*." Et ita correximus. Ex *Orellii* annotatione praeter ea, quae sunt apud Kühnerum, haec excerpenda visa sunt: „*Apertoque* corrigebat etiam Vossius, sed languet copula aeque atque in Bouhierii coniectura *aperto et ostio*. Bothius Poët. Scen. Lat. p. 49. transposuit: *aperto alti ostio* || *Acheruntis* [quod Hermannum coniecisse supra diximus:] Osann. Anal. p. 132: *umbra obscura adaperto ostio*. — Iam difficillimum est diiudicare inter lectt. *falso* et *salso*. Hoc habent Regius, si fides collatori, — — probarunt — Columna, — Osann. *Falso* — probavit etiam Doederlein. Spec. Sophocl p. 103. Bothius: idque si verum est, significat *sine sanguine, exsangues*. Mire tamen dicitur, pro facillimo, nec minus poetico: *cassae sanguine*. Pro *salso* facit analogia locorum Enii et Attii itemque Virgilii; ex quo manifestum est, esse hoc epitheton ornans succorum animalium fere omnium. Errat tamen Osann. l. l. scribens: „salsum sanguinem veteres tribuebant mortuis." Nam in locis paullo ante allatis sermo est vel de sanguine effuso a vulneratis, vel de recenti cadaverum cruore. Mortuis ipsis s. umbris sanguinem vel salsum vel non salsum nemo unquam tribuit. Quod si igitur praefers *salso sanguine*, hoc cum

Beroaldo, Bouherio, Bentleio (qui tamen malebat *fuso s.*) ad verbum *excitantur* referas necesse est: excitantur, ut apud Homerum, victimarum vivo sanguine umbrae ex Orco. Sic tamen verba ista *salso s.* locum parum commodum occupant. Quapropter acquievi in *falso s.* [Videtur igitur Or. in contextis edere voluisse *falso*, quod tamen factum non est.] Vide tamen ne in loco etiam in Regio mire corrupto hoc quoque ortum sit e *cassae sanguine*. In scholis Wolfius ad v. *obscura umbra* Ablativum hunc esse dicit Appositionem vocis *unde*." *Billerbeckius*, Grotefendio consulto, primum verba *obscura umbra* explicat: ex inferis, coll. Virg. Aen. VI. 257: *ululare per umbram*. Ad v. *aperto ostio* monet ultimam vocis *aperto* syllabam longam graecorum modo corripi ante vocalem, nec vero elidi: coll. Grotefend. Gramm. II. §. 76. 77. ut Virg. Aen. IV. 667: *femineó ululatu* [Hoc quidem loco *o* non eliditur: nec vero corripitur: debebat laudare locos, qualis est Virg. Georg. I. 281: *Pelió Ossam*:] Grotefendium tamen legendum suspicari *aperto ex ostio*: scribendumque inverso ordine *sanguine falso*, ne Dactylus locum occupet vetitum. — Ceterum Epitheton *falsus* convenire rebus ad inferos et umbras pertinentibus.

Enumeratis iam virorum doctorum sententiis ego, meam qualemcunque expositurus ut fatear, quod est, neque *salso* neque *falso* satis probare possum. *Salso* displicet, quia et falsum videtur per se; et plane otiosum, praeterea auctoritatibus librorum parum fulcitur. *Salsus* si in locis allatis dicitur *sudor*, *salsae* item *lacrymae*: hoc natura et experientia firmatur: illud non item. Qui vero ex Ennio laudantur loci, eorum quae ratio sit, cum contexta nesciamus, et quare ibi salsus dicatur sanguis, investigare et expiscari non licet. Adde, quod commodis iam coniecturis *salsus sanguis* ex loco Ennii et uno Attii sublatus est (v. Non. Marc. p. 503.) ut apparet ex Bentleii annotatione. *Falsum* autem *sanguinem* non magis probo dictum. Etsi enim largior, convenire epitheton *falsus* rebus ad inferos pertinentibus, et commode dici *falsas* umbrarum *imagines*, *falsas* earundem *species*: attamen si quis dicat has imagines falsas *falsa* habere *capita*, *falsas manus*, *falsum sanguinem*, id recte dici et eleganter nego ac pernego *). Sed commoda plane est Orellii coniectura *cassae sanguine*, eamque magis ego probarem, si facile intelligi posset, quomodo ita plane obliterari potuerit vera scriptio. Placet item Bentleii *fuso*, quod recte etiam ab eo defensum est: si modo intelligi posset, quomodo vocabulum tam planum ac simplex ita immutatum fuerit, ut eius ne vestigium quidem exstet. Latet igitur etiam nunc obvelata vocibus incommodis manus Ciceronis vel potius poetae; neque ego habeo aliquid, quod, ut melius vel certius, proponam. Nam longius etiam abit, quod ego aliquando, inspecta Homeri *νεκυίᾳ* (Od. λ. 95. 97. 152.), non tam conieci, quam desideravi: *hausto sanguine* vel potius *sanguine hausto*. Cum enim in illa apud Homerum *νεκυίᾳ* sive *νεκυομαντείᾳ*, de qua ipsa modo locutus est Marcus, illae hominum species ab Ulixe ex inferis sacrificio excitatae (v. 36.) nonnisi hausto sanguine eloqui potuerint, et cum Ulixe colloquendi potestatem haberent; id ipsum antiquitus creditum fuisse necesse est, ut, qui animas excitaret, non prius eas, ut sibi responderent, adigere posset, quam sanguine hausto non ultra plane.

---

*) Kritzius in Censura Ed. Kühneri (A. S. Z. 1830. 110. p. 897.) unice probat lectionem *falso sanguine*; cum *falsum corpus*, paullo audacius si loquatur poeta, etiam *falsum* habere *sanguinem* dici possit.

essent *ἀμενηνὰ κάρηνα* (v. 49.), sed eo quasi vires acciperent eumque, qui aliquid ex iis sciscitari vellet, agnoscerent (v. 152.). — Sed, ut dixi, manum abstineo a corrigendo: verum autem adhuc esse repertum ab interpretibus, alterutram ex receptis lectionem sive defendentibus sive explicantibus, non crediderim. Unum addo, ne quis id a me neglectum vel non animadversum existimet. Probe equidem ad id animum adverti, apud Euripidem in illo Hecubae initio Polydorum prodire atque loqui, nequaquam ante sanguine hausto, sed eius umbram circa inhumatum cadaver versantem, a nemine loqui iussam et evocatam, prologi vices sustinere: quare si nostri versus ad Hecubam Euripidis et Polydori prologum sint referendi, de hausto sanguine, cum ista loquitur umbra, sermonem esse non posse. Sed ut dicam, quod sentio; semper mihi visum est, hos quinque versus ignoti cuiusquam poetae tragici Latini nequaquam ad Euripidis Hecubam pertinere. Quid enim? Quinque versibus, iisque Trochaicis octonariis catalecticis, reddiderit poëta duos Euripidis Iambicos, et ita quidem, ut duo tantum verba Latina uni Graeco respondeat: (*ἥκω: adsum atque advenio*), reliquorum vero sit ne vestigium quidem? Ergo neque initium Hecubae habemus Latine conversum, neque Polydorum sive eius umbram prologi personam sustinentem et sponte loquentem, cuius corpus etiamnum iacebat inhumatum: sed alium quendam *corpore cremato* (v. paullo superius) excitatum ex inferis, ut ad Averni lacum arte necromantica, quam tanti faciebat Appius augur, excitari solebant umbrae sive imagines mortuorum, eo sine dubio more et ritu, quo antiquitus et ante Homeri iam tempora evocatae fuerant.

EXCURSUS III.

ad I. 35. 85:

Quod si ante occidisset, talem eventum omnino non habuisset. [Davisius: *accidisset, tamen — omnino amisisset.*]

Videamus primum de librorum lectione, quae, ut solet fieri in locis obscurioribus, parum constat et concordat. Legitur *accidisset* pro *occidisset* in quatuor Codd. Oxx. Gud. 2. Marb. Aug. quinque apud Gebh. qui id praefert Edd. Sylb. Verb. Grut. Dav. (sed in Ed. 2. est *occidisset*) Lall. Sequitur *tum* in duobus Oxx. Colon. Aug. Edd. C. Asc. 2. Cam. HWolf. Lall. FAWolf. Koel. Schz. Nobb. Or. Rehd. *istum* pro *tamen*, quod sine dubio est correctoris, ut, quod habet Ven. Alt. *eum*. In reliquis est *tamen*, post quam vocem distinxit Dav. in Ed. 1.; tum unus Ox. et Mon. 1. *omnium omnino*. *Amisisset* occupat libros omnes. *H. Stephanus* Castigg. Cic. p. 103 sq. pro *tamen* legendum esse censuit *tum*, addens: „neque enim sententia ullo modo adversativam particulam admittere hic potest: et illa verba: *Hoc autem tempore* optime respondent illi voci *tum*. Quid si vero ex *talem* depravatum esse dicamus *tamen*? Sensus certe idoneus esset: verum acquiescendum censeo in altera lectione.“ *HWolfius* „fortasse, ait, rectius *talem*. Sententia est: tempestiva morte, quae tum esse putatur, cum est vivere iucundissimum, complura mala evitari. — *Amisisset* videtur parum proprie dici. Quis enim eventum habet, priusquam evenerit? et quod non habeas, quomodo amittes? nempe ut dialecticorum cornua. Eo quidem tempore sensum malorum ami-

sit: et calamitosae vitae mortem, quamvis violentam, Cicero anteponit.“ *Bouhierius*, probata Davisiana, vel potius Bentleiana, scriptione *occidisset*, quam se in MS. Reg. et uno Leid. reperisse ait, non quidem improbat *talem*, a Stephano excogitatum, a Dav. et Bentl. commendatum: sed dubitat, an dici possit *eventum amittere*, ut sit id, quod: *casui se subducere, casum evitare.* Quare coniicit: *talem eventum omnino non vidisset;* negandi particulam absorptam esse existimans ultima vocis *omnino* syllaba. Legi etiam posse ait, propius ad literarum ductus, *talem eventum omnino amovisset.* — *Ernestus* quoque ad verba *tamen — amisisset* „Quid hoc est? ait: nemo intelligat. Puto *regnum* esse legendum (pro *eventum*) aut simile quid. Aliae coniecturae, ut Bentleii *talem*, non aptae sunt. Quis dicit *eventum amittere?*“ Ad hanc quaestionem respondere videtur *Anonymus* apud Olivetum: „Ut dixit Sallustius *amittere aerumnas, egestatem.*“ — *Nissen.* l. c. p. 30 sq.: i. e. Tum omnino intelligi potuisset, cur tam flebiliter de morte illius caneretur, quia incertum fuisset, qui belli eventus futurus esset; incertum igitur, utrum a bonis, an a malis discessisset. *Eventus* est pro *spe eventus.*“ — *Schützius* in Opuscc. l. c. p. 209: „Ernestus, ait, iure quidem offensus est illa structura *eventum amittere*: sed quod *regnum* rescribi voluit, id nobis certe non persuasit. Auctor ita potius dedisse videtur: *Quod si ante occidisset, tamen eventum* (malorum sc.) *omnino; hoc autem tempore sensum malorum amisit.* Supplevit librarius aliquis vel grammaticus *amisisset* post *omnino*, eoque venustatem dictionis corrupit. Nam etsi ex verbo *amisit*, in quo finitur periodus, anticipanda est notio quaedam communis post *eventum omnino*, non tamen idem illud verbum hic diserte inculcandum erat. Utitur enim Cicero zeugmatis figura, quam alii syllepsin vocant, qua duabus rebus unum tribuitur verbum minime utrisque conveniens. Itaque *sensum amittere malorum* bene dicitur, *eventum amittere* non item. Quia tamen in *amittendi* verbo inclusa est notio *cavendi* [carendi?] s. *non videndi;* ideo fit, ut *eventus malorum* et *sensus malorum* h. l. uno eodemque verbo copuletur. Quae quum ita sint, Ciceronis verba ita accipienda, ac si scripsisset: *quod si ante accidisset, tamen eventum malorum omnium non vidisset*, s. *vivendo non attigisset: hoc autem, tempore sensum malorum amisit.* Similis est forma loquendi c. 40. *Vadit in eundem carcerem, atque in eundem paucis post annis scyphum Socrates*; ubi non erat, cur verbum *vadit* sollicitaretur a viris doctis.“ In Edd. Opp. Cic. Schützius legit: *occidisset, tum — amisisset, hoc autem — amisit malorum* additque: „*amisisset* fortasse delendum, ut vis eius ex sequenti *amisit* intelligatur.“ Quod quomodo intelligi velit, ex antecedente prolusionis loco patet. — *Hottingeri* sententia in Prolusione Turicensi (a. 1791.) haec est: „Bene Henricus Stephanus, etsi improbante Ernesto, emendavit: *talem eventum.* Sed et verbum *amisisset* cubat in mendo. Pro quo Bouhierius legens, vel *omnino non vidisset*, vel *omnino amovisset*, operam sane lusit. Mihi vero ita legendum videtur: *talem eventum omnino non habuisset.* Particula negans facile absumpta fuit postrema syllaba vocis *omnino*. Emendationi nostrae favere videtur locus huic geminus, de Divin. II. 9: *quae enim vita fuisset Priamo, si ab adolescentia scisset, quos eventus senectutis esset habiturus?*“ — Iam ad *Buggii* sententiam accedimus, qui in Prolusione, Christianiae (a. 1825.) edita, haec habet: „Sana haec non esse facile vides. Quis enim in hoc contexta locus adversativae particulae tamen? Correxit Davisius *talem*: melius, puto, Stephanus *tum*; facili enim errore notae manuscriptorum *tū* et *tn̄* permutari potuerunt. Nec tamen sic satis perpurgatus mihi locus videtur. Etenim *eventum amittere* an bene latine dicatur, equi-

dem dubito. Ernesti coniecturam, *regnum* pro *eventum*, immane quantum a Ciceronis sententia discrepare, quivis videt. Venit mihi in mentem, quod Schützium suspicatum esse video, verbo *amisisset* prorsus ablegato simpliciter legi posse: *tum eventum omnino, hoc autem tempore sensum amisit malorum.* Id autem per zeugma dictum esse puto, ut e notione, quae inest verbo *amittere*, eliciendum sit aliud similis notionis verbum, quod ad *eventum* referri possit, v. c. *effugisset, evitasset.* Fac enim, ita, quemadmodum ego suspicatus sum, Ciceronem scripsisse; facile fieri potuisse concedes, ut librarius in margine adderet *amisisset*, indicaturus videlicet, verbum *amisit*, quod sequitur, etiam huc pertinere. Dixi, quod sentio; nec tamen diffitendum, scabri nescio quid et inurbani adhuc verbis inesse videri. Iudicent eruditiores.

Ceterum sensum loci hunc esse statuo: Si vivis filiis, incolumi ac florente regno, occidisset Priamus, profecto praeclare de eo actum esset: vacasset enim omnibus illis malis, quae in longiore vita in eum irruebant. Quod quoniam ei invidit fortuna, in hoc tamen felix censendus est, quod a diuturniore calamitatum sensu morte liberatus est. Quare gratulandum potius erat, quam lugendum, vitam ei a Pyrrho ereptam esse." — *Billerbeckio* hoc *tum eventum omnino amisisset* (improprie quidem, sed) iocose dictum videtur, pro: „tum quidem multas istas calamitates non vidisset, quod melius fuisset." — *Kühnerus* eandem secutus lectionem, hanc esse ait sententiam: „Bene actum erat de Priamo, quod, amissis suis bonis, caesus est; sic certe non amplius sensit mala, quae sibi acciderunt. Ac melius actum fuisset de eo, si in amplissimis fortunis occidisset; nam tum non vidisset, quam miserum et ipse et tota sua gens et regnum haberet eventum." — *Orellius*, servata eadem, FAWolfii, lectione, enarratis breviter aliorum aliquot sententiis, „altius, ait, hic latet ulcus.. In mentem venit nescio cui: *tale anapaestum omnino amisisset* (cf. lib. 3. §. 57.) id est: nunquam istiusmodi cantico a tragicis celebratus esset miserabilis eius exitus." Quod nemo, opinor, probabile dicet. — *FAWolfius* in scholis explicat *amisisset*, ut sit *amittere* aliquid e manibus emittere, sich etwas entgehen lassen, aus den Händen lassen, nicht geradezu unser *verlieren*: Er würde diese traurigen Ereignisse nicht erlebt haben. — Hanc Wolfii explicationem solam esse probabilem, si quidem *eventum amisisset* esset a Cicerone profectum, ait Or., sed id ipsum sibi admodum dubium videri. Improbat autem Kernii versionem a Billerbeckio (non nominato auctore) adoptatum: Wär' er zuvor gestorben, dann wär' er überhaupt um den Erfolg gekommen. „Quidquid est, pergit, *eventus* si vera est scriptio intelligendum, ut de morte violenta sive nece Scipionis Lael. §. 14: *maerere hoc eius eventu* i. e. tristi exitu "

Iam ut meam de his sententiis sententiam qualemcunque dicam, et, quid ego potissimum probem, exponam: age paucis defungar. *Tamen* inde ortum esse existimo, quod librarii *quod si* dictum putarent pro *etiamsi*. *Accidisset* scripserunt ii, qui *quodsi* dictum credebant pro *si hoc*. *Tum*, quod commendatur etiam a Goerenzio ad Cic. de Finn. II. 15. 49. (ad verba: *et, si quando turpe non sit, tum non esse non turpe*, [ubi vulgo legebatur *tamen*] *quum id a multitudine laudetur:*) optime se habet illo de Finn. loco, cum opponatur *quum*: nostro loco *tum* plane otiosum est: (quod enim *tum* opponi ait H. Stephanus verbis *hoc autem tempore:* id verum esset, si scriberetur *tum quidem:*) *tamen* sententiae est contrarium. *Talem eventum* (quod mihi quoque dudum in mentem venit, antequam idem ab aliis excogitatum scirem) est *tam tristem, qualem scimus.* *Talem* autem in

tamen quam facile mutari potuerit, sive prava pronuntiatione, sive male lecto compendio, non est quod doceam. Bouhierium hariolatum esse nemo est, quin videat. *Non vidisset* nimis longe recedit a Codicum scriptione, nec satis convenit sententiae, quae ad necem eius potissimum respicit. *Amovisset*, quae est altera Bouh. coniectura, peius est. Nunquam enim, non dico dixit, sed ne dicere quidem potuit Cicero *eventum amovere*. *Ernesti* coniectura a sententia loci magis etiam, quam a literis aberrat. *Anonymus* Oliveti Sallustianis suis exemplis nihil probavit. Si enim dicas *aerumnas*, *egestatem amittere*, unum tantum verbum minus proprie adhibeas, quod explicatur proprio usu alterius. *Eventum amittere* si dixeris, in utroque vocabulo habes *κατάχρησιν*, indeque sententiae obscuritatem, ne oppositione quidem sublatam. *Nissenium* si missum facimus, nemo, opinor succensebit: cum somniavisse potius, quam aliquid dixisse censendus esse videatur. *Schützii* zeugma probari non potest. Primum enim a Ciceronis modo coniungendarum sententiarum alienum est hoc *tamen eventum omnino*; deinde in zeugmate non solet omitti verbum alio et tempore et modo subaudiendum, quam quo id positum est, quod ad utramque rem trahendum sit. Ferri igitur posset zeugma (si a sententia loci discedas), si diceres: *tum quidem ille eventum* (sc. malorum amisit), *hoc autem tempore sensum malorum amisit*; denique nego ac pernego, Ciceronem unquam tam obscure locutum esse in re, cui elegantissime et summa cum perspicuitate dicendae tanta esset linguae facultas et copia: nego etiam in verbo *amittendi* contineri notionem *cavendi*: quid? quod etiam notio *non videndi* ita tantum in illo continetur, si intelligas desiderare te id et requirere, quod non videas. Aliam autem esse rationem zeugmatis, quod ex c. 40. laudavit Sch. unicuique, credo, manifestum est. Haec si nobis concesseris, non erit, quod Buggii sententiam peculiariter refutem. Non magis enim in verbo *amittendi* est *effugiendi* notio et *evitandi*, quam *cavendi*, praesertim si cum *eventu* coniungatur, cui, ut voci (quam dicunt) mediae, necessario addendum est verbum haud ambiguum. Sed ipse tale quid sensisse videtur, in Schützii lectione aliquid scabri et inurbani inesse fatens. *Billerbeckio* satis respondit Or. dicens miram esse eius explicationem. Nec summum etiam FAWolfium verum vidisse arbitror, cuius explicatio ab usu verborum Ciceronianorum plane abhorret. *Orellii Anonymus* lusisse magis et hariolatus esse dici potest, quam verum vidisse: nam etiamsi concederes (quod non concedimus) *tale anapaestum* depravatum esse in *tamen eventum*; denuo haerebis in *amittendi* verbo; nam *anapaestum amittere* illo, quem vult, sensu nunquam dixisset Cicero. Solam igitur veram ego existimo Hottingeri emendationem, commode fultam loco de Div. II. 9. quem ipse laudavit. Fac enim scriptum fuisse in antiquissimo Codice OMNINŌ (vel OMNINONŌ) HABVISET, i. e. *omnino non habuisset*; si semel exciderat repetendum ex maiusculis literis NŌ, illud *habuisset* servari amplius non poterat; quare, oculo etiam fortasse aberrante ad proximum verbum, arripuit librarius verbum *amittendi*, idque praecedenti, quod fieri debuit, accommodavit. Sententiam loci optime exposuerunt Buggius et Kühnerus. — Duo vocabula ultima inverso ordine leguntur in libris editis plerisque (*malorum amisit*): nostrum habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Edd. Dav. FAWolf. Koel. Schz. Nobb. Or. In uno Ox. est *hoc a tempore*, ex perperam lecto compendio. Gud. inserit *et* ante *sensum*. — Male ultima verba explicat Beroaldus: „quia scilicet iam in malis callum obduxerat, animumque obduraverat ad patientiam malorum.“ Tum certe pro *amisit* scribendum erat *amiserat*.

Haec dudum scripseram, cum in manus incidit liber primus Quaestionum Tullianarum R. Klotzii (Lips. 1830.) ubi p. 98 — 102. librorum lectio: *quod si ante occidisset, tamen eventum omnino amisisset* ita defenditur: „Ac primum quidem hoc miror, non esse intellectum a viris doctis *eventum* malorum et *sensum* inter se opponi, ita ut ea, quae Cicero ante multis explicaverat, referantur eademque breviter repetant. Nam si Priamus salvo regno exstinctus esset, eventum malorum amisisset, i. e. ea mala, quae eum exspectabant, non evenissent: at expugnata Troia, quum ad aram Iovis interfectus esset, sensum malorum amisit, i. e. quae mala iam evenerant, ea non sensit certe. — Quum Cicero hanc sententiam dixisset: si Priamus integro regno obisset diem, mors eum videretur a bonis potius, quam a malis abstraxisse, et tamen, si prius decessisset, ista mala non vidisset: nec eius exitus tam flebiliter caneretur; quod tamen non recte fit, nihil enim tum potuit ei melius accidere: hanc igitur sententiam quum posuisset, sic perrexit: quamquam si ante occidisset, etiam eventum evitasset, hoc autem tempore, quo occidit re vera, sensum certe amisit malorum. — Particula *tamen* ad hunc locum est aptissima, quae etsi pertinet ad omnem sententiam, ita ut iis, quae antecedunt, aliquid opponatur; suum tamen locum ante *eventum* habet, quod verbum vel maxime hoc loco erat afferendum. [Iam laudat ad probandum hunc vocis *tamen* usum Caesar. B. G. I. 32. 4: *Hoc esse — perferendi.* Cic. Catil. III. 5. 10. *Tum Cethegus — conticuit.* Tum pergit:] Est igitur *tamen* nostro Ciceronis loco sic usurpatum, ut hoc dicat: quanquam eo tempore nihil poterat Priamo melius accidere, quam mors; tamen eventum ipsum, si ante occidisset, amisisset, hoc autem tempore morte sensum certe amisit malorum. Ita prorsus germani sententiam conformare solent: gleich als wenn dieses, oder nur irgend Etwas damals hätte können für ihn besser ausfallen; wenn er aber eher geschieden wäre, würde er jedoch (aber *auch*) dem Eintritte überhaupt entgangen sein, so aber entgieng er dem Gefühle des Unglücks. Si contra *tum* probamus, id dicetur, quod modo dictum erat paullo definitius; sed quem ad modum supra temporis significatio erat necessaria in verbis his: *tum potuerit ei melius accidere,* ita hoc loco, ubi modo dictum erat: *quod si ante occidisset,* plane est supervacanea, quare non potest esse ulla dubitatio, quin, quod omnes fere libri tuentur idque sententia flagitat, sit recipiendum.“ Haec addere visum est, ut habeant lectores omnes, quae mihi quidem innotuerunt, sententias. Nolo nunc repetere, quae monui de locutione parum probabili *eventum amittere,* quam volunt esse *eventum evitare* (dem Eintritte entgehen, ait Kl.) illud addo: me quidem non fuisse commotum, ut sententiam meam immutarem: noluisse tamen committere, ut, quas rationes alii contra meam sententiam protulissent, lectores lateret. Fieri potest, ut Cicero plane aliud quid scripserit, quam quod ego recepi: ut vulgata sit vera, vix ac ne vix quidem.

EXCURSUS IV.

ad I. 40. 96.

Qui quum, coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum, venenum, ut sitiens, obbibisset.

„Cuncti veteres codices *obduxisset* habent: quin et Germani ita quoque et ipsi adnotant, ut qui ex aliquo antiquo exemplari id hauserint. Tanta est autem varietas huius verbi significationum, ut mirum etiam videri non debeat, hic, pro *celeriter absorpsisset*, ut puto, positum esse; cur enim credendum facile sit, in omnibus libris idem mendum insedisse? aliis autem fortasse locis eandem vim habere verbum id invenietur. Nam libro XVI. 6. ad Atticum, nescio quid simile omnino sonat, cum inquit: VIII. *Calend. igitur ad Sicam; ibi tanquam domi meae scilicet: itaque obduxi posterum diem.* Tantopere enim se ibi delectatum esse, et tam commode dicit mansisse, ut posterum etiam diem penè contra voluntatem suam ibi consumpserit. Omnino existimo locum ita legi debere, et hanc rectam esse lectionem, olet enim ea quiddam sincerum prorsus et elegans, quamvis aperte vim et rationem eius explanare non possim. [Ad confirmandam tamen castigationem, quam ego minus fortasse lenté et fastidiosé probavi, valent haec duo optimorum auctorum exempla, qui et ipsi eo verbo eodem significatu usi sunt. Horat. lib. I. Odar. *Hic innocentis pocula Lesbii Duces sub umbra.* Plaut. Amphitr. Merc. *Cadus erat vini, inde implevi hirneam.* Sos. *Ingressu' st iam.* Merc. *Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri.*] Hic autem miserabilis Theramenis exitus accurate narratur a Xenophonte. Lib. II. de Rebus Graecorum; nam et ille hominem admiratur, qui tam forti et laeto animo de vita abcesserit, ut iocari etiam in extremo spiritu potuerit. Quare non inutile esse arbitror, cum eundem locum ambo hi praeclarissimi auctores diligenter pertractent, verba hic Xenophontis apponere, quae sunt haec: *καὶ ἐπεί γε ἀποθνήσκειν ἀναγκαζόμενος τὸ κώνειον ἔπιε τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτὸν, Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ· καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἀγνοῶ, ὅτι ταῦτα ἀποφθέγματα οὐκ ἀξιόλογα, ἐκεῖνο δὲ κρίνω τοῦ ἀνδρὸς ἀγαστὸν, τὸ τοῦ θανάτου παριστηκότος μήτε τὸ φρόνιμον μήτε τὸ παιγνιῶδες ἀπολιπεῖν ἐκ τῆς ψυχῆς.* Quod autem Graeci uno verbo comprehendunt *τῷ ἀποκοτταβίζειν* scilicet (nam propter hoc etiam non incommodum fuisse puto hos locos contulisse) Cicero ipse coactus est pluribus verbis exprimere. Erat autem lusus quidam in conviviis Graecorum, quem *κότταβον* appellabant, talis: Collocabant vas in medio, et reliquum vini, quod erat in poculo, cum biberant, ita in illud proiiciebant, ut magnum sonum ederet. Pleni sunt Graecorum libri huius nominis et moris. Athenaeus libro X. *Δειπνοσοφιστῶν* a Siculis hoc genus lusus fluxisse tradit; inquit enim: *Ἦσαν δὲ τῶν δὲ ἀκράτων ἐπιχύσεις, ὥς φησι Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ μέθης, οὐ παλαιαί, ἀλλ' ἦν ἀπ' ἀρχῆς τὸ μὲν σπένδειν ἀποδεδομένον τοῖς θεοῖς, ὁ δὲ κότταβος τοῖς ἑρωμένοις· ἐχρῶντο γὰρ ἐπιμελῶς τῷ κοτταβίζειν, ὄντος τοῦ παιγνίου Σικελικοῦ καθάπερ καὶ ὁ Ἀνακρέων ὁ Τήϊος πεποίηκε Σικελικὸν κότταβον ἀγκύλῃ παίζων. ἀγκύλην* autem poculi genus fuisse, ad hunc lusum exercendum accommodatum, docet Hesychius, qui etiam exponit, quanta industria et artificio id facerent; inquit enim: *Qui cottabos eiiciebant, dextram manum curvabant, in orbem ipsam, quam maxime fieri poterat, decenter formantes: ob hoc, tanquam ob praeclaram et honestam quampiam rem, sibi placentes.* Libabant igitur a primo hoc merum pueris, quos amabant: unde Theramenes (ut opinor) inquit, Pulchro hoc

Critiae propino. nam Athenaeus citat etiam eo loco Pindarum, qui Ἀγάθωνι δὲ καλῶ κόνταβον dixit: quamvis Cicero videtur aliter hunc locum intellexisse, cum morem eum exponens dicat: *Graeci enim in convivis solent nominare, cui poculum tradituri sint.* Sed si attente consideres Xenophontis et Pindari verba, et primum ortum huius lusus, a Theophrasto traditum, non inelegantius fortasse putabis, allusisse Theramenem ad antiquam consuetudinem, amoribus et deliciis suis hoc merum libandi. Cur enim et Theramenes ipse et Pindarus καλῷ addidissent, nisi hoc innuere voluissent?" *Victorius.*

Eandem Victorius emendationem proposuit Varr. Lectt. XV. 7. p. 377. „Cum Victorii libris omnes nostri consentiunt et conspirant. *Obduxisset* autem i. e. exsorbuisset, ebibisset. Horatius Od. III. 3: *illum ego lucidas Inire sedes, ducere nectaris Succos, et adscribi quietis Ordinibus patiar deorum.*" *Lambinus.* „Cf. Commentt. Lamb. Horatt. ad II. Carmm. 14. 27. et vid. Pareum Lex. Crit. p. 818. l." *Klein.* Add. Schottum ad Aurel. Victor. de Vir. III. 76. p. 281. ed. Arntzen. „Noster, a vera lectione non magnopere aberrans, *obdixisset* habet. — *Obbibisset* vulgati habent." *Brutus.* Habent autem *obduxisset* quinque Codd. Pall. Vatic. quinque Oxx. nostri Reg. Gud. 1. Vind. 2. Aug. Marb. Bern. Edd. Rob. Steph. HWolf. (hic in marg. *ebibisset?*) Lamb. Sylb. Brut. et post Gebh. omnes. In Cod. Rehd. legitur *abduxisset*, in uno Ox. *hausisset*, in alio *bibisset*, in marg. MS. Ald. 2. Gud. Duisb. Ed. E. Ven. Alteri *ebibisset*: in quibus omnibus agnoscis glossatorem. Reliqui habent *obbibisset*, ubi vides manum correctoris, qui cum nollet abiicere praepositionem *ob*, vocabulum procudit non modo minime Ciceronianum, sed ne Latinum quidem. *Mr.*

EXCURSUS V.

ad I. 42. 100.

„Verba Ciceronis sunt lib. I. Tusculanarum: *Cum Lacedaemonius quidam, — — — —; ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea poena multaverit, quam sine mutuatione, et sine versura possem dissolvere.* — Ubi *mutuatio* est gratuita, *versura* foenebris. Nam hi duo modi sunt pecuniae, quam non ex tuo habeas, ex alieno inveniendae: per gratuitum mutuum, aut per foenebre. Atque hoc posterius *versura* est. Vereor tamen, ne Graeca verba male acceperit Cicero, quae apud Plutarchum extant in Apophthegmatis Laconicis, ubi et nomen illius Lacedaemonii reperitur, quod proditam tamen memoriae negat ille disertissimus Romuli nepotum, et vocatur Θεκταμένης. Sic igitur ille respondit interroganti, an contemneret leges Lycurgi: Οὐχί, ἀλλὰ γέγηθα, ὅτι δεῖ με τὴν ζημίαν ἐκτίσαι, παρ' οὐδενὸς οὔτε τι αἰτήσαντα, οὔτε δανεισάμενον. Sic enim scribendum, non, ut editur, οὔτε διαιτήσαντα. Quae sic fuere vertenda: *quod hanc me multam exsolvere oporteat, sine stipis petitione, aut mutuatione.* Vel, ut brevius fiat, sine stipe ac mutuo. Qui petit aliquid, ut reddat, αἰτεῖσθαι dicitur, ut in mutuo. Qui non redditurus rogat, αἰτεῖν, ut in stipe, et eleemosyna. At δανείζεσθαι utrumque genus mutuationis comprehendit, gratuitae et foenebris. Male igitur Cicero, si Graeca, quibus usus est eadem fuere cum illis, quae apud Plutarchum habentur, τὸν αἰτήσαντα de eo, qui mutuam sine usuris petit, accepit, et δανεισάμενον, de eo, qui versuram facit, hoc est,

mutuatur sub usuris. Nam αἰτεῖν non aliter Graece accipitur, quam quomodo dixi. At ille αἰτεῖσθαι cum αἰτεῖν confudit.

Versura igitur Ciceroni idem, quod mutuum foenebre. Atque ita passim apud eum haec vox accipitur. Secunda in Verrem [II. 70.] *Inspiciebamus Syracusis a Carpinacio confectas tabulas societatis, quae significabant, multis nominibus eos homines versuram a Carpinacio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent.* Id est, qui multa usuraria nomina fecerant, et pecuniam a multis foenore sumpserant, ut eam Verri darent. In ea pro L. Flacco [20, 48.]: *Fecit eadem omnia, quae nostri debitores solent: negavit se omnino versuram illam feciss Romae. Fusiorum* [leg. *Fufiorum*] *se affirmavit nunquam omnino nomen audisse.* Id est, infitiatus est debitum, et negavit se quidquam foenore a Fusiis [*Fufiis*] accepisse. Idem pro M. Coelio [7, 17.]: *Tabulas qui in patris potestate est, nullas conficit, versuram nunquam omnino fecit ullam.* Id est, nunquam aes alienum fecit sub usura. In Epistolis ad Atticum multis locis eam vocem hoc sensu usurpavit. Unum atque alterum afferam. Lib. XVI. Epist. 1: *Omnia nostra, quoad eris Romae, ita gerito, regito, ut nihil a me expectes. Quanquam enim reliqua satis apta sunt ad solvendum, tamen fit saepe, ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus. Si quid eiusmodi acciderit, ne quid sit tibi meâ famâ potius, non modo versura, verum etiam venditione, si ita res coget, nos vindicabis.* Non modo pecunia foenore sumpta, id est, versura, sed etiam, si sit opus, bonorum suorum venditione nummos confici vult, quibus creditores suos absolvat. Item. lib. IV, Ep. 1: *De Oppio factum est, ut volui, et maxime quod DCCC aperuisti, quae quidem ego utique vel versura facta solvi volo, ne extrema exactio nostrorum nominum exspectetur.* Vult debitum illud solvi vel versura facta, id est, contracto foenore. Idem et apud Terentium est, ut olim exposuimus, *versura solvere*, id est, foenore, atque ut loquitur hic Cicero, *versura facta*. Apud eundem *versuram facere inquissimo foenore* dicitur, epist. XIV. lib. XVI. — *Non modo, sed iniquissimo foenore versuram facere Aurelius coactus est.* Ergo si copia non daretur aequi foenoris, etiam iniquissimo, illi, qui non poterat exspectare, aut rem differre, erat versura facienda.“ — Haec *Salmasius* in libro De Modo Usurarum p. 297 — 301. Plura idem in Notis ad Tertullianum de Pallio p. 112 sqq. (ed. Paris. 1622. 8.) *Versura* etiam usuram ac foenus significat etc. et in Confutatione Animadversorum Antonii Cercoetii [i. e. Dionysii Petavii] ad Claudii Salmasii Notas in Tertullianum de Pallio. Auctore Francisco Franco J. C. [i. e. Cl. Salmasio] Middelburg. 1623. 8. p. 117 — 120. J. F. Gronov. de Sestertiis p. 535 — 537. Camerarius ad nostrum locum: „*Versura* quaedam et ipsa mutuatio est, cum debitum vetus in aliud novum vertitur, mutato creditore, et hac ratione quasi die dilato, ut Terentius explicat [Phorm. V. 2. 15.]

Quid fiet? in eodem haesitas luto: vorsura solvis:
Praesens quod fuerat, in diem malum abiit, plagae crescunt,
Ni prospicis.

Ubi vid. Donatum. Cf. etiam Festum p. CCCV. ed. Scalig. (ap. P. Santandr. 1593. 8.) Breviter Ernestus in Clave Cic.: „Versura est sumtio pecuniae mutuae: unde duae formae loquendi, quarum alterum et nunc quidam male intelligunt. Prima est Cael. 6. Font. 1. Verr. II, 76. Flacc. 20. versuram facere *ab aliquo*, quae significat simpliciter, pecuniam ab aliquo sumere mutuam; altera est Att. V. 1. versura *facta* solvere. Tusc. I. 42: *versura dissolvere* h. e. debitum solvere ita, ut ab alio sumas.“ *Mr.*

EXCURSUS VI.

ad Cic. Tusc. II. 6.

De variis disciplinis philosophorum, quas Graeci ἀρέσεις nominant.

Disputationem finium copiose exsequitur Cicero et in quinto de Finib., et in V. Tusc. Sex quidem secundum Carneadem esse omnino simplices fines commemorat in V. de Finib. Voluptatis appetitum, quamvis haec non contingat: aut studium non dolendi: aut ut iis potiri possimus, quae prima secundum naturam vocantur: voluptatem ipsam: vacuitatem doloris: fructum et copiam eorum, quae prima secundum naturam vocant. Ita erit septimus, adjunctae voluptatis ad honestatem: octavus, ad hanc vacuitatis doloris; nonus, accessio illorum, quae prima secundum naturam vocant. Requiri autem in his finem Stoicorum video ab aliquo posse, virtutem, quae illis sola bonum est. Sed illi, ut in tertio de Finibus docetur, cum posuissent, ortum quendam ultimi boni de principiis naturalibus, ad convenientiam naturae illud deduxere, ut summum bonum dicerent esse, convenienter naturae vivere: id est, *ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν*, in hoc jam virtutem, sive honestatem constituerant. De Aristone autem, et Pyrrhone, atque etiam Herillo, ita Cicero in V. de Finib. *Iam explosae ejectaeque sententiae Pyrrhonis, Aristonis, Herilli, quod in hunc orbem, quem circumscripsimus, incidere non possint, adhibendae omnino non fuerunt*, etc. Atque ibi et Cicero significat, Pyrrhonem omne discrimen vitae sustulisse, cum praeter honesta et turpia nihil neque expetendum neque fugiendum traderet, itidemque Herillum, qui negaret quicquam esse bonum, nisi scientiam. De Aristone Plutarchus, *περὶ ἠθικῆς Ἀρίστων δὲ ὁ Χῖος τῇ μὲν οὐσίᾳ μίαν καὶ αὐτὸς ἀρετὴν ἐποίει, καὶ ὑγείαν ὠνόμαζε. τῷ δὲ πρός τί πως, διαφόρους καὶ πλείονας, ὡς εἴ τις ἐθέλοι τὴν ὅρασιν ἡμῶν, λευκῶν μὲν ἀντιλαμβανομένην, λευκοθέαν καλεῖν, μελάνων δὲ μελανθέαν.* Et Galenus, *περὶ τῶν κατ' Ἱπποκράτη καὶ Πλάτωνα δογμάτων*, dicit hanc vim appellasse Aristonem *ἐπιστήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν*. *Camerarius.*

De *Aristippo*, Socratis discipulo, Cyrenaico, philosophiae Cyrenaicae Auctore, saepius loquitur Cicero, quos locos laudat Schützius in Lex. Cic. I. s. v. Peculiares de eo aliquot libelli exstant, quos laudat Tennemannus in: Grundriss d. Gesch. d. Philos. §. 116. p. 71 sq.

De *Epicuro* primaria sunt opera P. Gassendi tria: primum Animadvv. in Diog. Laërt. X., de Philosophia Epicuri. Lugd. Bat. 1649. f. m.; alterum: De Vita et moribus Epicuri 4. Hag. Com. 1656. Syntagma philosophiae Epicuri. 4 Amst. 1684. Plures libros laudat Tennemannus l. c. §. 140. p. 95 sq. Lucretii Carmen *de Rerum natura* Epicuri philosophiam continere, notum est.

De *Hieronymo* Rhodio vid. H. Meyer. ad Cic. Orat. 56, 190. p. 124.

De *Zenone* eiusque philosophia sunt duo Justi Lipsii opera: prius Manuductio ad Stoicam philosophiam, posterius Physiologia Stoicorum: utrumque Antw. 1604. 4. et in eius operibus. Add. Tiedemanni System d. Stoischen Philosophie III. T. Lips. 1776. 8. et quos alios laudat Tennemannus l. c. §. 147. p. 102. sq.

De *Aristone* Chio exstat doctissimus J. B. Carpzovii liber, qui inscribitur: Paradoxon Stoicum Aristonis Chii etc. Lips. 1742. 8.

De *Pyrrhone* vide quos laudat Tennemannus l. c. §. 119. p. 74. Sextum Empiricum eius doctrinam in opere suo praestantissimo Pyrrhonianarum Hypotyposeon exposuisse, nemo est, qui nesciat.

De *Metrodoro* denique, Epicureo, Atheniensi, saepius in libris Ciceronianis sermo est, quos vide locos in Schützii Lex. Cic. I. p. 277. f. Interpretes ad Diog. Laert. X. 22. — *Mr.*

EXCURSUS VII.

ad Tuscc. II. 8. 20.

Ex H. Stephani Castigationibus in Cic. p. 33 — 37.

„*Quae corpore exanclato atque animo pertuli.*

Mirum est, in istis etiam novissimis Ciceronis operum editionibus, emendatis scilicet diligenter atque castigatis, accurateque perpurgatis, et maculatis (*emaculatis* dicere volebam) legi quemadmodum et hic *exanclato*. Nam si superiores illas, inemendatas alioqui et inelegantes, editiones consuluisset typographus (quas ego, dum haec Ciceronis scriptorum velut ἀποσπασμάτια excuderem, non habebam: sed ille totum corpus excudens, ut quam appetebat, reportaret diligentiae laudem, et habuisse et summa cura studioque versavisse debuit) commodiorem certe lectionem reperisset *exantlata*. Sed fallor: nam editiones illas habuit, et summa cura studioque evolvit, verum utra lectio potior esset, ignoravit. In illius igitur gratiam, ut hoc tandem discat, dico *exanclato* neque ab ulla Latina, neque ab ulla Graeca voce originem habere posse: at *exantlata* ab ἐξαντλεῖν 'deductum esse norunt, eo excepto, omnes. Quanquam, ut ingenue fatear, quum ex hac derivatione consequatur, ut *exantlata* significet exhausta, vereor ne *exantlato* potius legendum sit. Nec enim satis intelligo, quomodo dici possit, perpessu aspera, quae pertuli exhausta corpore atque animo, ac nullum esse puto, cui non videatur dicendum fuisse potius, *Exhausto corpore atque animo*. Quod si ita est, scribendum esse constat *exantlato*. Atqui *exantlata* (dicet aliquis) sumi etiam potest pro tolerata. Quin alibi ita accipiatur, non nego, sed hic ita posse accipi, nego: quis enim unquam ita loquatur? *Perpessu aspera, quae pertuli tolerata corpore atque animo*. Omnino enim redundare participium illud necesse esset. Et quoniam in hujus verbi mentionem incidi, occasionem dicendi de eo, quae nullus alius antea adnotavit, non praetermittam. Verbum *Exantlare* grammatici a Graeco ἐξαντλεῖν derivatum esse (sicut simplex *Antlare* ab ἀντλεῖν) et nonnunquam pro Exhaurire accipi, ut illud apud Graecos: nonnunquam vero, et multo frequentius pro Perpeti, sive Tolerare aiunt: et illius significationis unum ex Plauto exemplum proferunt: hujus satis multa, non ex poëtis tantum, sed ex ipso etiam Cicerone. At ego in eo, quod duas hasce significationes huic verbo tribuunt, illis assentior: sed in eo, quod pro utraque significatione unam dant derivationem, an illis assentiri debeam nescio. Nam apud Plautum quidem quin *Vinum exantlare* significet ἐξαντλεῖν, id est exhaurire, non dubito: (quid enim aliud significare possit?) sed quod Latine dicitur, *Exantlare labores*, ut vix Graece dici posse existimem ἐξαντλεῖν πόνους, facit Aeschylus, apud quem reperio verbum ἀπαντλεῖν, quod idem prorsus significat, et cum eodem nomine junctum, in contraria prorsus significatione. Nam apud eum κράτος Prometheo haec dicit, pag. 10. meae editionis, — τίσοι οἷοί τε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων; illi insultans afflicto et eum irridens, quod apud mortales male locata fuissent illi tot beneficia: utpote quorum ope nihil omnino minui de ejus aerumnis posset. Si igitur ἀπαντλεῖν sive ἐξαντλεῖν πόνους sumitur active, et

Labores diminuere significat: quomodo *Exantlare labores*, ab illo deductum, neutraliter accipiatur, et perpeti labores significet, merito quaeri possit. Hunc ergo ut eximam scrupulum, proponam et aliam hujus verbi originem, quam doctorum virorum judicio permittam: nimirum ut *Exantlare labores* sit quod, mutatis Latinis in Graecas literis, dicas *ἀνατλᾶν* et *ἐξαντλᾶν πόνους*. Nam quamvis multa sint apud Graecos verba in hac etiam re exprimenda synonyma, insitam tamen huic verbo majorem quandam, quam ulli alii, vim esse, observavi. Si quidem ut Cicero, quum possit dicere, *Ferre, Perferre, Perpeti, Tolerare labores*, tamen, ut istis omnibus significantius, usurpat verbum *Exantlare:* ita etiam Graeci quum uti possint his *φέρειν, πάσχειν, ἀνέχεσθαι*, et aliis, quae mihi non succurrunt (nam *ὑπομένειν* et *καρτερεῖν* non simpliciter id significant: ut nec *ἀνέχεσθαι* interdum) tamen *ἐξοχὴν* quandam huic verbo tribuunt, ut maiorem habenti emphasin. Sic a quodam idoneo scriptore dictum est in oratione soluta, *ἀλλ' ἡ μὲν μὴτηρ σὺν τῷ κυῆσαι καὶ γεννῆσαι καὶ τιθηνῆσαι, μυρίους ἄλλους ἀνέτλησε πόνους*. sic in carmine ab Hermesianacte, *Μίμνερμος δὲ τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο, πόλλον ἀνατλὰς, Ἧχον καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου*. Quid? nonne ab Homero ex multis epithetis unum deligitur *πολύτλας*, quod *πολλὰ μογήσαντι* et *πολλὰ πεπονθότι* Ulyssi tribuatur? Quin etiam ab hoc verbo factum est nomen *τάλας*, pro *misero:* quum a reliquis synonymis nullum itidem, quod quidem tam significans tamque frequens sit, formatum reperiatur. Et ut tandem finiam, summa sit haec, suspicari me, *Exantlare* apud Latinos, quum *exhaurire* significat, esse merum verbum Graecum *ἐξαντλεῖν*, Latinis literis scriptum, et Latina terminatione quasi vestitum: at, quum significat *tolerare*, esse purum putumque Graecum *ἐξαντλᾶν*, elisa tamen per syncopen litera *ᾱ*. Praesertim quum ex Aeschylo probaverim *ἀπαντλεῖν* sive *ἐξαντλεῖν πόνους*, non accipi in significatione neutra pro *perferre labores*, sed in activa pro *Labores minuere* et levare, ducta videlicet ab iis metaphora quae hauriendo paullatim minuuntur, donec tandem exhauriantur. Et haec quidem ego probabiliter. Quid si vero (libet enim utramque in partem, Academicorum more, disputare) huic Aeschyli loco, ubi composito *ἀπαντλεῖν* ita utitur, alii duo opponantur, in quibus simplex *ἀντλεῖν* usurpat? Dicit enim in Prometheo, pag. 27 meae editionis, *Ἐγὼ δὲ τὴν παροῦσαν ἀντλήσω τύχην* et in Choëphoris, pag. 257, *Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἤντλουν κακά*. Possit fortasse aliquis et ei, qui hos locos opposuerit, probabiliter ita respondere: aliud esse simplex *ἀντλεῖν*, quod Latine est *Haurire*: aliud *ἐξαντλεῖν* sive *ἀπαντλεῖν* compositum, quod Latino *Exhaurire* respondet: ideoque diversa etiam, quae ex his facta sint, esse loquendi genera. et quemadmodum non idem est aquam ex puteo haurire, et puteum aut putei aquam exhaurire, sed haurienda est diu, antequam exhauriatur, et nulla in eo relinquatur: ita etiam aliquem ex hac vita tanquam miseriarum fonte, posse merito dici *ἀντλεῖν κακὰ*, ut ex puteo aquam: sed *ἐξαντλεῖν κακὰ*, id est exhaurire, (perinde quasi nullas in posterum sibi aut aliis reliquas faciat miserias) minime posse dici. Quanquam vereor, ne cui nimium subtiliter haec a me dici, et nimium ad vivum videantur resecari. Ea igitur doctioribus viris proposuisse sit satis: quae postquam diligenter consideraverint, illorum stare judicio non recusabo. Interim ad hunc locum quod attinet, nullo modo hic legi posse *exanclato* dico: imo vero non solum hinc, sed ex totius linguae Latinae finibus ablegandam esse hanc vocem audacter pronuntio. Sequor igitur eorum, quae olim edita fuerunt, exemplarium lectionem: sed ne eam quidem usquequaque, verum ex parte duntaxat: nam quum illic *exantlata* legatur, ego, quod non syllaba *cla* sed *tla* posita sit, probo: quod autem

ta non *to*, probare non possum: ideoque ex duabus malis lectionibus *exanclato* et *exantlata* bonam unam faciendam censeo *exantlato*: quod pro *exhausto* positum, significationi verbi ἐξαντλεῖν respondebit, eique quam explicuimus metaphorae consentaneum erit."

G. J. Vossius in Etymologico L. L. p. 199. Elzevir. *exantlare* proprie esse ait *exhaurire sentinam* et generatim *exhaurire*, μεταφορικῶς poni pro *perpeti* ut Graecum ἐξαντλεῖν, ab ἄντλος, ἄντλον, ἀντλία, *sentina* vel, ut est apud Martialem *antlia*, machina sive instrumentum, quo hauritur aqua (IX. 19.). Si ducitur ab ἐξαντλᾶν pro ἐξαναντλᾶν, est *perferre*. Male vero negant latine dici *exanclare*; ab *anculus* enim et *ancula*, quod est minister, ministra, et ab *anculare*, ministrare, potest duci *exanculare* et per syncopen *exanclare*. Lambinus ad Cic. Acadd. II. 34. 108: „Nonius in verbo *exantlare* [2, 304. p. Mercer. 107, 25.] legit *exanclatum* per *c*, quasi a verbo *anculare*, quod quidam dicunt apud veteres valuisse *haurire*. Atqui existimo *anculare* significasse apud veteres *ministrare*, non haurire, et ita Festus in v. *ancillae*. Idem perspicue *antlare* docet ortum esse a Graeco verbo ἀντλεῖν. Nec me movet, quod apud eum scriptum est *anclare* in libris vulgatis. Nonnulli enim veteres habent *antlare*. Omnino *exhaurire laborem* Latini dicunt, praesertim poëtae. Ergo et *exantlare* probandum est. *Exanclare* autem etiam probo, ab *anculando*, quod est *ministrare*; ut *exanclare laborem* idem valeat, quod *perferre* ac *tolerare*." Ad quae Kleinius: Cf. Non. Marcell. 4. p. 162. p. Mercer. 292, 2. vid. Pareum Lex. Crit. p. 434. sq. et M. Antonium Muretum. V. V. LL. 13, 17. Opp. T. 2. p. 313. ibique Faesium T. II. p. 341. et quae ab Ochsnero annotantur ad Eclogg. Oliveti p. 278. et 469. v." *Klein.*

Muretus Varr. Lectt. XIII. 17. p. 313. Ruhnk. *exanclare* praefert, ducitque ab ἀγκύλη, quod est apud Hesychium poculi genus. Vid. nos ad Cic. de Div. II. 30. p. 407. *Goerenzius* ad Cic. Acadd. II. 34. 108. se inter *exanclare* et *exantlare* discrimen ait videre nullum, nisi hoc, *exantlare* esse scripturae serioris, et in Cicerone ubique illud sectandum esse. Nam, pergit, quod Lamb. h. v. ab *anculare* derivat, in eo certe sic me consentientem habet, ut utrumque ex communi fonte iudicem. Communis autem ille horum fons Graecum ἀντλεῖν videtur. Quod translatum in Latinum sic est, ut τ in *c* mutaretur cum Latini ante *l*, *t* respuant, atque inde non *peritlum*, *subligatlum* et talia paene infinita, aed *periclum*, *subligaclum* (I. Off. 35. 11. Heus.) scribant, quae postea, aurium causa, in *periculum*, *subligaculum*, ut *anculare* ex *anclare* mutata sunt." His nihil addimus, cum et supra ad I. 49. 118. nonnihil de eo verbo monuerimus, nisi hoc: novae editionis Germanicae Forcellini editores s. v. *anclare* hanc praeferre scriptionem alteri. Unum illud adiicimus, Quinctilianum Inst. Or. I. 6. 40. p. 83. ed. Burm. p. 167. ed. Spald., qui verbo *exanclare*, utpote plane obliterato, uti vetat, non videri reputasse, verbum istud etiam Ciceroni non displicuisse. Reprehensus est eo nomine iam a Camerario et Colomesio ad eum locum. Ibidem Burmannus laudat Salmasium ad Vopiscum: Bonos. cap. ult. [p. 774.] Spaldingius vero haec apposuit: „Utrum *exanclare* ubique sit scribendum, an *exantlare*, an duplex verbum sit agnoscendum et suo loco alterutrum ponendum, quaeritur inter viros doctos. Equidem in tanta fluctuatione Codicum, ubi *c* an *t* scribendum, magnopere dubitem, diversitatem ullam in hac scriptura agnoscere. Ducit eo fere Festi et Nonii auctoritas alterius a Graeco ἀντλεῖν repetentis, alterius *exhaurire* interpretantis, ut malis semper per *t* scribere. *Anculos* et *anculare*, quae memorat Festus in *ancillae* pertinere ad *exanclare*, nullo idoneo argumento efficitur. Cf. et *anclam*, hauriendi instrumentum, de qua

agit Salmas. ad Vopisc. (Hist. Aug. Scriptt. T. II. p. 774.) Wolfius Tusc. I. 49. reposuit *exanclavisset.* Simplex aperte pro hau rire apud Priscianum est ex Andronici Odyssea p. 684. *anclabatur* per *c;* et (cum in Codd. semper *exancl.* per *c*) sonum *tl* Graecum, sibi ignotum, videntur mutasse suo *cl.* Idem iudicium est Mureti Varr. Lectt. 13, 17." *Mr.*

EXCURSUS VIII.

ad Cic. Tuscc. II. 10. 23.

Unde ignis cluet — expendisse supremo.

Summa huius loci lectionis est diversitas, maxima in libris editis varietas, multa virorum doctorum de eo legendo dubitatio; ut, pro editionis nostrae consilio, quae huc faciunt, quam brevissime potuit fieri, in hoc excursu exponenda visa sint. Videamus primum de Codd. et Edd. vett. Et in Codd. quidem Reg. Vind. 1. est: *unde ignis lucet mortalibus clam divisus eum doctus prometheus Clepsisse dolo poenasquae Iovi fato expendisse Supremo has igitur* etc.; Gud. I. Aug. *unde ignis cluceŧ* (hoc etiam unus Ox.) *mortalibus clam divisus eum — clepsisse* (Aug. *elepsisse*) *dolo poenasque Jovi* (Aug. *penas Jovique*) *facto* (eraso c, Aug. *fato*) *exp. supr.* Unus Ox. *Unum* pro *unde;* sex *luceret;* Gud. 2. *u. i. luceat mort. clam dirisus eum edoctus Prom. clepsisse* etc.; unus Ox. *divisus cum,* duo *divisis, eum,* duo *divisus eum.* Marb. ut Reg. sed pro *clepsisse* habet *clēps.* Cod. Rehd. *u. i. ducetur clam divisus cum Prometheus doctus elepsisse* (supra lin. *depressisse*) *dolo* etc. Gud. *u. i clam divisus mortalibus eum Prom. doctus dolorē quē depsisse dolo* etc. Duisb. *u. i. cluet immortalibus divisus eum doctu' Prometheus clepsisse dolo* etc. Mon. 2. *u. i. luceret mortalibus clam divisus? cum doctus Prom. clepsisse dolo* etc. Mon. 1. plane eodem modo, nisi quod habet *ignis lucet.* Unus Ox. *dempsisse,* duo *facto* pro *fato.* Vind. 2. *Prometheus doctus,* et *Jovis.* Plane ut in Cod. Reg. est in Edd. P. A. B. S. E. C. V. M. Reiskianis, nostris usque ad Gebh. et post eum sic dedit Ern. eumque secuti Bip. Sed iam pridem viri docti, quamquam in omnibus his Edd. haec verba ut sermo pedestris expressa sunt, poesin in iis inesse vel viderunt vel suspicati sunt. Et *Fulvius* quidem *Ursinus* hanc habet annotationem: „Faernus pro *lucet* habet *cluet*: et infra *clepse* pro *clepsisse. Pantagathus* vero ita hos versus interpungebat: „*Dolorem, quem* etc. [v. ann. Davisii.] *Lambinus*: „*unde ignem mortalibu'| Divisse cluct doctu' Prometheus | Clepsisse dolo poenasque Jovi | Fato expendisse supremo.* Sic videtur legendum. Sunt enim versus Anapaestici cum coronide, ut recte animadversum est a Josepho Scaligero [cuius vid. lectionem in ann. Dav.], Julii Caesaris Scaligeri filio, iuvene doctissimo, male autem hic operae interpunctum posuerunt post *mortalibu'* et distinctionis notam post *Prometheus.* Quod autem A. Turnebus H. Advers. c. 8. aliter hos versus legit, ego ab eo dissentio." Lambianam lectionem in ann., non nominato auctore, habet Brutus, dedit Fr. Fabr., in parenthesi posuit H. Wolfius. *Scaliger* autem ad Varr. de L. L. VI. p. 168. Bip. p. 103. ed. Amst. et Durdr. 1623. et 1619: „non dicam, ait, quid de aliorum emendationibus sentiendum sit, qui ne anapaesticos quidem hos versus esse suspicati sunt. Tantum confer haec cum Romana editione, ut videas, quid potuissent praestare, si diligenter Varronis mentem perpendissent. Saltem hoc vidissent, inepte Naevii nomen hic inductum, cum illa

omnia verba non Naevii sint, sed Attii." Fr. *Fabricius*, nullo addito suo iudicio, Scaligeri emendationem in ann. posuit, quae sola scriptione *ignes* a Lambiniana recedit. *G. J. Vossius* eodem modo, nisi quod scripsit *ignis:* pro *lucet* alios habere ait *elucet*, ortum ex antiquo *cluet*. *Commentator Anonym.* ap. Leod. a Quercu „Versus, ait, esse sumpti videntur ex poeta quodam, in quibus tamen Cicero pro commoditate sententiae numerum mutavit." A. *Turnebus* Adversarr. II. 8. p. 46: „Addam, ait, et huic capiti periclitatam emendationem magno discrimine et audaci facinore: — — *eum dictus Prometheus | Clepse* *) *dolo poenasque Jovi expendisse supremo.* — *Futo* enim illud, quod interponitur, fatale huius loci malum videtur. Mihi quidem *doctus* id est, astutus et solers, placeret; sed cum *expendisse* non bene cohaereret." Vides Turnebum inde a *Clepse* hexametrum versum heroicum procudisse: quare vituperatus est a Scaligero. *Dictus* habent etiam ex Edd. vett. C. M. HWolf. *Gebhardus* nihil monet nisi Pal. quart. et Pith. habere *elucet* pro *lucet*. — *Davisius* in Ed. 1. aliam, quam in Ed. 3., Bentleii emendationem affert, ab ea etiam aliquantum diversam, quam habes ad calcem horum librorum in Ed. nostra, eaque sic habet ex Ep. ad Millium p. 27. [Opuscc. p. 475.]: „*Unde igneis cluet immortalibus | Clam divis nimi'* (vel *catu'*) *doctu' Prometheus | Clepsisse dolo, poenasque Jovi | Furti expendisse supremo.* Fortasse tamen, addit, legi possit: *Unde ignis lucet mortalibus, | Clam divis quem dictu' Prometheus | Clepsisse dolo* etc. Infeliciter correxit H. Turnebus [l. c.]. MS. Norvic. habet *depressisse dolo*; sed hanc lectionem procudit imperitia librarii nescientis antiquum esse verbum ἀπὸ τοῦ κλέπειν sive κλέπτειν deductum. Vide G. J. Vossium in Etym. locisque ab eo laudatis adde Manilium lib. I. pag. 3." [Locus est Manil. Astron. I, 27.] In Ed. 3. Davisius recepit emendationem Bentleii, nisi quod versum secundum scripsit: *clam divis doctus Prometheus*, omisso *nimi'*, et sic etiam in Ed. 2. Mira narrat de Bentleii emendatione Schützius, nimirum eum scripsisse *dives* et *facti:* cuius apud illum ne vestigium quidem comparet. *Bouhierius* manifesto ait esse hos versus ex Aeschyli Prometheo conversos, septimum nimirum, octavum et nonum eius tragoediae, qui sic habent: τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας, | θνητοῖσι κλέψας ὥπασεν τοιᾶσδέ τοι | ἁμαρτίας σφὲ δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην. „Quare, ait, si conversio latina oratione, ut videtur, scripta est ligata, Jambici esse debent, ut optime iudicavit is, qui in annotatione Fulvii Ursini eos sic disposuit." Pantagathum significat. Sed neque versus isti Pantagathi, quos habes in Davisii ann., placere possunt cuiquam, neque, utcunque eos torqueas, conversi esse videri poterunt ex Aeschyleis illis: ad quos si concesseris respicere versus Latinos quod ad argumentum, satis concesseris. — *Lallemannus* dedit: *unde ignem cluet mortalibus | Clam divis doctu' Prometheus | Clepsisse dolo, poenasque Jovi | Falo expendisse supremo:* addens: „Hos versus alii aliter legunt. Nec male Davisius: *unde ignis lucet mortalibus | Clam divis, quem dictu' Prometheus | Clepsisse* etc." Cum Lall. facit *Olivetus.* — *Ernestus* plane nihil monuit, sed uno tenore exscribi iussit ea verba, ut sunt in Edd. vett. Neque quidquam ausus est *Reiskius*. *Nissenius* vero l. c. ita: „*Unde — supremo:* Haec quomodo cohaereant, non video. Sed versus esse, tum Bentl. et Davis. videre, tum color orationis et nominis Promethei repetitio satis ostendunt. Quos equidem, minima facta mutatione, sic putem scribendos: *Unde* a versibus se-

*) *Clepse* legit Dausquius Orthogr. Vol. I. p. 129. et seqq. pro quo in vulgg. *clepsisse* reperimus." Ruddimann. Inst. Gr. L. I. p. 283. ed. Stallb.

cerno, dein sic: *Ignis lucet mortalibus clam | Divisus, eum dictu' Prometheus | Clepsisse dolo, poenasque Jovi | Fatoque expendisse supremo.* In quibus tantum duo mutavi, *dictus* et *fatoque* scribendo. Alterum necesse fuit, ut esset, a quo infinitivus penderet; alterum tum versus tum sententiae causa. Nam si *fato* ablativus est, inepta erit sententia." Quod ad sententiam non debebat curare vir doctus, ne quid ea detrimenti caperet: metrum vero, elegantem nimirum versum paroemiacum, addita ista syllaba (*que*) manifesto corrupit, dum ei mederi studuit. Reputabat fortasse eiusmodi versus non reperiri in Senecae tragoediis: sed reputare item debebat, ineptissime hoc fieri, et veteres Romanorum tragicos non secus, quam Graecos, paroemiaco finire systemata anapaestica solitos esse, ut satis ostendit dudum Bentleius, Ep. ad Mill. l. c. Vid. G. Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 387. — *FAWolfius* scripsit: *unde ignis cluet immortalibus | Divis olim doctu' Prometheus | Clepsisse dolo, poenasque Jovi' | Fato expendisse supremo.* Et sic edidit *Schützius* (nisi quod scripsit *ignes — Jovi*) eumque secutus Bill. *Koelius* dedit: *Unde ignis cluet immortalibus | Clam divis olim doctu' Prometheus | Clepsisse dolo, poenasque Jovi Fato* etc. Wolfius, ait Or., iungebat *fato supremo Jovis:* quem si sequeris, habebis, quod desiderabat in loci sententia Nissenius, non corrupto metro. *G. Hermannus* in Elem. Doctr. Metr. p. 387. ita scripsit hos versus: *Unde ignis cluet mortalibus clam | divisus: enim doctus Prometheus | Clepsisse dolo, poenasque Jovi | Fato expendisse supremo.* Eodem fere modo hosce versus scribendos esse dixit idem in Diss. de Aeschyli Philocteta p. 7—9. nisi quod pro *enim doctus* correxit *eum dictus*: et sic nos edidimus cum Or. Nobb. Tbn., cum melius quid reperiri non posse videatur. Ita autem Hermannus l. c. (Opuscc. III. p. 117 sqq.): „Emendare hos versus quum alii conati sunt, tum summi viri, Jos. Scaliger in Coniect. p. 103. sq. et 187. et R. Bentleius in Epist. ad Millium p. 475: sed neutri res ex omni parte cessit. Illud eleganter Bentleius, quod *furti* pro *fato* reponi voluit: nec tamen opus, quum *fatum supremum* sit extremum malum. Similiter Virgilius Aen. IX. 203. *nec tecum talia gessi magnanimum Aenean et fata extrema sequutus.* Scaligeri coniecturas paucis mutatis adscivit Janus Laurenbergius in Antiquario v. *clepere.* — *Unde ignis cluet* veram scripturam esse, arguunt etiam Ciceronis Codd. quidam *elucet* praebentes. [magis etiam quod habent Gud. 1. et unus Ox. *clucet.*] Pro *clepsisse,* quod apud Ciceronem legitur, *clepisse* scribi iubebat Reizius. Alteram formam defendit G. J. Vossius in Etymologico et de Anal. p. 311; verum praeter Lucilium apud Varronem de L. L. p. 80. cuius loci dubia fides est, et Manilium I. 27. ubi *clepsisset* legitur, a Bentleio in *cepisset* mutatum, Ciceronemque de Finn. V. 25. ubi Muretus ait in MSS. *clepserunt* esse pro *cleperunt,* et de Legg. II. 9. ubi olim *qui clepserit rapseritque,* nunc autem ex Codd. *qui cleperit rapsitque,* non satis recte pro *qui clepsit rapsitque,* repositum est, vix idoneam auctoritatem inveneris; quod contra perfecto *clepit* usus est Pacuvius in Hermiona apud Nonium. Caeterum apud Attium ne verbum desit, unde isti infinitivi pendeant, pro *doctus* scribendum conieci *dictus*: quod confirmari cognovi auctoritate H. Stephani, qui in fragmentis poetarum Latinorum p. 429. Ciceronis locum afferens, nescio unde, sic habet: *eum Prometheus dictus clepsisse dolo.*" Ex superioribus vides, alios etiam, praeter H. Stephanum, *dictos* vel ex ingenio vel ex vett. libris scripsisse. „*Cluet,* ait Or., iam dudum emendatum est e Varrone L. L. VI. p. 67. (L. 7. p. 295. Spengel.) ubi tamen Codd. antiquiss. *clavet.* Scil. sic edidit Spengel: *Unde ignes cluet mortalibus divis?* Hinc venit coniect. *immortalibus — divis.*" Ad Wolfii scholas idem addit, lectionem

dictus eo quoque commendari, quod *doctus* contra usum ceterorum scriptorum ita intelligi debeat, ut sit i. q. *callidus*. — *G. Hauptius* in Seebodii libro, qui inscribitur Archiv. f. Philol. I. 4, p. 818 in disputatiuncula, qua proposuit *Aeschylea quaedam in Ciceronе a nemine observata*, hosce versus expressos ait ex Aeschyli Prom. Vinct. 7—9: quod, ut ex hoc ipso Excursu vides, iam contendit factum esse Bouhierius. Sed liberius ea expressa esse fatetur Hauptius, atque ita, ut fluxisse existimanda sint ex fabula ab Attio aliove poeta omnino Latine retractata. Iam nihil videtur addendum, nisi paucula ad horum versuum sententiam. *Unde* est i. q. furto Lemnio, quo Prometheus ab insula Lemno Vulcano ignem surreptum (id enim est *clepere*) in terras detulisse fertur i. e. *cluet: divisus* est i. q. *datus: fato* autem *supremo* est fati supremi voluntate, cui omnia, atque ipsi dii, subiecti atque obnoxii sunt. Sic fere Kühnerus, qui vero in referenda Hermanni lectione erravit. Refert enim eum virum utroque loco legere: *eum doctus Prometheus*, cum neutro ita legat: in Elementis enim Doctrinae metricae legit *enim doctus Prometheus*, in Diss. de Aeschyli Philocteta: *eum dictus Prometheus*: bifariam igitur erravit, sed alio modo, quam quo Schützius. Ne vero cui placeat Nissenii sententia, *unde*, ut particulam relativam, a versu secernentis et Ciceroni tribuentis, is reputet sumtos esse hos quatuor versus ex longiore anapaesticorum serie, quam optime concinnavit G. Hermannus ll. cc., in qua quidem nostri clausulam constituunt, optimeque illud *unde* cum antecedentibus cohaeret. Iam vid. etiam de toto hoc loco G. Hermannum in Diss. de Aeschyli Prometheo soluto (Opuscc. IV. p. 269—271) p. 18 sq. ubi Herm. scripsit *clepisse*. *Mr.*

EXCURSUS IX.

ad Tuscc. II. 14. 33.

„*Num igitur fortem virum — num humana contemnentem potes dicere aut Philoctetam illum? — a te enim malo discedere: — sed ille certe non fortis, qui iacet*“ ——

Videamus hoc loco, qui satis exercuit viros doctos, primum de libris, deinde de aliorum sententiis, quibus in fine nostram addemus, ab Orelliana non discrepantem. Unus Ox. habet *potest* pro *potes*, isque fortasse Bentleio ad coniecturam *potes te* ansam dedit. *Philoctetem* est in uno Ox., in alio et Marb. *Philotetam*, in Mon. 1. *Philoteam*, in uno Ox. *Philotectam*; Rehd. *aut Promotheum* (sic) *aut Philoctetam*, Cod. Bern. in marg. habet *Prometheum*, Vind. 1. *aut Philoctetam illum vel Prometheum*. Pergunt duo Oxx. Aug. *quam te enim*. duo Oxx. *dicere*. Reg. Gud. 1. Aug. Mon. 1. 2. Marb. tres Oxx. *discere*; Gud. 2. quatuor Oxx. Rehd. Gud. Duisb. *discedere*.

Fulv. Ursinus: *Aut Philoct. illum quam te enim malo dicere: sed ille* etc.] Ant. Augustinus delet Adverbium *aut*. Pantagathus autem retinet; qui totum locum ita legebat: *aut Philoctetam illum aut me. malo dicere de illo M. certe fortis, qui iacet in lectulo humido.*

P. Manutius: *Aut Philoctetam*] Vel in coniunctione *aut* mendum inest, vel aliquid desideratur. Itaque placet legere, ut est in Maffei libro *Prometheum aut Philoctetam*.

J. M. Brutus: *Promætheum* ex Manutii emendatione addidimus; quae vox ita abest in vulgatis, ut nemo non videat, mancam sine ea orationem esse.

D. Lambinus: Duas hasce voces, *aut Prometheum*, ex Maffei libro iam olim restituit P. Manutius, quas nos quoque in uno ex nostris reperimus. Cetera quae hic ibidem erant foede corrupta a Manutio praetermissa, nos non infeliciter, mea quidem sententia, emendavimus. Paucis post verbis omnes libri veteres habent *in lecto humido*, ubi vulgati *in lectulo humido*. Nos MSS. sequimur.

F. Sylburgius: Optime conveniunt, quae recepit Lambinus, qui ista vocabula non sine causa in ordinem recepit et sic lectionem constituit: *potes dicere aut Prometheum aut Philoctetam illum? Illos enim, quam te, malo dicere.*

J. Camerarius: Aliqui libri habent: *Prometheum aut Philoctetam illum.* Sed retineamus sane hanc scripturam: *Philoctetam illum*

— — — qui iacet in lectulo humido,
Qui eiulatu, questu, gemitu, fremitibus,
Resonando multum flebiles voces refert.

Sunt autem de tragoedia quapiam versus senarii Jambici, primus quidem dimidiatus, duo sequentes integri. In secundo autem vel solvenda particula *qui*, ut fiat qui dissyllabon, aut addenda coniunctio *que*, ut sit *quique*.

A. Schottus Nod. Cic. II. 13. p. 326 sq.: *Num fortem virum — potes dicere, aut Philoctetam illum (quam te enim malo dicere, sed ille certe non fortis)*

— — Qui iacet in lectulo humido
Qui eiulatu, questu, gemitu, fremitibus
Resonando, multum flebiles voces refert.

Sic vulgati: corrupte sane. Octavius Pantagathus, Italiae, dum vixit, oraculum, audacter interpolabat: *Aut* etc. [v. supra]. Lambinus vero, qui in Cicerone, atque adeo poetis, Q. Flacco, T. Lucretio, ac M. Plauto emendandis studii multum operaeque contulit, sic edendum curavit: *haud* [l. *aut*] *Prometheum* etc. Atqui non ille satis, ut opinor, locum instauravit, ac ne Paullus quidem Manutius, parenthesi haec inclusisse contentus. Facio equidem libenter, ut librorum veterum fidem, quoad eius a me fieri potest, sequar, qua locum hunc prope depositum sanare conabor. Sic igitur in membranis Longobardicis Toleti a me inspectis scriptum repperi: *Num humana contemnentem potes dicere Philoctetam illum? A te enim malo discere: sed ille certe non fortis*, ubi pro *aut* legi malim ἐμφατικῶς *vel*, aut potius sic: *an Philoctetam illum?* Reponatur itaque *discere*, non, ut passim editur, *dicere:* quod etiam in editis antiquitus occurrit, ut infra lib. V. Tuscull. *Sed a te impetrare libenter velim.* Quod autem Manutius in uno Maffei Cod. scriptum testatur *Aut Prometheum aut Philoctetam*, vereor ut probum sit, et ab haesitante potius librario adscriptum videatur. Itemque *multas flebiles voces refert* eaedem membranae praeferebant. Reliqua vero de vetere poeta hic a Cicerone, aut certe extremo libro II. de Finibus B. et M. detorta et sensui apta observavi: *Turpe*, inquit, *putandum est non dico dolere, nam id quidem interdum est necesse, sed saxum illud Lemnium clamore Philocteteo funestare: Quod eiulatu, questu, gemitu, fremitibus.* Ut saxum illud *flebiles voces referre*, non secus atque imago vocis solet, quam Graeci ἠχώ nominant, pronuntiet. Sic in Orat. pro Archia: *Saxa et solitudines voci respondeant.* Et Horatius Sermonum Sat. IV. *Suave locus vocis resonat conclusus.* [Sat. I. 4. 76.]

Fr. Fabricius: Quum *Prometheum et Philoctetam* legi in vetusto Maffei libro P. Manutius admonuerit, non minus inepti sunt, qui haec verba mutilata, quam qui sequentia inepto glossemate suppleta legunt et legenda censent.

J. Gebhardus: Reduximus lectionem Victorii: *Num — dicere aut*

Philoctetam illum? A te enim malo discere sed — a MSS. nostris plerisque confirmatam prim. tert. quart. quint. Fabr. Pith. Vatic. licet Lambinus cum Manutio refingat *aut Prometheum aut* etc. Cum Gulielm. in suis *a* reperisset, coniectura ductus volebat *ac*. Vulgo: *potes dicere* etc. [v. ann. Schotti.].

Bouhierius: Cum Cod. Reg. faciunt tres Leidd. nisi quod unus habet *Illum? illum enim a te* etc. — Alii habent *aut Prometheum aut Philoctetam illum*: et hoc ego praefero: primum enim supra Promethei querelas exposuit, deinde ex verbis *ille certe non fortis* illud apparet, eum de duobus esse locutum, quorum posterior videatur reprehendendus. Legerim igitur: *Num humana contemnentem potes dicere aut Prometheum aut Philoctetam illum? A te enim malo discere. Sed ille certe non fortis, qui* etc.

Lallemannus: Voces *aut Prometheum* desunt in regiis Codd., quas e suis adiecerunt Manutius, Lambinus, Davisius [hic nonnisi in Ed. l.] Pro *discere*, ut constanter regii Codd. cum Davisianis, dedimus ex coniectura Bentleii *discedere*, quod sensus postulat.

Ernestus: Bentleius post *potes* addidit *te*. non bene. alii aliter. Fortasse *ἀναχόλουθος* est oratio, ut pro altero, *aut Prometheum*, sit illud: *Sed ille certe non fortis*, qui est Prometheus. Sed eleganter correxit Bentleius vulgatum *discere*, scribens *discedere*.

Nissenius: — aut Philoctetam illum] Abest alterum aut, quod Ern. quidem sic defendit, ut ea, quae sequuntur: *sed ille* etc. sint pro *aut Prometheum*. At alter *ille* est ipse *Philoctetes*, ut apparet ex Finn. II. 29. Alii addunt *aut Prometheum*, ut Bipp.; sed eo refutantur, quod nihil sequitur, quod ad ipsum pertineat. Mihi quidem *ἀναχόλουθος* oratio videtur. Nam verbis interpositis *a te — discedere* confestim ad Philoctetam reversus, alterius, quem in mente habuerat, oblitus est.

Reiskius: Facio cum iis, qui *potes dicere Prometheum aut Philoctetam* legunt, et *discere* malunt, quam *discedere*. Loci enim haec est sententia: Interrogo te, responde mihi, estne vir fortis Prometheus aut Philoctetes? nam ex te audire malo, quamvis ipse possem pronuntiare. Quia tamen tu taces et sententiam tuam celas, pronuntio fortem eum nullo modo esse posse, qui iacet. — Similis est locus c. 22. §. 52. quem pariter Bentleius corrupit, ubi servari debet vulgata lectio: *sed fac totum dolere corpus*; hoc est: sed quid pedem, quid dentes dico? fac totum corpus dolere.

FAWolfius: Nullus habet Cod. *aut Prometheum* [receperat haec verba W. in Ed. 1.]. Addidi, donec melius quid reperiatur, cum *aut Philoctetam* alterum videatur desiderare exemplum. Herculem non poterat dicere, nisi eum fortem esse negare vellet. Qui Codd. addunt *Prometheum* certe non habent alterum *aut* [sed v. supra Codicum lectt.] Optime cum Bentleio correxeris *potes te dicere*, quod commendatur etiam sequentibus: *a te enim malo discedere*.

Orellius: Sequor Codicem Regium, nisi quod hic habet *discere* pro *discedere*. Mihi quidem *ἀποσιώπησις* videtur admodum urbana. Alius dixisset: *aut Philoctetam illum, aut te:* pro hoc autem membro *ἀναχολούθως* pergit: *a te enim malo discedere*. Sic statuit etiam Otto in Excursu de Anacoluthis ad Cic. de Finn. p. 394. Paullo aliter, nec recte, Nissen. defendit nostram lectionem. *Ille* de Prometheo mire explicabat Ern., quum intelligatur Philoctetes.

Orellii lectionem, quam unice etiam probat Kühnerus, ego quoque amplexus sum, cum fere nihil ab optimis libris recedat, et alii quot etiam libri adeo exhibeant *discedere*, quod sola Bentleii coniectura niti videbatur. Codices autem omnes, quos non diximus

'ariare, nobiscum consentiunt. Quare nihil restat, nisi ut Editionum ectiones addamus: quo facto excursui huic finem imponemus.

Plane nobiscum habent *potes dicere aut Philoctetam illum* Edd. '. A. B. C. V. M. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Car. Steph. Ald. Boul. iturm. Gebh. et Edd. a Reiskio collatae. Leod. a Quercu edidit: *potes !icere Philoctetam illum?* sed post *dicere* in marg. addit; *aut Prometheum aut.* Edd. HWolf. Brut. Sylb. Verb. Dav. 1. Oliv. et ex Orelianis S. E. L. *potes dicere Prometheum aut Phil.* Cum marg. Leod. ed in contextis habent *aut Prom. aut Philoct.* Edit. Bouhierii vetus, all. et FAWolf. in ed. 1. Sed hic verba duo priora, ut incerta, ncinis coercuit eumque secutus est Koel. Bentleii coniecturam *potes e dicere aut Phil. illum?* receperunt Dav. in Edd. 2. et 3. FAWolf. n Edd. 2. et 3. Schz. — Lambinianam lectionem supra posui. Per-it P. Manutius: *quam te enim malo dicere: sed ille certe non fortis;* ddens: haec si parenthesi circumcludantur, apertior erit sententia. 3t sic, cum parentheseos signis, expressum est in Edd. Lambb. Goth. ld.; sine parenthesi in Boul. Brut. Sylb. In Lamb. 1566: *Philoctetam? illos enim, quam te, malo. Sed* etc. Fr. Fabr. *Prometheum aut Philoctetam? Illos enim quam te malo. Sed* — Iam vero ad finem uius excursus unum hoc addimus, quamquam jam a Davisio recte ost *iacet* versus fragmentum incipere significatum sit, Ernestum amen ut prosam orationem expressisse etiam verba *in lecto humido, ui* —, Olivetum vero tria verba *in lecto humido,* versumque incipere *quod.* Ernestus autem in annot. probat Bentleii de his verbis sententiam. *Mr.*

EXCURSUS X.

ad Cic. Tusc. II. 15. 35. *Haec duo Graeci illi* etc.

Ex Mureti variarum lectionum lib. XIX. c. IV.

Rectene Cicero Graecos reprehenderit, quod Laborem et Dolorem una voce πόνον appellare dixerit.

M. Tullius quamquam *φιλέλλην* et erat, et haberi volebat, Graeorum tamen nationi nonnunquam subiniquus videtur; non tantum, bi caussae serviens eorum fidem in testimoniis elevat, levitatem inectatur, instituta deridet: sed etiam cum Romanam linguam verboum copia non Graecae parem modo, sed etiam superiorem facit: uod tam longe abest a vero, ut mihi ipsae chartae, in quibus id criptum est, erubescere videantur. Quid libro secundo Tusculanaum, eum Graecos negat sua lingua *laborem a dolore* distinguere, nnon aperte calumniatur? Neque *φιλόπονος* est doloris amans, sed aboris. At *πόνον* interdum etiam *dolorem* vocant, et *laborare* dicunt as corporis partes, quae dolent. Non igitur idem et Latini faciunt? Inde igitur sunt illa?

Laborat e dolore misera.

t

Quae laborantes utero puellas.

t qui laborat podagra, certe non ita laborat, ut Marius, cum astu agno ducebat agmen. Sed cujus potius in hanc rem, quam ipsius iceronis testimonio utamur? Ejus igitur verba sunt e secundo de nibus. *Quos, dii immortales, ille, cum omnes artus ardere viderenir, cruciatus perferebat? nec tamen miser esse, quia summum id malum on erat: tantummodo laboriosus videbatur.* Nonne eum, qui maximo

dolore cruciatur, *laboriosum* vocat? Videat ergo, si hoc nomine in Graecos volet esse durior, ne caussae suae securim talis ac tantus patronus infligat. Facere in eo quoque mihi videtur injuste, quod accubationem epularum melius a Latinis *convivium*, quam a Graecis σύνδειπνον aut συμπόσιον nominari judicat. Contra enim appellatio Latina habere quantam intemperantiae significationem videtur: quasi tum demum vivant homines, cum cibum capiunt: neque sit inter eos, praeterquam in epulis, ulla vitae communio. At Graeci *una vivere* dicent eos etiam, qui negotia sua inter se communicant, qui crebro una sunt, qui una militant, una philosophantur: convictum denique multis aliis in rebus, quam in vino et epulis intelligent: non ut Latinis, qui *convivere*, ut hoc verbo utar, eos demum dicunt, qui una tanquam ad idem praesepe pascuntur, quasi nihil sit aliud συζῆν quam συνεσθίειν. Elegantius illi, qui aliud esse viderunt, una bibere, aliud una vivere. Itaque communionem epularum ab eo, ut Varro ait, coagulo, quo convivia continentur, nominarunt: vitae conjunctionem ad alia graviora et magis seria reservarunt. Haec si cui confidentius dixisse ad versus Ciceronis sententiam videbor; cogitet, quam multa ab eo adversus Platonem, Aristotelem, Theophrastum, aliosque veteres dicta sint. Numquam haec vel dissentiendi, vel ingenii exercendi libertas in litteris vituperata est. — —

Camerarius in commentario:

Excurrit autem hoc loco Cicero in disputationem de quodam significationis discrimine, laboris et doloris, quam Graecos non servare ait, de qua quidem tota re vix invenio quid dicam. At suspicor (dicendum enim, quod sentio) in quadam cupiditate nimia ornandi amplificandique linguam latinam Ciceronem progressum hoc quidem loco ad Graecorum reprehensionem paullo incogitantius. Etsi enim πόνον (nam non reperio aliud vocabulum, quod Cicero designet, et φιλοπόνους appellant Graeci τοὺς σπουδαίους, qui sunt Latinis industrii, quo et Joannes quidam Grammaticus cognomento fuit vocatus) πόνον ergo etsi illi etiam in doloris significatione ponunt, ut cum medici sic loquuntur, πόνος αἴσθησίς ἐστιν ἀνιαρὰ, καθάπερ ἡ ἡδονὴ προσηνὴς αἴσθησις: et πόνους ac κόπους nominant quae dolent, atque ita et cruciatus appellarunt Stoici, ut eum dicere πόνον esse ἀδιάφορον, quod quidem maxime Ciceronem movisse apparet, ut haec talem ad modum dissereret: haec igitur etsi ita se habent, tamen vocabulum profecto id proprie significat Graecis πόνος, quod Latinis labor, et ad doloris sensum in illa affinitate significationis transfertur: ut Latini quoque laborare dicunt eum, qui animo sit sollicito, quod molestiam certe habet. Itaque Homerus Iliad. β.

ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο.

et Iliad. δ.

ἢ ἐθέλεις ἅλιον θεῖναι πόνον, ἠδ' ἀτέλεστον,
ἑδρῶθ' ὃν ἕδρωσα μόγῳ.

et Sophocles Aiace,

πόνος πόνῳ πόνον φέρει.

de laboriosa molestia inquisitionis. Et cum alia dolorem Graecis significant, tum ἄλγος et communius ἀλγηδών. Iliad. β

ἀλγήσας δ' ἀχρεῖον ἰδὼν,

de Thersita. —

Leodegarius a Quercu:

Ironia est. Nam et libro primo de Legibus, et lib. primo de Divinatione, vult Cicero Latinam linguam esse copiosiorem Graeca.

Lambinus:

Si prudens, et sciens ista scripsisti, M. Tulli, rem philosophia indignam fecisti, qui cum scires, Graecos aliud nomen habere, quo

olorem significant, λύπην: aliud, quo laborem, πόνον, hoc tamen ripsisti, haec duo uno nomine ab illis appellari. Sin imprudens, et isciens: non debuisti, cum Academicus esses, tam temere id, quod escires, affirmare. Sed nimirum patriam amasti, tuis favisti, tuos raecis anteponere voluisti. Veruntamen ita te amor patriae movere ebuit, ut tamen sciens neque tuis tam multa tribueres.

F. Sylburgius:

Ciceronem linguam Graecam hic quoque cavillari ait Budaeus: quo quae pro Graecis dicuntur, vide Comment. ling. Graec. [Locus st p. 1050. sq. Ed. Basil. 1556. cuius de hac re disputatio legi meetur, coll. p. 1529. ubi nostro loco Cicero ita locutus esse videri icitur, ut obtrectatores suos ureret potius, quam quod ita sentiret: im ipse quidem omni ratione linguam latinam amplificatam voluet, nec frustra id concupiverit, ita ut quae antea inops vocaretur, us industria et ingenio mirabili locuples esse coeperit, nec tamen raeca locupletior. *)

Ph. Beroaldus:

M. Tullius qui pomoerium Latinae linguae protulit, qui Romaam eloquium augere, locupletare, illustrare pro virili parte contenit, in primo de Finibus sentit ac profitetur *Latinam linguam non odo non inopem, (ut vulgo putabatur) sed locupletiorem etiam esse am Graecam:* tamen constat inter scriptores, Graecam linguam diitiorem affluentioremque esse, quam Latinam: adeo ut merito dixet Lucretius,

— — — *patrii sermonis egestas.*

t Seneca in Epistolis moralibus: *Quanta nobis verborum paupertas, mmo egestas sit, nunquam magis quam hodierno die intellexi.* et ieronymus in praefatione Eusebii Chronicorum, *Significatum est,* quit, *aliquid unius verbi proprietate: non habeo nomen, quo id feram: et dum quaero implere sententiam, longo ambitu vix brevis iae spatium consummo.* Quintilianus quoque testatur, *copia nos a raecis vinci.*

Adde his quae in utramque partem disputat N. Susius in Lima iceroniana cap. XI. p. 85 sqq. quod inscribitur De verbis sententiisue Graecis. Wyttenbachius quoque hanc rem tetigit in Annot. ad ic. de N. D. I. 4. p. 718. ibique, quae eo loco Cicero in eandem re sententiam disputavit, magis gloriose, quam vere, dicta esse ontendit. Neque aliud est iudicium FAWolfii in scholis ad nostrum ocum, qui recte ad v. *laboriosos* monet, perperam Ciceronem voci raecae *πόνος doloris* significationem ut primariam subiicere, ipsos tinos nonnunquam *laboris* nomine pro *dolore* uti, *dolorem* autem raecos commodis propriisque verbis *ἄλγος* et *ὀδύνη* significare.

---

*) Apponam h. l. etiam quae paucula haud absurde ad h. l. disputat HWolfius. „Exclamatio, ait, et gloriatio non tam seria, quam „ad excitandos, ut opinor, ad Philosophiam latine tractandam „Romanos comparata, qui patriae linguae egestatem copiae Graecorum imparem esse censerent: sicut et nos Germani linguae „nostrae nimium diffidimus." — Re vera autem W. quoque Graecorum linguam Latina copiosiorem esse contendit, ad *πόνον* etiam addens *ἀλγηδόνα, πάθος, κακοπάθειαν, βάσανον, ὀδύνην, ὠδῖνα* (etsi hoc, ait, proprie puerperarum est) *ἄλγος, κακότητα* (apud poetas) et plura posse alia reperiri significans: notans denique Ciceronis versionem vocabuli Graeci *φιλόπονος*.

Kühnerus denique item inique et male iudicare contendit Ciceronem, laudatque Forcellini Thes. Lat. v. *laborare.* Haec cum plane possint satisfacere, nos, ut in re non dubia sed explorata, plura addere supervacaneum duximus. *Mr.*

EXCURSUS XI.

ad Cic. Tuscc. III. 17. 38.

— et hoc ille acriculus, me audiente Athenis, senex Zeno — dicere solebat.

Fuit Zeno Epicureus, M. Tullii *σύγχρονος*. Alius fuit Zeno Eleates: alius Zeno Cittieus, sectae Stoicae conditor. De hoc Zenone Epicureo meminit in I. lib. de Finn. [c. 5. cf. de N. D. I. 21.]. Se eum cum Antonio frequenter audivisse testatur Epicuri sententiam explicantem. *Beroaldus.*

Possum falli: quid tamen sentiam de hoc loco, reticere nolo. Ego puto in dictione illa *Graeculus* [vid. ann. ad h. l.] vitium esse, atque id quidem non parvum, nec quod facile tolli queat. Non enim illum contemnit et irridet, ut ob id Graeculum appellet, quem acutissimum esse tradit, et cuius auctoritatem adducit, ut planum faciat, se optime ex eius verbis et declaratione tenere, quid sentiat Epicurus de voluptate. Multos vidi manu scriptos codices, qui omnes hac parte inquinati sunt: sic enim fere habent: *agricolus*, quo nihil depravatius prima specie esse posse videtur. Aliqui autem existimarunt, ut opinio mea est, vocem illam corrigi posse, si ex ea *Graeculus* fieret: a quibus vehementer dissentio, unde nunc in omnibus impressis ita legitur. Quamvis non valde eam probem, libet tamen suspicionem quandam proferre. Videndum est, an *acrocholus* potius legi debeat. ita enim appellatur homo iracundior, et qui propter parvam offensam in iram commovetur, et denique praeter alios est oxycholus et asperioris naturae. Verbum hoc apud Graecos frequens est et notissimum. Aristophanes in Equitibus [60. sq.]

— — — τῶν γὰρ ἐστι δισπότης
ἄγροικος ὀργὴν, κναμοτρῳξ, ἀκρόχολος.

Fecerunt me hoc suspicari verba, quae statim infert, *contendere et magna voce dicere solebat.* Hoc enim signum est talis ingenii, in disputationibus vehementer irasci et clamores tollere. Sed et Cicero in primo de Legibus: [c. 7, 21.] *Atqui cavendum est: solent enim, id quod virorum bonorum est, admodum irasci*: idque dicit de Attico loquens, qui ei rationi deditus erat et istorum familiarissimus. Cum tamen non facile soleat uti Cicero in Latino sermone verbis Graecis, non possum valde hanc emendationem probare. Quod potui, ad hunc locum adiuvandum in medium protuli: si quis acutiora excogitarit, sive in vulgari et recepta lectione tuenda, sive in meliore restituenda, is ea reliquos docere animum inducat. *Victorius.*

Ego verum germanumque puto: *et hoc ille acriculus, me audiente Athenis senex Zeno*: pro quo modo *Graeculus*, modo *acrocholus*, substituitur. Sic alio loco *forticulum* Cicero dixit. *A. Turnebus*, Adversarr. XX. 16. [*Forticulus* est supra II. 19. 45.]

Victorius annotavit *agricolus* hoc loco se in priscis libris reperisse, ac suspicatur, etsi dubitanter illo quidem, *ἀκρόχολος* legendum. Sed liceat et nobis suspicari, si illa scriptura mutanda sit,

ɔtius legendum *apriculus*, quod et seni, et Epicureo, et hortorum ıcolae certe conveniat. *Camerarius.*

Et hoc ille acrocholus etc. — Locus hic varie scriptus est in bris MSS. in aliis sic, *egriculus*, in aliis *agroculus*, in aliis *agricolus*, ı aliis *ecroculus*. quid multa? nihil sinceri. Vulgata autem lectio *raeculus*, plane mendosa est. Natum autem mendum est ex scripto- ım librariorum inscientia, qui Graeca nomina, quamvis interdum :ripta essent literis Latinis, tamen ea depravabant. Ego olim *acro- ıolus* edendum curavi, aut certe, ne mentiar, *ἀχρόχολος*, Graecis teris, P. Victorii conjecturam secutus, neque me mei facti ne nunc uidem poenitet. Nam quod A. Turnebus mavult legi *acriculus*, no- ıine latino, deminuto ab *acer*, vix audeo probare, quamvis multo ıinus ausim improbare. Nam hoc, *acrocholus*, maxime convenit et :ni Zenoni et Epicureorum ingenio, quos M. Tullius saepe ait esse ·acundos. Ex quo illud infra, non longe admodum, *Hi nimis ira- ınde agunt.* Verum tamen nihil affirmo, et hanc totam controver- am integram relinquo. Rursum, *acriculus* mihi placet, quia vox ıtina est: non est autem veri simile Ciceronem in hac re Graeco omine fuisse usurum. *Lambinus:* in Curis secundis. In Omissis ero ad Ed. 1566, post T. I. p. 382, ita scripserat: „*ἀχρόχολος* malo :gi, quam, ut alii volunt, *acriculus:* quamquam hoc non damno, ve- ıntamen magis placet alterum, et magis convenit Epicureorum in- enio, quos saepe M. Tullius ait esse iracundos."

Ἀχρόχολος iracundus, a summa bilis concitatione appellatur, *ὁ περβολῇ ὀξύς, καὶ πρὸς πᾶν ὀργίλος, καὶ ἐπὶ παντί:* qui nimium cito ad omnia et qualibet de causa iracundia exardescit, ut scribit Ari- oteles l. 4. de Moribus. Talem fuisse hunc Zenonem (quem Philo, t est de N. D. I. coryphaeum appellare Epicureorum solebat,) ex gnis illis suspicari licet, quod *contendebat et magna voce dicebat.* leque vero hic proprius motus huius, sed communis Epicureorum ıit, ut indicat locus ille primo de Legibus: — *solent enim — admo- um irasci.* His rationibus adductus P. Victorius — putavit non incom- ıode legi posse *ἀχρόχολος*: Jo. Camerarius contra *apriculus*. Ego illud um Lambino praefero: quanquam ille neque hoc damnat. *Fr. Fabricius.*

Turnebus *acriculus* ab *acri*, *ὑποχοριστικῶς*: P. Victorius *ἀχρό- ολος* reponebant. Sed non fit mihi veri simile Graeco hoc nomine sum Ciceronem. Non placet coniectura Victoriana, quam et auctori psi postea displicuisse audio. Lambinus animi incertus, quo incli- et, ignorat. *Graeculus* aliquando tentaram, et fortasse non praeter em. Zeno enim, qui, ut Atlas caelum, fulcire illam porticum puta- atur, et omnes Stoici [vides errare virum doctissimum in persona ɛenonis] in vocibus cudendis excutiendisque ingenium ad reprehen- ionem usque exercuerunt. Non longe abiero. Inf. lib. V. *Zeno*, in- uit, *Cittieus advena quidam et ignobilis, verborum opifex, insinuasse e in antiquam philosophiam videtur.* [c. 11.] Et lib. IV. de Finn. c. 20.] *Tuus ille Poenulus* [alii *Zenulus*] (*scis enim Cittiaeos clientes uos e Phoenicia profectos*) *homo igitur acutus* etc. *Poenulum* appellat uasi vafrum et callidum, et *Cittiaei* a Phoenicibus, ut et Poeni, ori- ndi teste Laërtio in Zenone etc. *A. Schottus* Nodorr. Ciceronn. III. 2. p. 339.

Dicitur apud Ciceronem Tuscc. III. 17. Zeno *acriculus* ob affecta- as disputationis tricas, aut, ut illi persuadebatur, acrimoniam. Ita mnino legendum illo loco. Palat. membranae *agriculus: g* pro *c* olemni permutatione. Gloss. *Trungulus κολοβὸς, ἐγκώλεος* pro *trunculus. I. Gebhardus* in Crepundiis I. 2. p. 334. Idem in Ann. ad h. l.:

„*Acriculus* felicissima est Turnebi coniectura, a Vaticano ad ocu- um repraesentata, quam adiuvat Pal. tert. *agriculus* scribendo. quid

sentiam, disputo in Crepundiis. Pal. quart. *acricolus*, solemni mutatione *o* pro *u*, quae scriptura de plano lectionem hanc dubio eximit. Nam Victorio ipsimet suum *ἀκρόχολος* displicuit. Qui *graculus* nobis obtrusum it, a graculis forsan accepit. Vulgo *Graeculus* mendose, ut iudicatum est Victorio atque Lambino."

Ed. mea vetus exhibet *aegriculus*, quod prope accedit ad eam lectionem, quam merito probarunt Turnebus, Gruterus et qui eum secuti sunt. Non est certe magis improbandum illud vocabulum (*acriculus*), quam *forticulus*, quo Cicero usus est supra II. 19. et *dulciculus*, quod habet hoc ipso libro [III. 19. 46.]. *Bouhierius.*

Quod ad vocem *acriculus* magna est in MSStis lectionum diversitas. Cantabr. *Graeculus*, eoque modo cuncti fere impressi. Perperam: vix enim est ut Zenon a Cicerone per contemtum Graeculus vocetur, qui paullo post audit *Epicureorum acutissimus*, eiusque disciplinae coryphaeus dictus est a Philone, ut ait noster de N. D. I. 21. praeterquam quod non Graecus fuit natione, sed Sidonius, quemadmodum docebit Laërtius L. VII. p. 172. Patet igitur exsibilandam esse istam scripturam: quae vero sit recipienda non ita manifestum. Norvic. *hariolus*. Petrens. *egriculus*. Pal. tert. *agriculus*. quart. *acricolus;* in aliis *acroculus*, in aliis *agricolus*, in aliis *egroculus*. Vatic. *acriculus*, quam lectionem recepit J. Gebhardus, atque ita dudum correxerat H. Turnebus. Jo. Camerario placet *apriculus*, quod seni et hortorum incolae videatur convenire. Mihi sane prae omnibus arridet P. Victorii coniectura, qui legendum suspicatur *ἀκρόχολος*. Zenonem quidem tali indole fuisse testimoniis ostendam. Tullius de N. D. I. 34: *Zeno quidem non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, ceteros, figebat maledictis; sed Socratem ipsum, parentem philosophiae, Latino verbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat, Chrysippumque nunquam nisi Chesippum vocabat.* Lactantius Div. Inst. III. 20. de Socrate: *o hominem scurram (ut ait Zeno Epicureus), ineptum, perditum, desperatum* etc. Non est autem cur miremur peregrinum verbum a Marco adhibitum fuisse, cum Latinus sermo vocem non suppeditet, quae Graecae illius vim et potestatem plene exprimat. *Davisius*, in Ed. 1. Hanc annotationem cum in Edd. seqq. omiserit, fecisse id credendus est Bentleii auctoritate permotus, qui sine dubio Turnebi sententiae faveret.

Ille acriculus i. e. qui animo semper commoto disputabat. Verte: der kleine Hitzkopf. Nam de ingenii subtilitate non intelligo, quia sequitur *acutissimus*. *Nissen.* In eandem sententiam disputat FAWolf. in scholis.

Kühnerus denique, cui item placet *acriculus*, id per contemtum et ironiam dictum esse existimat, ut sententia sit: Hoc dicit Zeno, Epicureus, homo non acutissimi ingenii, at istorum (Epicureorum, qui tum Athenis vivebant,) acutissimus.

Iam ut ego, quid de hoc loco sentiam, paucis absolvam: recipiendam existimo Turnebi coniecturam, egregie a Cod. Vat. confirmatam, ad quam proxime accedunt librorum optimorum scriptiones *a g ricolus* et *acri c o lus; g* enim et *c*, ut recte ait J. Gebh., et *o* cum *u* frequenter permutantur: vid. modo Sciopp. de Arte Crit. p. 47 *sq.* 48 et p. 52. 58. Ed. Amst. 1662. Ne vero quis dicat alibi non legi Adiectivum *acriculus*, ei respondemus primum *ἀναλόγως* conformatum esse hoc vocabulum, ad formam vocum *forticulus, dulciculus, turpiculus* (de Or. II. 61.): deinde vero id ipsum, quod *ἅπαξ λεγόμενον* esse videtur, corruptioni ansam dedisse, cum in *ἅπαξ λεγομένους* librarios plerumque lapsos esse constet. Quod vero ad sententiam vocis attinet, Wolfii potius, quam Kühneri partibus accesserim. Quum enim inesse huic loco sententiam vult vir doctissimus, ut Zeno Epicureus

dicatur homo quidem non acutissimi ingenii, at Epicureorum tamen, qui tunc Athenis vivebant, acutissimum: eam, inquam, sententiam si inesse Cicero voluisset loco, apertius significasset. Quaenam enim est oppositio in verbis: *et hoc ille acriculus, me audiente Athenis, senex Zeno, istorum acutissimus — dicere solebat —?* Dixisset certe: *et hoc ille, quanquam non admodum acutus, istorum tamen, me audiente Athenis, acutissimus, senex Zeno* etc. vel ita: *et hoc ille, me quidem audiente Athenis, istorum acutissimus, senex Zeno, quanquam ceteroqui non nimium acutus* (v. *non valde acri ingenio*) — *dicere solebat*: vel simile quid. Poterat videlicet, neque ordine verborum, neque verbis ipsis mutatis, ironiam istam ita significare, ut scriberet: *istorum certe acutissimus*, nimirum ut intelligas: quamquam nec ipse admodum vafer, etiamsi Philo eum Epicureorum coryphaeum dixerit. Ita *acriculus* significabit: *satis acri ingenio.* Ceterum probavit etiam Forcellinus in Lexico lectionem *acriculus* et, ad nostram certe sententiam, recte explicat: *aliquantum acer et vehemens.* Sed manum de tabula. Unum addo: ne videri quidem velle Ciceronem detrahere aliquid a Zenonis acumine et ingenio, cum eum ut testem sententiae Epicuri certissimum laudet, cui quidem ingenio nihil detrahitur, si eum aliquanto acriorem et vehementiorem esse significat. Ceterum vid. de Zenone Epicureo Kühnerum in libro De Cic. in Philos. meritis p. 39.

EXCURSUS XII.

ad Cic. Tuscc. III. 34. 82.

(Ex R. Klotzii Quaestionn. Tulliann. L. I. p. 109—113.)

Et tamen ut medici toto corpore curando minimae etiam parti, si condoluit, medentur: sic philosophia, quum universam aegritudinem sustulit, tamen si quis error aliunde exstitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit exsilium, aut eorum, quae modo dixi, si quid exstitit, et si singularum rerum sunt propriae consolationes: de quibus audies tu quidem, quum voles.

Hoc de loco critici in diversas discesserunt sententias, quarum me fateor probare nullam posse; omnes enim quum satis facilem neque eam inusitatam constructionem non intellexissent, alius alio errore ducti existimaverunt hunc locum esse corruptum, quem ego aio, uti supra est a me positus, sic esse a Cicerone ipso scriptum. Atque ut primum de verbis his dicam: *sic philosophia, quum universam aegritudinem sustulit,* Ernestius scribi voluit *sic philosophiae* et in sequentibus: *ei singularum rerum sunt propriae consolationes,* Nissenius vero coniecit scripsisse Ciceronem: *sic in philosophia* etc. Sed plerique haec intacta reliquerunt et satis habuerunt in ista verba, quae infra leguntur *et si singularum etc.*, paene saevire: quae in libris quidem prope omnibus ita leguntur, nisi quod Oxoniensis unus *si* omittit, quod quam facile ante *singularum* potuerit excidere, quis est, qui non intelligat? libri vero admodum pauci exhibent: *et sic singularum,* quod aperto vitio laborare nemo negat. Sic omnibus libris ista verba videntur confirmari: *et si singularum rerum sunt propriae consolationes.* At editores haec verba iniuria, ut opinio mea fert, removere studuerunt, ac Lambinus quidem plane abiecit, quem Schützius nuper est imitatus; Wolfius ille quidem, etiam his in rebus cautior, uncis circumdedit: Bentleius *et singularum* coniecit,

quod est in libro, quem dixi, Oxoniensi; Bouhierius probavit scripturam *et sic singularum*, Turnebi suspicio est esse legendum: *etiam singùlarum*, Davisius aut *ei singularum* putavit esse scribendum aut *et huic singularum*, quorum illud Ernestius, ut supra dixi, approbavit, hoc Lallemandus assumpsit. Haec viri docti ante Orellium: hic vero ipse quoque verba illa *et si* de interpolatione habuit suspecta, atque ut dubitationi ei, quam Ernestium dixi atque Nissenium de verbis *sic philosophia* movisse, occurreret, ita totum hunc locum interpunxit: *sic, philosophia quum universam aegritudinem sustulit, tamen, si quis error aliunde exstitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit, siquid tenebrarum offudit exsilium, aut eorum, quae modo dixi, siquid exstitit*, [et si] *singularum rerum sunt propriae consolationes: de quibus audies tu quidem, quum voles.* Sic sane oratio, modo disiecta membra colligas, recte atque ordine procedet hoc modo: *sic — tamen — singularum rerum sunt propriae consolationes.* Verum non facile Orellius cuiquam persuadebit, Ciceronem optimum orationis artificem ita esse loquutum; nam ista verborum continuatio est profecto perversa admodum et contorta, ut qui primum haec verba legat, nullo modo possit intelligere, quid sibi velit scriptor. Huc accedit, quod ista, quam Orellius excogitavit, oratio ne libris quidem confirmatur. Quod quum ita sit, optimum esse duco, quid de librorum scriptura statuam, exponere neque de ceterorum rationibus explicare, quae etiam minus mihi videantur posse probari. Cicero enim his in verbis, quae habemus in libris, quum ex iis, quae erant comparationis caussa ante dicta, satis posset intelligi, quid verbi ad eam, quae sequitur, enunciationis partem esset assumendum; in altera parte verbum omisit, atque scripsit: *Et tamen ut medici toto corpore curando minimae etiam parti, si condoluit, medentur: sic philosophia, quum universam aegritudinem sustulit, tamen si quis error aliunde exstitit etc.*, quibus in verbis qui omnem sententiam, quam est dicturus Cicero, tenet et ad ea, quae supra dicta sunt, attendit: statim intelligit hanc esse plenam sententiam: *Et tamen ut medici toto corpore curando minimae etiam parti, si condoluit, medentur: sic philosophia, quum universam aegritudinem sustulit, medicinam tamen affert, si quis etc.* Quod quum adeo facile ad intelligendum esset, iure omisit Cicero: praesertim quum interpositis permultis verbis constructionem, quam continuare voluisse in sequentibus possit videri, sine sententiae detrimento ad finem perducere vix posset. Neque vero credo hac de ratione dubitaturum esse quenquam; sed relinquitur, ut exponam, qui ea verba, quae supra dixi non esse mutanda, mihi videantur accipienda: *et si singularum rerum sunt propriae consolationes.* Quibus verbis Cicero mihi videtur hoc dicere, quum in fine enarrationis omnium perturbationum animique morborum posuerit: omnem denique infinitamque morborum copiam, quae proprias habeat consolandi rationes, eodem modo a philosophia curari; tantum ergo abest, ut corrigenda ista verba putem, ut mihi sine sententiae noxa abesse vix posse videantur. Nam quum permultas res, quibus animus possit perturbari, nominasset, iure perrexit, *et si singularum rerum sunt propriae consolationes*, i. e. si singulae res propriis rationibus sunt curandae consolandaeque, vel: et quaecunque res singulae singulis consolationibus egent. Haec si ita accipiemus, hanc habebimus sententiam: „Et tamen ut medici toto corpore curando minimae etiam parti, si condoluit, medentur: sic philosophia quum universam aegritudinem sustulit, singulis tamen perturbationibus morbisque medicinam affert, ut si quis error aliunde exstitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit, si quid tenebrarum affudit exsilium aut eorum, quae modo dixi, si quid exstitit,

et si singulis rebus opus est singulis consolationibus; de quibus audies tu quidem, quum voles." Sic videor mihi demonstrasse eis verbis, quae sunt in libris, optimam et huic loco accommodatissimam contineri sententiam, quum si Orellium sequamur, et sententia claudicare videatur ac vacillare, et oratio sit confusa atque obscura et librorum auctoritas negligatur.

EXCURSUS XIII.

ad IV, 13. 29.

„Non enim omne vitium partes habet dissentientes: — sed non distorta nec prava."

Audiamus primum *Beroaldum*, qui ad vv. *Vitiositas — est habitus aut affectio* haec: „affectio est accidens qualitas, vel sponte vel studio mox destituta: nam si permaneat, fit habitus. Dicta affectio, quod afficiat qualitate: et erit affectio incipiens habitus. In affectiones inclinamur studio quodam, id est voluntate applicata in aliquas qualitates, quas diligentia comparat facitque perfectas et habitus nominatur. Ut res fiat apertior, iracundum esse, habitus est: iratum, affectionis. Oratorem esse habitus est, et actus si in ea exercitatione sit; ut Cicero, qui assiduo studio, perseveranti diligentia, ita rhetoricen percepit, ut in eo perpetua esset, habitum consecutus est: et quia eius actum sibi instituit ad usum vitae, fuit et in habitu et in actu. Affectiones, ut inquit Aristoteles in secundo Ethicorum, neque virtutes sunt neque vitia: ideoque secundum affectiones non laudamur, nec vituperamur. Graece habitus dicitur ἕξις. [Eth. ad Nicom. II. 4.] Hinc illud Plinianum ex Epistolis: *At tantam ἕξιν studio et exercitatione pervenit* [Epp. II, 3, 4.]" Ad v. *in altera inconstantia et repugnantia* idem: Ex hac inconstantia vitiositatis est illud Horatii: [Epp. I. 1. 97 sqq.] — — *quid mea cum pugnat sententia secum?*

Quod petiit, spernit: repetit, quod nuper omisit:
Aestuat, et vitae disconvenit ordine toto."

Camerarius. „Hunc, ait, locum me non intelligere fateor. itaque relinquo cuique de illo iudicium suum. nam dicere, corruptum et mutilum videri, vereor ne reprehendi facile possit, cum hoc usurpare liceat in omnibus, quae minus nobis perspicua sint. Itaque ut in tragoedia in deos relata causa refutatur facilitatis nomine, cum sic dicitur: τὸ ῥᾷστον ἐλπας αἰτιάσασθαι θεούς: ita et hanc fortassis veram, sed nimis tritam vulgaremque explicationis intermissae rationem reddere non placuit. non enim magis graeca suppetebant, de quibus certius aliquid constituere possemus. In his igitur ut dubitationem vel etiam ignorantiam confiteri meam optimum putavi: sic ausim affirmare, quae sequuntur ita legi debere: *Sunt enim in corpore praecipua, pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas. Sunt item in animo. Ut enim corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, e quibus constamus, sanitas: sic animi dicitur, cum eius iudicia opinionesque concordant.*" *Davisii* et *Bentleii* rationem v. in eorum annotationibus. *Bouhierii* sententia haec est: „Lego *in altero*, totumque hunc locum obscurari arbitror non corruptis vocibus, sed propria sede motis, quas sic ordino: *Ita fit, ut in altero corruptione opinionum morbus efficiatur et aegrotatio: in altero, inconstantia et repugnantia. Sed perturbationes sintne eiusdem partes, quae-*

stio est. Non enim omne vitium partes habet dissentientes. Ut eorum, qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiens; *sed non distorta nec prava. Vitia enim affectiones sunt manentes; perturbationes autem moventes.* Haec nodi solvendi vera ratio est, ut a *vitio* distinguatur *vitiositas.* In hac est totius animi corruptio. Vitium quasdam eius actiones depravat. Eo differunt autem animi vitia a corporis, quod haec manentia sunt, illa moventia. Id intelligi vult his verbis Cicero: *Non omne vitium,* utique animi, *partes habet dissentientes.* Quo significatur perturbationem moventem non semper animi pravitate gigni. Exemplum est in homine, qui, cum non longe absit a sapientia, aliqua perturbatione quatitur. Dum in eo motu est, animus quidem sibi ipse dissidet; at enim levis illa commotio non eiusmodi est, ut conferri possit cum *pravitate membrorum, distortione, deformitate.* Deerrat machina debilitato tantisper libramento, sed ipso tamen integro. In his igitur verbis: *Non enim omne vitium* etc. solutio est propositae difficultatis, an perturbationes sint partes morborum vel aegrotationum, quae animum vitiant ipsum, non actiones duntaxat eius depravant. Perturbationes quidem Cicero aliquando morbos nominat, sed per abusum vocis: hic proprietatem sequitur, res discriminat, definit.“ Quibus haec addit *Olivetus:* „Etsi decreveram nihil hic meum apponere: quia tamen me olim, elaboranda huius libri Gallica interpretatione occupatum, locus hic diu multumque exercuit, non dubitabo communicare cum lectoribus quod, omnem pertentanti exitum, in mentem denique venerat. Primum igitur moneo, vocem *partes,* quae in hac disputatione occurrit saepius, intelligendam esse, ut solent dialectici, de partibus subiectivis, quae dicuntur species et continentur sub genere, quod dividunt. Iam sententiam ipsam integram, ex brevitate obscuram, fusius explico.

Geminam, quam dixi et definii, pravam animi affectionem parit opinionum corruptio. In altera efficit morbum et aegrotationem; in altera inconstantiam repugnantiamque et iudiciorum et appetitionum. Harum alterutra, hoc est, vel inconstantia vel repugnantia, sufficit ut in animo sit vitium. Sicut enim in corpore ut inesse vitium dicatur, necesse non est, ut partes sint inter se dissentientes; satis est si male cohaereant, etiamsi unius formae ac speciei sint omnes: sic in animo, non tantum ubi iudicia appetitionesque a ratione dissident, vitium est, sed etiam ubi deest illis in bono firmitas et constantia. Porro quod inconstantia, sola et seiuncta a repugnantia, vitium contineat; apparet in iis hominibus, qui non longe a sapientia absunt, hoc est, a perfectione virtutis et vitiorum vacuitate. Quamvis enim non longe absint, quamdiu tamen aliquid in eis remanet stultitiae, in vitio sunt: non quod animi affectionem habeant pravam aut distortam, sed quod in bono parum constantem. Ceterum dubitari non potest, quin, qui appellantur in animis morbi, sint species vitiositatis. At quaestio est, an species huius sint eae, quae appellantur perturbationes. Cui quidem quaestioni sic respondendum videtur, ut negemus perturbationes esse partes, formas aut species vitiositatis, et sub vitii genere contineri. Nam species habere debet quidquid generi convenit: at in vitiis est aliquid, quod non est in perturbationibus. Si quidem, licet utraque, et vitia et perturbationes, sint affectiones animi pravae, tamen vitia sunt affectiones manentes; perturbationes vero non sunt affectiones eiusmodi manentes, sed *moventes* et temporales: quocirca non sunt intra eandem speciem.

Id, ni fallor, voluit Cicero. Nihil mirum, si haec spineta, in quibus se Stoici oblectabant, levi pede transiliit.“

Ernestus ad v. *partes habet dissentientes* haec: „*Partes dissentientes* hic non placuere viris doctis. Bentleius correxit *pares dissidentias*. Sed id probari non potest. Verbum *partes* necessarium est, quia paullo post sunt *partes vitiositatis*. Ducta res est a corpore distorto, ut e seqq. patet, in quo partes dissentiunt, non bene et apte cohaerent. itaque mox *affectio* — — *non distorta nec prava*.“

Nissenius ad v. *Ita fit, ut in altera, corruptione opinionum morbus efficiatur:* — „*Altera*, ait, quo referendum sit, non video. Mihi quidem incisum, quo seiungitur a *corruptione*, delendum videtur.“ Idem ad v. *Non enim omne vitium partes habet dissentientes* — „Haec repugnant superioribus et rerum naturae. Lego *omnes*, ut cum exemplo, quod inducitur, oratio conveniat. In Ed. Operum Cic. *Orellius* haec: „Sana haec censeo, etsi fatendum est, non nimis clare h. l. a Tullio conversa esse verba alicuius philosophi Graeci. Sensus videtur: non in omni vitio inest aperta dissensio et repugnantia, sive, ut Macrobiano vocabulo utar; contrarietas singularum veluti eius partium: saepe defectus potius quidam in eo cernitur; quo quidem fit, ut discrepat cum se ipsa affectio, id est, ut talis non sit, qualis esse deberet; non tamen prorsus est sibi inimica, vel distorta ac prava.“ Idem ad FAWolfii scholas prius *in altera* explicat: *parte vitiositatis*, ut *corruptione opinionum* sit Ablativus instrumenti: ad posterius intelligit: *vitiositate, quatenus est habitus*: addens Kühnerum probare Bentleii emendationem, locique totius exhibere explicationem admodum probabilem. Mihi quoque valde probatur *Kühneri* explicatio, qua cum meliorem exhibere non possim, liceat mihi eam in meam editionem transferre: „Quomodo in corpore morbus, aegrotatio et vitium deprehenditur: sic in animo tria reperiuntur: morbus, aegrotatio et vitiositas (Krankheit, Siechheit, sittliche Verkehrtheit der Seele). Quamquam in animo alia ratio est atque in corpore. Scilicet in corpore tria illa sunt inter se diversa: in animo non item. Etenim in animo morbus et aegrotatio re copulata sunt, et cogitatione tantum seiunguntur, quum aegrotatio nihil aliud sit, nisi summus gradus morbi. Porro vitium longe aliud est in corpore, atque in animo. Nam quum quis vitium in corpore habeat, integra tamen esse potest valetudo: nec vitium in corpore contrarium est sanitati corporis, neque ex eo oriuntur morbi et aegrotationes. Contra in animo vitiositas contraria est sanitati animi, i. e. virtuti, ex eaque concitantur perturbationes, quae efficiunt morbos et aegrotationes. Itaque vitium animi non ipsum ex se cernitur, uti vitium corporis, integra valetudine; sed conturbat animi sanitatem. Uti virtus est affectio animi constans conveniensque: ita vitiositas affectio (aut habitus) in tota vita inconstans et a se ipsa dissentiens. Haec autem vitiositatis affectio si gravior est, corruptione opinionum morbum efficit et aegrotationem; sin levior, inconstantiam tantum et repugnantiam. Non enim omne vitium *pares* habet *dissensiones* (sic enim legendum de Bentleii coniectura); nam, qui non longe a sapientia absunt, illi quidem discrepant sibi ipsi (nondum enim ipsam sapientiam attigerunt); sed non ita distorto et pravo animo sunt, ut ii, qui longe a sapientia absunt.“ Addit idem, nomina *habitus* aut *affectio* non diversas habere significationes, sed unam eandemque rem designare: deinde ad verba *in altera* — *in altera* utrobique supplendum esse *affectione*. — Quae omnia ut sunt optime disputata, ita tamen me non moverunt, ut Bentleii coniecturam reciperem. Nam, ut taceam de omnium librorum consensu, iam quod legitur statim post capitis initium: *Vitium* (appellant), *quum partes — inter se dissident*, nos admonere videtur, respicere nostro loco Ciceronem ad ea ipsa verba: deinde vero haec probabilis ex vulgata lectione prodit

facilisque satis sententia: non enim omne vitium, quod in corporis vitio esse dixi, habet partium dissensionem, quamvis, ut hoc utar, eorum, qui non longe absunt a sapientia, animi affectio sibi ipsa discrepet, quam diu est insipiens, nec vero, quod in corporis vitiis est, distortas habet partes ac pravas. — Unum addo, non improbari mihi Kühneri coniecturam, quam proposuit, si quis forte iusto audaciorem existimet Bentleii emendationem. Excidisse enim suspicatur *omnes*, ut legendum sit: *non enim omne vitium omnes partes habet dissentientes*. Ego vero, si excidit illa vox, extremo eam potius loco excidisse putaverim, ut legendum esse videatur: *non enim omne vitium partes habet dissentientes omnes*. *Mr.*

EXCURSUS XIV.

ad Tusce. IV. 21. 48.

„*Quam gladium in stomacho furiae ac pulmonibu' sisto.*"

In stomacho, sura ac pulmonibus. — Fortasse legendum est *fibra*, ut ita intelligatur iecur, sunt enim fibrae lobi iecoris. Quid? si vocabulum sit unum *stomachosura*, ut intelligatur hoc vocabulo stomachi prominentia, novato a Lucilio vocabulo? est enim *sura* prominentia cruris, Gall. *le gros de la jambe*. At in veteri codice legitur *in stomachi sura*, ut eodem modo intelligatur stomachi prominentia. *Comm. Anonym.* ap. Leod. a Quercu.

Omnes in vocabulo *sura*, ut scopulo, offenduntur: nec iniuria. Cur enim a stomacho ad suram repente tam longe transitur? deinde, cum interficere velit parem, nec letalis plaga sit surae, cur ibi sistere gladium et defigere postulat potius, quam immergere iugulo aut iecori? Quid igitur, si *fibram* scribimus? nam et vox non longe abludet, et significatio iecori conveniet. Poetae enim iecur saepenumero fibram vocant, mihi quidem vel Areopagitarum iudicio videtur non damnatum iri vocabulum istud in sedem deterioris inquilini introductum. Ego aliquando etiam *lura* legendum credidi, ut os ventriculi, qui ceu utris vel culeus quidam est, intelligeretur, unde et lurcones vocantur. *Turnebus* Adversarr. VII. 18. prc. p. 228.

Turnebo assentior, qui *lura* legendum putat: ut *lura* hic os ventriculi aut ventris pellem significet. nam libri omnes habent *sura*, mendose. *Lambinus.* [cf. Parei Lex. Crit. v. *lurco*; p. 698. b.]

Lura, inquit Festus, *os culei vel etiam utris, unde lurcones capacis gulae homines et bonorum suorum consumptores. Frc. Fabric.*

Janus Douza *hirâ* mavult, id est, ieiuno intestino: imo locum totum sic legendum censet:

Occidam illum equidem et vincam, si id quaeritis, inquit:
Verum illud credo fore, in os prius accipiam, ipsi
Quam gladium in stomacho, hira ac pulmonibu' sisto etc.
Nobis, quam dextrae etc.

„Nos (ait Douza Plautin. Explanat. I. 22. p. 118. ed. Frcf. 1602. 12.) hunc locum ternis in locis integravimus. Primo interpuncti vitium post pronomen *ipse* expunctum: inque nominativi locum dandi casum rite et ordine successisse: deinde *suram hira* commutatam: tertio denique *Nobis ἀντὶ τοῦ Vobis* de Pacidiani sententia substitutum scilicet. omnia ad amussim rectissime. Hoc enim velt dicere: tanto se ardore inflammatum animique impetu cum Esernino, sive altero aliquo de Samnitum prosapia cominus congrediundi, uti

morae omnis impatiens in rem praesentem venire statim exoptet illico: nec quicquam sibi spissius videri, quam breviculum illud temporis intervallum, quod modo antagonistae suo pugnae se aptando sit satis, ad arma capiunda scilicet. In quo illud itidem notabis, *Alter* non hac vulgari, verum hercle Pompeiana notione, hoc est pro *adversario* interpretandum videri. Etenim de *hira* plura superstruere quid attinet? cuius depravationi praeter insolentiam vocis, ne dicam inscitiam, etiam hiatum in medio versu causam praebuisse scio: cui incommoditati praesens remedium ut quaereretur *suram* prō *hira* nobis succidaneam fecere: ne illud quidem cogitantes, quantum soloecismum committerent homines haud gladiatoriae modo, verum humani etiam corporis (uti paret) posturae obliti, qui inter *stomachum* et *pulmones suram*, sic quasi mediam, collocare ausi, tanta praesertim intercapedine discreta."

Sura:] „Fab. Palat. quart. *furia*." *Gebh.* „Ex vet. lib. video notatum *suria*, quod, opinor, etiam voluit innuere Gebhardus. Ex illis autem, quorum haec vox media ponitur, vix dubitabile est, quin, ut aliena et remota hinc est *sura*, sic proxima et aptissima sit *hira*." *Gronov.* [Accuratam huius vocis explicationem habes apud Forcellinum.]

„Criticis omnibus displicet *sura*, neque immerito. Arrideret mihi praeter ceteras Davisii coniectatio reponentis *Furî*, si viderem eius nominis aliquem fuisse, qui cum hoc Pacidiano committeretur. Quod enim Bentleius obiicit, non videri Pacidianum id honoris dare adversario voluisse, ut eum de nomine appellaret, id vero nihili est. Esto enim: sit hoc non veri simile; spectatores, quod observandum, Pacidianus alloquitur, non aemulum. Suspicandi ergo locus est, scripsisse Lucilium:

Quam gladium in stomacho Fulvi ac pulmonibu' sisto *).

Fulvium gladiatorem cum Pacidiano componit Horatius II. Sat. VII. 96. — Addo in Cod. Reg. legi *suria*, et in uno Leid. *una*. — In seqq. nonnulli Codd. habent *vobis*, in his Reg. et unus Leid. Perperam. Sed nescio quid sibi voluerit Scaliger corrigens *votis*. Nihil mutandum. Intellige *tempus* et *postulo*, quod facile potest intelligi: quales ellipses in Latina lingua nequaquam sunt rarae." *Bouhier.*

„*Sura* certe vitiosum est: quid reponendum, in eo non consentiunt viri docti. Mihi maxime placet *fibra*, de iecore. Favet vicinia verborum *stomacho, pulmonibus*." *Ern.*

„Regii Codd. cum aliis vitiose *in stomacho furia*. Alii aliter emendant: *sura, fibra, lura, hira, furii, furiae*. Nos Buherii coniecturam sequimur." *Lallemannus.*

Sura vetus est corruptio. Alii aliter emendant. Aliquot libri habent scriptionem ad vocem *furia* accedentem. Maxime mihi quidem probabilis videtur coniectura *Furi*. Fuit Furius gladiator aequalis Lucilii: idque commode convenit verbis *odi hominem*." FA*Wolf.* in scholis. „Quod mihi quidem secus videtur. Magis placeret *lura* (os ventriculi) vel *hira* (intestinum ieiunum): quamvis ea plane respuat Bentleius." *Orell.*

Est in Edd. fere omnibus *sura*, nisi quod Fr. Fabr., probante Lambino, edidit alteram Turnebi coniecturam, *lura*, Dav. *Furî*, FAWolf. Schz. Tbn. Bill. Kühn. *furiae*, ex Bentleii sententia. Or. *sura* dedit, cum corruptionis nota, eodemque modo Nobb., uncinis appositis. Ego

*) Plane ita Dav. in Ed. 2.: „Possis etiam, inquit,
Quam gladium in stomacho Fulvî ac pulmonibus sisto."
Collato eodem Horatii loco.

Bentleium sequendum duxi, ad cuius coniecturam ducunt Reg. Gud. 1. Marb. unus Ox. qui habent *suria*; et alius Ox. in quo, ut in Gud. 2. et Duisb., (qui habet *a* pro *ac*) est *furia*. In Vind. 1. 2. Mon. 1. (qui exhibet *stomachum*) duobus Oxx. Rehd. legitur *una*, in uno Ox. *una sura*; Gud. et Aug. cum vulgatis habent *sura*. Ad commendandam lectionem nostram non est quod post Bentleium addam aliquid. Unum moneo, ex *furiae ac*, versu cum elisione legendo, facile potuisse fieri, ut scriberetur *furia*; quam saepe autem *f* et *s* permutentur, non est, quod doceam: vid. modo Scioppii Art. Crit. p. 47. Postquam vero scriptum fuit *suria*, facillime ad corporis aliquam partem inde extorquendam aliquis, rei convenientiam parum reputans, inde confecit *sura*. *Mr.*

ADDITAMENTUM

DE

EDITIONIBUS TUSCULANARUM KLOTZIANIS,

MAIORE, ET MINORE, QUAE PRODIERUNT

LIPSIAE A. MDCCCXXXV.

Facere non possum pro editionis meae consilio, quin de ea *Tusculanarum* editione moneam, quae prodiit, cum mea iam typis describenda in manibus librarii esset. Sed ut silentio eam praeterire operis praestantia vetat, ita ea ipsa praestantia et multitudo locorum, qui vel vindicantur, vel emendantur, vel explicantur, impedit, quo minus omnia excerpam, quae memorabilia videntur. Quare qui, quae singularia habet editio *Klotzii* quod ad lectionem omnia, scire velit, is editionem eius adeat minorem parvo parabilem, quae aliquot emendationum accessione maiore etiam auctior est. Nec vero magis diiudicare quam enumerare licet, quae ille vir singularia habet et propria. Quamquam enim libri nostri moles ne maior et amplior ipsa exspectatione nostra fiat, iam cavere non possum, nolui tamen eam ita augere, ut haec ipsa libri praestantissimi censura libri instar fieret, praesertim cum alio loco de ea iudicium meum qualecunque fusius exposuerim. Ingenue autem fateor dolere me magnopere, quod per temporis rationes fieri non potuit, ut ipsi editioni meae adornandae adhiberem Klotzii operam, qua plurimum commodi in Ciceronem redundasse nemo me libentius agnoscit, quamquam in omnibus me cum eo viro facere profiteri non possum. Sed age, excerpamus eos potissimum locos, quos ipse in praefationibus, unde laboris quasi mensuram ageremus, significavit.

I. 12. 27: *mortem — esse — quandam quasi migrationem commutationemque vitae, quae in claris viris et feminis dux in caelum soleret esse; in ceteris humi retineretur et permaneret tamen.* Nihil h. l. mutatum vult Kl., vocem *quae* ad *vitam*, nec vero ad *commutationem vitae*, referens: ut haec exeat sententia: quae vita in claris viris, quippe quam egregie gererent, dux in caelum soleret esse: in ceteris, iis videlicet, qui non excellerent, humi quidem retineretur, ita tamen, ut permaneret nec interiret. Placet haec explicatio censori Ed. Kl. Halensi 1836. 137. p. 473: nec immerito: itemque pleraeque, quae sequuntur.

I. 22. 52: *hunc igitur* [animum] *nosse nisi divinum esset, non esset hoc acrioris cuiusdam animi praeceptum: sic ut tributum a deo sit hoc se ipsum posse cognoscere.* Nec hoc loco quidquam mutatum vult Kl. vertens: so dafs diese Fähigkeit sich selbst kennen zu lernen, von Gott gegeben zu seyn scheint.

I, 24, 59: *Quid est enim illud, quo meminimus? aut quam habet vim? aut unde naturam?* Hoc quoque loco librorum scripturam tuetur Kl. simplicissime interpretans: *aut unde habet naturam?*

I, 25, 62: *quorum conversiones omnesque motus qui animus vidit, is docuit similem animum suum eius esse, qui ea fabricatus esset in caelo.* Vocem *animus* cum alii correxerint alii deleverint, servari vult Kl. *qui animus* explicans: der Geist, welcher sie betrachtete.

I, 29, 71: *et tum paene in manu iam mortiferum illud tenens poculum locutus ita est, ut — in caelum videretur escendere.* Docet Kl. servari posse codicis Reg. scriptionem, nec vero, si scribatur *tenens*, ideo cum Bentleio abiiciendum esse *tum*, cuius vocis haec ipsa, quae sequuntur, (*paene in manu iam mortiferum illud poculum tenens*) sint ἐπεξήγησις.

I, 31, 76: *ut verear, ne homini sit non malum aliud certe, sed nihil bonum aliud potius.* Haec verba cum sint satis obscura factum est, ut omnes ad unum interpretes in iis haererent, quorum alii nodum interpretando solvere, alii emendando discindere conati sunt. Prioribus accedit Kl. In quorum numero cum Orellius quoque fuerit, ille huius explicationem contortam atque perplexam appellans suam substituit, quam erunt fortasse qui contortulam appellent et implicatam. Sic autem habet: *ut mihi videatur homini nihil esse (non modo) non malum aliud certe, sed potius nihil bonum aliud:* so dafs dem Menschen nichts anders wenigstens (ich sage nicht) kein Übel, sondern vielmehr nichts anderes ein Gut sei. Sed nobis quoque plane ad verba dicere licere ait: dafs nichts anderes wenigstens dem Menschen nicht ein Übel, sondern nichts anderes ein Gut vielmehr sei. Quae certe in memoriam revocant eam convertendorum poëtarum veterum rationem, qua nostra lingua magis etiam, quam vel latina vel graeca scriptoris, interprete eget.

I, 31, 77: *quos equidem non despicio, sed nescio quo modo doctissimus quisque contemnit.* Horum verborum hanc Kl. exhibet μετάφρασιν: welche (Epicureos) ich für meine Person (er will nicht gerade anmafsend erscheinen) nicht verachte (*non despicio*, ich überhebe mich ihrer nicht)*), aber ich weifs nicht auf welche Weise (er will es nicht wissen, wir sagen: „ich weifs es nicht warum, aber sie müssen doch wohl selbst die Schuld davon haben“) je unterrichteter ein Jeder ist, gering schätzt. Incipere ait Ciceronem *catervae veniunt contra dicentium nec solum Epicureorum* — quasi post interiecta *quos equidem — contemnit* pergere voluerit: *sed etiam aliorum philosophorum*; sed cum in mentem venisset Dicaearchus, paullulum immutata structura addere: *acerrime autem — Dicaearchus — disseruit.*

I. 33. 80: *sunt enim ignorantis, — de mente dici, quae — vacet,* non de *partibus iis, in quibus aegritudines — versentur: quas is, contra quem haec dicantur, semotas a mente — putat.* Auctoritate Codicis Regii et usu Romanorum coniunctivi frequentissimo, vel contra eum conformandae orationis modum, quem nobis logicae leges flagitare videntur, defenditur *dicantur* contra Ernesti correctionem *dicuntur*. Huic tamen favet codex noster Gud. I., cuius non minor est auctoritas, quam regii, et collatio multo accuratior. Accedant duo alii.

I, 34, 82: *Ut credam ita esse, quam est id exiguum! et falsum esse arbitror: et fit plerumque sine sensu.* Restituit *et falsum* ex Codd. omnibus nostris plane rationibus ductus, qui idem faciendum

*) Ita non loqui solent nostri pro: ich erhebe mich nicht über sie, ich setze sie nicht herab.

censuimus. Sententia est: *et ne credo quidem, sed falsum esse arbitror: accedit, quod fit plerumque sine sensu.*

I, 35, 85: *Sit igitur aliquis, qui — nullum a fortuna vulnus acceperit: Metellus ille honoratus quattuor filiis: at quinquaginta Priamus, e quibus — natis.* Praefert Kl. *honoratus*, quod habet Cod. Reg. et plerique alii, scriptioni *honoratis*, a nobis quoque cum recentioribus inde ab Ernesto receptae. Primum, ait, si vel maxime hoc de Metelli filiis dici possit, idem tamen de Priami filiis dici nequaquam posse: deinde re vera honorificum fuisse patri, plures habere filios. Ego cur *honoratis — nati* praetulerim, dixi in annotatione ad h. l. Cur etiam nunc praeferam, fusius exposui in censura ed. Kl., quam inserendam curavi Annalibus literarum Heidelbergensibus: nihil ibi reticui, quo commendari videatur ratio Klotziana: nec vero ut meam facerem commotus sum, praesertim cum accedat Gud. nostri I. auctoritas, cui ego libro merito plurimum tribuendum censeo.

ib. *quasi vero ista, vel quidquam tum potuerit ei melius accidere.* Defendit Kl. hanc plurimorum librorum lectionem iam in Quaestionibus Tullianis I. p. 92 — 98: denuo defendit contra nostram censuram, quae est in Ephemeridd. Scholasticis, 1830. II. 153, in annotatione ad hunc locum: nec vero quicquam novi attulisse, nec meam sententiam accurate refutasse videtur. Sententiam meam vides in annotatione: latius expositam habebis eo, quo dixi, loco. Non mihi vir Cl. de suae sententiae veritate plane persuasit, nec alius vir mihi amicissimus, quem eodem loco illi assentire dixi.

I. 41, 98: *id multo iam beatius est. Tene, — ad eos venire, qui vere iudices appellentur —?* Servat Kl. hoc quoque loco optimorum librorum scriptionem: nec tamen aliam sententiam ei inesse vult, quam quae ab ipsa loci ratione requiritur. Quae cur ex illa nobis lectione prodire non videatur, dixi in annotatione.

I. 45. 109: *multa mihi ipsi ad mortem tempestiva fuerunt: quae utinam potuissem obire!* In nostram disputat Kl. sententiam, reiiciens Davisii correctionem *quam*, receptam a recentissimis quoque editoribus. Laudat praeterea Cic. pro Mil. 10, 27: *nisi obire facinoris locum tempusque voluisset* Improbat censor, quem dixi Halensis (1836. 137. p. 475.) defensum *quae* pro *quam*: cuius rationes operae pretium est contemplari. Mihi quidem probantur.

II. 11. 26: *sed is quasi dictata, — nulla elegantia: Philo et propriu m noster et lecta poemata et loco adiungebat.* Hanc codicis Reg. lectionem restituens ita explicat Kl.: Unser Philo aber gab Eigenthümliches und fügte auserlesene Dichterstellen und am gehörigen Orte an. Priora convertit: Allein der gab gleichsam alte Hefte ohne Auswahl und Geschmack. Recte vero monet Cens. Hal. l. c. ad sententiam, quam vult Kl., requiri vel *proprium aliquid* vel *propria*.

II. 17. 39: Capitis huius initio lectiones *afferat, paratam, si quidem homo esset* contra multorum correctiones eodem fere, quo nos, modo defendit Kl.; sed post *si quidem homo esset* pergit cum Reg. et aliquot aliis: *sed nihil vidimus*, pro quo nos exhibuimus *sed nihil vidi minus.* Explicat: Wir meinten, dafs er diefs thun werde, wenn er nämlich ein Mensch wäre; allein wir haben nichts gesehen, allein die Erfahrung bestätigte es nicht. Non quidem mordicus retineo emendationem, quae nec codicum auctoritate destituitur: habent enim quatuor: et inde a Victorio et Lambino plurimis placuit; sed qui veteres libros complures manu trivit, concedet nihil facilius fieri potuisse, quam ut *vidi minus* et *vidimus* permutarentur, si scriptum esset VIDIMNS

vel *vidi* $\overline{mns}$, *vidi* mi^{9}, vel, ut est in *Baringii Clave diplomatica* (Compend. scrib. med. aevi Tab. 8. col. med.) ms^{9}. *)

III. 1. 2: *cum vero parentibus redditi, id est magistris traditi sumus;* Graviter minatur vir cl., quod aliquantum abhorrere videtur a consueta eius viri humanitate, unicuique, qui de huius lectionis veritate dubitare in animum inducat. Quamquam *id est* non legitur nisi in quatuor libris admodum dubiae auctoritatis. Quod vero ait Kl. in Cod. Reg. esse *idem*, id non plane verum est; habet enim *reddit idem*, quod si cum Codicis Gud. 1. simillimi lectione conferas *redditi dein* (cui plures etiam accedunt), plane cum hoc consentit, nisi quod male divulsae videntur literae et in fine *dem* pro *dein* legitur, quae, ubi deest punctum literae *i* imponendum, (et deesse hoc in antiquissimis nemo est qui nesciat,) discerni plane non possunt. Quod denique ideo reiicit *dein*, quia nullum fuerit tempus interiectum, (weil nicht eine Mittelzeit eintrat, wenn die Kinder aus der Ammenstube in die Hände der Ältern zurückgegeben, sondern sie *sofort* den Lehrern übergeben wurden;) quaerere liceat, cur non illud ipsum *dein* significare possit et significet, si originem spectes et usum, sofort, unmittelbar darauf —?

III. 2, 3: *ut nobis optume naturam invidisse videantur, qui nihil melius homini — populari gloria iudicaverunt.* Hanc librorum fere omnium lectionem iam prius defendit Kl. in censura Ciceronis Orelliani (Jahnii Annalib. Philoll. et Paedagogg. 1833. V. p. 60 sq.) et nunc eodem modo iisdemque verbis propugnat. Mihi vero dubiam esse videri rem, necdum confectam, iam in annotatione significavi. Nihil addo nisi haec pauca. Vix mihi persuadeo fieri posse, ut *optime naturam invidere* dixerit Cicero volueritque significare: sie scheinen uns die Natur ganz herrlich (ganz geschickt) vorenthalten zu haben: quasi opponere velit hos talibus, qui *male nobis naturam invideant* (die es ungeschickt anfangen, uns die Natur zu verleiden) **) Bentleii autem correctionem si quis paullo audaciorem existimat, is primum reputet intellectum habere librorum lectionem difficillimum, explicationemque valde contortam et a Ciceronis simplicitate et perspicuitate admodum abhorrentem; deinde in his ipsis vocabulis compendio scriptis saepissime factum esse ut perperam legerentur, ut alterum alterius loco scriberetur, utque similium compendiorum alterutrum exciderent; denique *naturam* non incommode opponi *ut optimam magistram* populo, qui paullo ante dicitur maximus magister; praesertim cum c. I. §. 2. ipsa *natura* dicatur *optima dux.* Quare cum in librorum lectione acquiescere vix liceat, coniecturae aliquid dandum videtur. In contexta recepimus Bentleianam *ut nobis optimam magistram invidisse videantur*: cum vero fieri potuerit, ut compendio vocis Ciceronianae $\overline{NRA}$

*) Nescio quo acciderit casu, ut in annot. nostra p. 532. quinque lineae extremae inde *a T. Baden*, usque ad *viri est* incommodo plane et alieno loco describerentur, cum sequi debeant post lin. 4. p. 532, post verba *minus humanum.*

**) Cur bis scripserit verleiten, non facile dixeris. — Ceterum vere monet Cens. Hal. l. c. p. 475 sq. non probasse Klotzium *optime invidere naturam alicui* esse die Natur geschickt vorenthalten; *male* invidere, ungeschickt. Dici quidem hac sententia commode *belle, pulchre, egregie, praeclare,* nec vero *optime.* Neque etiam perspicuum esse, quid sit einem die Natur vorenthalten.

alterius item Ciceronianae compendium eiectum sit, MRA, loci praeterea quos laudavimus, eo ducant, ego nuperrime conieci: *ut nobis optimam magistram naturam invidisse videantur.* Cum vero semel excidisset *magistram*. proclive fuit mutare *optimam* in *optime.* Non contendo hanc esse Ciceronis manum: nostram vero suspicionem a Ciceronis sententia non abhorrere fidentius affirmaverim.

III. 16. 35: *Et tu oblivisci iubes, quod contra naturam est: quia natura datum est auxilium, extorqueas, inveterati doloris?* Ita Cod. Reg. et optimi quique: quare servavit eam scriptionem Klotzius explicans: Und du gebietest Vergessen, was gegen die Natur ist; weil aber von der Natur eiue Hülfe an die Hand gegeben ist, willst du sie etwa verdrängen, nämlich dafs man den Schmerz (durch den Gedanken daran) kraftlos werden lasse? Contortum esse h. l. usum vocis *quia* ait, sed proprium Ciceroni, quippe qui in philosophia quoque oratorem agere nonnunquam soleat: sic eum h. l. *quia* ponere, quasi Epicurus ideo extorquere voluerit illud auxilium, *quia* a natura sit datum: quod vero in fine addatur *inveterati doloris*, pro quo recentiores dicerent *scilicet inveterati doloris*, id esse plane latinum. Latinitatem locutionis, fere dixerim, sibi habeat: mihi contorta videtur. Interpretationi autem furtim quasi inseruit vocem aber post *quia*: quod vix licet. Sed sententiae loci non repugno, quam ei inesse dicit.

IV, 9, 21: *discordia ira acerbior, intumo odio et corde concepta.* Hanc habent lectionem Codd. plerique, nec tamen omnes, ut existimat Kl., qui in ea acquiescit dicens *intimum odium* esse odium penitus insitum, nec impediri sententiam accedentibus vocibus *et corde*: nos quidem eodem modo dicere: im innersten Hafsgefühle und Herzen. Quod mihi quidem secus videtur: nam neque equidem quemquam ita loquentem audivi vel scribentem vidi, nec ipse unquam sic dixerim, nec Ciceronem in animum induxisse loqui de *ira odio et corde suscepta*, quae mira sane esset figura ἓν διὰ δυοῖν, ab huius scriptoris ratione plane abhorrens. Mihi quidem nunc prae ceteris placeret *intimo odio corde concepto* i. e. quum videlicet intimum odium corde conceptum est: si vero malis lectionem libri veteris auctoritate firmatam, lege ex Cod. nostro Mon. 1: *intimo odio corde concepta*, ut sit ira, quae corde concepta est ita, ut intimo odio se in animum infigat.

IV, 14, 32: *Nec vero in omnem morbum — animus ingeniosi cadit: non enim multa ecferata et immania, quaedam autem humanitatis — habent — speciem.* Castigatur ad h. l. primum imitatorum servum pecus, qui Bentleii tam saepe festinantis et perversi vestigia legerint, deinde emendationes omnes sententiae totius loci non convenire dicuntur, denique quasi hoc facillime intelligatur ex librorum scriptione, locus ea μεταφράσει explicatur, quam si voluit Cicero aliter plane scribere debuit; hac videlicet: Allerdings es verfällt auch ein grofser Geist nicht in jede Krankheit und Leidenschaft. Denn selten ist es Rohes und Wildes (worein er verfällt), bisweilen hat es aber sogar zuerst den Schein des Ächtmenschlichen für sich, wie Mitleid, Wehmuth, Besorgnifs. Placet sententia, displicet iam a nobis receptum illud *in ulla* Bentleianum. Sed in librorum scriptione non inest haec, quam vult Kl., sententia, nisi scribas *in multa.* Quam facile autem *in* ante *m* excidere possit et quam saepe exciderit, non est quod exemplis propositis doceam. Intelligo *cadit* post *immania*, et duobus punctis distinguo.

IV. 28. 61: *inter omnes — convenire oportet, commotiones animorum*

— *esse vitiosas*: *ut etiamsi nec mala sint illa, quae metum —, nec bona, quae — laetitiam — moveant, tamen sit vitiosa ipsa commotio.* Quid tentaverint et dubitaverint interpretes vide in nostra annotatione. Breviter et recte rem conficit Kl. interpretans: „So dafs, abgesehen davon, dafs diese Dinge, welche Furcht und Kümmernifs, weder schlecht, noch die, welche Lust und Fröhlichkeit wecken, gut sind, doch jener Eindruck an und für sich tadelnswerth ist." Utrum vero haec ad rationem grammaticam nostrae linguae bene se habeant, an secus, alia quaestio est. Eodem loco defendit librorum scriptionem *humana omnia prementem*, eumque locum ita recte scriptum esse contendit, ut nullus usquam legatur rectius scriptus. Male profecto ageretur cum Cicerone, si ad huius scriptionis normam scripta essent opera eius omnia. Nequaquam certe ea adhuc proprietatis et apti verborum usus laude floreret, qua omnes scriptores latinos ab eo uno superari constat. Quod vero, ut *premere* idem significare doceret, quod *despicere*, laudavit Quinctil. XI, 1, 16: *at qui se supra modum extollit, premere ac despicere creditur nec tam se maiorem quam minores ceteros facere*: id speciosius esse quam verius fortasse iam dudum ipse vidit vir doctissimus. Quid enim? cum dici possit *despicere homines* et *despicere humana omnia*, itemque *premere alios homines* quasi pedibus calcare et deprimere: dicatur item recte *premere humana omnia?* Quod vero addit *premere* sic saepe legi apud poëtas aevi Augustei, eius usus, quod plane ad locum nostrum faciat, ne unum quidem exemplum attulit: neque afferre quisquam poterit, quia nemo unquam, nec scriptor nec poeta, dicere vel cogitare etiam potuit *premere humana omnia* pro *humana omnia infra se posita existimare*; *fortunae ludibria contemnere, quidquid homini accidere potest, ad sapientem non pertinere existimare.* Ceterum nequaquam ego contendo, me veram Ciceronis manum restituere posse: quare nec scriptionem correxi, quae mihi quidem falsa et corrupta videtur: sed illa eius scriptionis defensione nihil profici censeo.

IV, 31, 66: *et ut nimis afflicti molestia, sic nimis elati laetitia iure iudicantur leves.* De hoc loco Klotzio assentientes iam in annotatione locuti sumus. Idem dicendum de verbis eiusdem loci: *atque ut confidere decet, timere non decet: sic gaudere decet, laetari non decet.* Egregie defendit iam in Quaestionibus Tullianis Klotzius librorum scriptionem contra virorum criticorum coniecturas (p. 120 sqq.).

V. 9. 24: *in eo etiam* [libro Theophrastus] *putatur dicere, in rotam, id est genus quoddam tormenti apud Graecos, beatam vitam non escendere.* Tuetur Klotzius verba *id est — Graecos*, quae nos eiecimus. Primum ait esse ea in optimis libris, deinde necessariam, certe non supervacaneam fuisse hanc explicationem lectoribus Romanis, quippe quibus hoc tormenti genus ignotum esset, denique solere Ciceronem nonnunquam paullo longiores et rerum et verborum explicationes in libris ad docendum conscriptis interponere. Non eram harum rationum immemor, cum ea verba eiicerem, iisque denuo ponderatis nondum tamen facti poenitere coepit. Liberum cuique suum esto iudicium. Mihi quidem videtur, esse in libris vetustas etiam glossas et antiqua nonnunquam additamenta: deinde hoc loco, in media quasi sententia paullo graviore et audaciore exponenda, miro quodam modo frigere et alieno plane loco intrudi eam explicationem existimo. Ferrem in facti alicuius enarratione, veluti si retulisset Cicero philosophum aliquem a tyranno aliquo propter liberiorem sermonem ad rotam esse adactum. Ibi si, quid esset rota, tali additamento explicasset Cicero, suo et iusto loco id factum esse existimarem: nunc non magis aptum videtur, quam si supra I. 40. p. 331,

in enarrando Theramenis morientis dicto: *Propino hoc pulchro Critiae*, post vocem *propino*, antequam reliqua adderet, interposuisset explicationem eius usus convivalis, quem Graeci *Κότταβον* dicebant. His nunc quidem non erat locus. Plane nostro similis est locus V, 26. extr.: *aperteque et clara voce audeant dicere, beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram.* Quid? si post *taurum* interpositum videremus in libris: *fuit hoc tormenti quoddam genus a Perillo artifice inventum;* nonne id auctori suo reddendum, nec vero Ciceronis verbis inserendum existimaremus?

V. 28, 82: *quum id sit in sapiente situm, non officio solum, verum etiam potestate.* Egregie defendit Kl. hanc librorum scriptionem. Quam defensionem quum iam ante editos hosce libros alio loco expromsisset, nos ei supra in contextu edendo accedere iam significavimus.

V. 31. 87: *nec eam minimis blandimentis corrupta deseret.* Recepimus Bentleii emendationem *minis aut blandimentis*, quae recentissimis quoque viris criticis palmaria visa est, Wolfio, Kühnero, Orellio: necdum mihi, postquam legi acutam et diligentem vulgatae defensionem a Klotzio conscriptam, abiicienda videtur. Fatetur, ad nostram loquendi cogitandique rationem minus offensionis habiturum fuisse locum, si scriptum esset: *nec eam maximis blandimentis corrumpetur ut deserat*: sed sententiam esse ait: sapientem manifestis quidem et apertis blandimentis nequaquam corrumpi, id per se intelligi: velle autem Ciceronem, eum (vel potius vitam beatam) nullis plane, etiamsi minima sint et vix blandimenta esse videantur, corruptum iri. Neque commode *minas* addi, postquam iam id, quod summum in suppliciis esse videri possit, Phalaridis taurum, praemiserit: neque vocibus *minis aut blandimentis* commode addi *corrupta*, sed *commota* potius vel *adducta*. Longum est ad omnia respondere: nec nego defensionis acumen. Illud addo, primum non male, quod ante per exemplum (Phalaridis *taurum*) significatum erat, alio etiam modo postea dici et tanquam colligi, quasi velit: „sequetur vel ad supplicium beata vita virtutem, cumque ea descendet in taurum: neque omnino eam deseret, etiamsi vel minae adhibeantur, vel, quod sapiens etiam prudentiores corrumpere solet, blandimenta.“ Quod autem *minis* vox *corrupta* minus convenit, quam *blandimentis*, id zeugmati tribuendum videtur, a Ciceronis usu minime alieno. Deinde, quod non parvi est momenti, Codex egregius, regio suppar, Gud. 1. totidem literis exhibet *minis* Rehd. autem, qui saepe ad optimos accedit, ante *blandimentis* habet *a.* i. e. *aut*. Denique argutam et artificiosam esse, ne dicam contortulam, vulgatae defensionem facile animadvertas.

V. 31. 88: *Nam quod tibi Epicurus videtur.* Verum est, ita optimi quique libri habent, eaque lectio, quasi paullo pressior, intelligi potest cum Klotzio: Denn was deine Ansicht von Epikur ist; nec vero, quam nos exhibemus, lectio: *quae tibi Epicuri videtur — causa*, suis et sat gravibus auctoritatibus destituitur. Habent eam non tantum Edd. vett., quarum auctoritas non plane est nihili habenda, quod facere hodie solent nonnulli: sed sex etiam Codd. MSS., quibus ut non nimium tribuo, ita non nihil tribuendum esse significavi in Indice apparatus critici. Quod vero paucis interiectis edidit: *de morte enim ista* [pro *ita*] *sentit*, ut ad antecedens *haec* respiciat, id neque impedio, neque imitor. Optimi neutram habent lectionem, sed *isti*, quod stare nequit. Denique quod in proximis defendit: *item de dolore certa habet, quae sequatur: quorum magnitudinem brevitate consolatur* — id quo iure fecerit, ipse viderit: neque enim quae attulit exempla, similia sunt, sed aliena; et quas attulit rationes, in iis argu-

tari videtur. Quod autem recepi Bentleianum *cuius* pro *quorum*, fortasse melius utrumque suadente Orellio resecuissem, quod factum est in Ed. Teubn.

V. 32. 90: *An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi non potuerunt?* Sic optimi libri, ex iisque Klotzius, vertens: Die Philosophen aus unserer Mitte *konnten* dieſs nicht thun? [unsere Philosophen werden es doch auch über sich gewonnen haben.] Ego dedi *poterunt*, ut in re non magis praeterita, quam praesente et futura: nec sine decem Codicum auctoritate. Iudicent alii. Non ineptum dico tempus Perfectum: Futurum etiam nunc praefero.

V. 40. 116: *Epicurei nostri Graece fere nesciunt, nec Graeci Latine.* Defendit Klotzius vocem *Epicurei*, a nonnullis eiectam, a nobis uncinis inclusam: cuius facti rationes vide in annotationibus. Cicero, quod vere contendit Kl., saepe quidem Epicureos, ut indoctos, perstringit: quare id hoc quoque loco fieri facile credas. Neque ego alienus sum a restituenda lectione, quae et optimis nititur auctoritatibus et per se minime est absona. Illud solum me etiam nunc advertit, quod dixit Dav. in Ed. 2. quod cum supra p. 255. adscripserimus, hic repetere non est opus. In iis, quae mox subsequuntur, [*omnesque id nos in iis linguis, quas non intelligimus, quae sunt innumerabiles, — surdi profecto sumus*:] vocem *id* ita defendit, ut quasi ἀναχολούθως existimetur locutus Cicero, perrecturus videlicet post *innumerabiles* verbis *profecto facimus*, vel ab initio in mente ei fuerit scribere: *omnesque id nos in iis linguis, quas non intelligimus, profecto sumus.* Illud magis arridet: et ipse malim uncinis liberatam vocem, quae si non est Ciceronis, cur irrepserit, nemo facile dixerit. Illud tamen silentio premere non possum, non admodum probari nobis disserendi acerbitatem, ne quid gravius dicam, qua in annotatione ad h. l. eos exagitat, qui de scriptionis veritate dubitaverunt. Fortasse iam ipse eam improbat.

V. 41. 119. *Quod si his philosophis — et tamen semper beatum censent sapientem.* Dedi ego ex aliquot Codd., quod inde a Lambino et Gebhardo editum est, *ii philosophi*, quo facto convenit quidem structura verbi *censent*, nec vero ἀναχόλουθον tollitur cum remaneat *et*. Nunc re denuo considerata accesserim Klotzii et scriptioni et sententiae, qui existimat pergere voluisse Ciceronem *tamen licet semper beatum censere sapientem*; sed longiore expositione interiecta, omisisse accuratam sententiae iuncturam.

V. 41. 119: *quid tandem a Socrate et Platone profectis philosophis faciendum, vides.* — Restituit Kl. lectionem Codicis Regii *perfectis*, totumque locum sic distinguit et explicat: „*quid tandem a Socrate et Platone perfectis philosophis faciendum vides?* Was wird dir denn da offenbar, das die vollendeten Philosophen aus Socrates und aus Plato's Schule zu thun haben? Non nego ex Ciceronis usu dici optime: *philosophi a Socrate et Platone*, nec magis nego *perfectos philosophos* optime scribi ex more Ciceronis. Ita enim est II. 5. p. 439. Sed ita iunctam utramque locutionem, et hac quidem sententia, Ciceronianam esse, dubitare liceat. Accedit nostrae scriptioni cum novem aliis is Codex, qui Regio auctoritate et bonitate par est, Gudianus primus, totidem literis exhibens *profectis*.

V. 41. 120: *caussam esse desiderandi negabat.* Hoc restituit Kl. ex Codd. optimis et plurimis, pro quo nos ex paucissimis dedimus *dissidendi*. Obsequar ei, simulac docuerit *desiderare* dici posse absolute, omisso Accusativo.

V. 41. 121: *a quo non modo impulsi sumus ad philosophas*

scriptiones, verum etiam tacessiti. Restituit Kl. Nonii lectionem *philosophiae* a nullo plane Codice fultam, convertitque locum zu schriftlichen Beschäftigungen mit der Philosophie. Nolumus in certamen descendere: quid nobis videatur, exposuimus in annotatione. Iudicent alii. Ita neque addere visum est quidquam ad extrema haec, quae ibidem leguntur: *In quo quantum ceteris profuturi simus, non facile dixerimus,* ubi Kl. scripsit — *profuturi sumus: non facile dixerimus*: ex optimis quidem libris. Sed duobus punctis post *sumus* positis non multum proficitur: nisi statuas fieri vel exclamationem vel interrogationem. Quorum neutrum placet. Ego quidem cum Handio et Zumptio Indicativum non concoquo.

ADDITAMENTA.

Absoluto iam dudum et operis tradito libro integro fieri non potuit, quin succresceret vel aliud quid meditanti et instituenti aliquod libri auctarium, quod quanquam paullo molestius sit ad usum tamen perire nolui, nec committere ut, quae vel a me reperta essent vel ab aliis probabiliter disputata, ab iis desiderarentur, quibus hic, quem instituimus operis adornandi modus probaretur. De cuius ratione cum iam in praefatione, quae necessaria visa sunt, exposuerimus, non moramur eos, qualis nuper exstitit nescio quis, qui obiter inspecto volumine primo tritum illud nobis occineret, nimiam esse libri molem, commentandi genus obsoletum, nec huic, qua gauderemus, literarum luci accommodatum. Qua de re cum aliter sentire viros summos, penes quos est iudicium, videam, et ipse diu de iusta talis editionis adornandae ratione cogitaverim, non est quod in calce operis aliud quid doleam, quam fieri per humani ingenii naturam non posse, ut quae vel religiosissime perficere mediteris, Palladis instar perfecta atque instructa, ut nihil additum nihil demtum velis, in medium prodeant et quasi prosiliant.

Ad I. 1. p. 5.

Remissa temporibus — Iam vide, quae uberius de h. l. (utrum *temporibus* sit Dandi an Accusandi casus) disputavi in Annall. Litter. Heidelberg. 1836. m. Oct. p. 985. quorum summa huc redit: *FAWolfius* Dativum esse existimabat *temporibus*: Kühnerus cum Orellio Ablativum causalem, quasi scriptum sit *propter tempora*, ad Wolfii autem sententiam addit: in qua opinione neminem facile habebit assentientem.“ Ego tamen ita exponi posse locum censeo: „temporibus aliquid dandum fuit: ergo remisi, temporibus concedens et quasi obsequens.“

I. 2. 4. p. 13 sq. coll. IV. 2. 3. p. 258.

De more Romanorum *canendi ad epulas* vid. A. Krause Gesch. der Roem. Litt. (Berol. 1835.) I. p. 53. sqq.

I. 5. extr. p. 39.

* — *maxima corona causa dicenda.* — Tollitur insuavitas soni quater in fine redeuntis eo, quod duo priora vocabula sunt Ablativi, igitur in enuntiando producendi: posteriora Nominativi, ergo corripiendi.

I. 13. p. 104. 59.

Nemo enim maeret suo incommodo. Iis quae in annot. ad h. l. dixi, adde, quae scripsimus loco ad I. 1. laudato, Annall. Litt. Heidelb. 1835. N. 62. p. 988. sq.

I. 15. p. 113.

Hic vostrum panxit maxuma facta patrum. — Ad Gebhardi sententiam, qui, quod in Cod. Pal. quinto *pinsit* scriptum est, id antiquâ scripturâ factum esse ait pro *pinxit*, hoc monendum fuit: Errare Gebhardum, qui, cum vidisset veteres scripsisse *Sestius* pro *Sextius*, itemque *mistus* pro *mixtus*, inde effici putaverit universe et omnino *s* pro *x* poni potuisse: quod secus est. In nomine autem, quod in exemplis posui, Romano illud singulare accidit, quod cum essent eiusdem nominis gens patricia et plebeia, illa *Sestiorum*, haec *Sextiorum* dicebatur.

I. 21. p. 163.

— *tot autem rationes attulit, ut velle ceteris, sibi certe persuasisse videatur.* Aliquid similitudinis habet locus de Rep. I. 17. p. 78. ed. nostr. — *cui persuasum sit, appellari ceteros homines, esse solos eos, qui essent politi — humanitatis artibus.*

I. 27. p. 221.

— *et futura provideat, et complecti possit praesentia.* Ad h. l. vir nobis amicissimus *W. Freund.* in censura Lexici Quintilianei ed. Bonelli (in Jahnii, Klotzii et Seebodii Annall. Philoll. et Paedagg. 1835. 3. p. 276. sq. ita: „Rec. glaubt auf kritisch-lexikalischem Wege ermittelt zu haben, dafs die gewöhnliche und in neuerer Zeit oft wiederholte Annahme, nach welcher *provideo* und *praevideo* sich in ihren Bedeutungen gegenüberstehen, völlig ungegründet ist, und dafs der Unterschied, der zwischen beiden obwaltet, wie bei so vielen andern stammverwandten Wörtern, ein rein chronologischer ist. Sämmtliche kritisch-glaubwürdige Handschriften sprechen dafür, dafs bis zur Augusteischen Periode die Form *praevideo* gar nicht im Schriftgebrauch war, und *provideo* eben so gut für *ante video* (was es ja ursprünglich bedeutet), als für *caveo* und *curo* angewandt wurde. Sichere Stellen mit *provideo* sind (aufser Plautus, Terentius, Lucretius, Caesar) Cicero Tusc. I. 27. 66. III. 22. 52, ad Famm. VI. 4. prc. VII. 30. prc. Att. I. 1. prc. Bei schwankender Lesart hat *provideo* die bessern Handschriften für sich: vergleiche (aufser Caesar) Cicero Verr. V. 9. 22. Vat. 2, 4. Rab. Post. 1. de N. D. II. 65. 163. de Divin. I. 30. 63. [ubi nunc p. 151. ed. nostr. *futura provideri* restitutum velim] ib. I. 36. 78. II. 6. 15. Rep. VI. 24. — Erst Virgil, Aen. V. 445. und Ovid. Met. XV. 135. Fast. I. 327. haben, mit so vielen neuen Wörtern und Wortformen auch *praevideo* in dem Sinne von *ante video* gebraucht, und es findet sich dasselbe, wie zu erwarten war, unter den folgenden Autoren am häufigsten bei Tacitus, während Horaz, Livius, Quinctilian, und sogar Justin (XXXVI. 2. 9.) die ältere Form *provideo* durchgängig festhielten.“

I. 28. p. 232.

— *pecudum — ad vescendum.* — Ad h. l. de Passiva Gerundii, quae videtur esse, significatione reiicere debebam lectores ad ea quae monui ad I. 23. p. 176.

I. 37. p. 306.

— *Litana Albinum* —. „Duarum literarum transpositione et

unius mutatione Lindemannus, ut nomen silvae L. Postumii Albini clade infamis, quam Galli, id quod Liv. XXIII. 24. testatur, *Litanam* vocabant, Ciceroni restitueret, pro *Latini Albinum* haud dubie *Litana Albinum* esse reponendum egregie docuit in libello scholastico, cuius haec est inscriptio: *F. Lindemanni Prolusio de Clade Romanorum in silva Litana.* Ad illustrandum locum in Tusc. I. 37. Zittaviae 1826. 8. pp. 4. Atque hanc coniecturam per se admodum probabilem, magis etiam confirmare potuisset loco Liv. XXVIII. 28. ubi iidem fere, quos Cicero nominavit, a Scipione commemorantur Romanorum imperatores, bello Punico secundo interfecti. „[*Flaminio, Paullo, Graccho, Postumio Albino, M. Marcello, T. Quintio Crispino, Cn. Fulvio, Scipionibus —, tot tam claris imperatoribus uno bello absumptis:*]" *Kreyſsig.* (J. Th) in Comm. de Sallustii Hist. L. III. Fragmm. iterum ed. Misen. 1835. 8. p. 65. — Refert R. Klotzius in Praef. Ed. Tuscc. maj. p. IX. auctorem huius emendationis esse D. F. A. Menckium, Bremensem, qui eam excogitaverit iam ante hos viginti annos, eandemque iam quatuordecim abhinc annos, laudatis iisdem locis cum C. Beiero communicaverit.

I. 38. p. 311.

— *non deterret sapientem mors, — quo minus — rei publicae consulat, et posteritatem — ad se putet pertinere.* Non poenitet receptum *et* pro lectione *ut*, quamvis optimos haec libros occupet. Videtur enim *ut* correctio valde antiqua hominis grammatici, qui post prohibendi verbum, cum secutum esset *quo minus*, immutata constructione in formam affirmativam et sequente altero Coniunctivo (*putet*), necessariam etiam existimaret, ideoque facillima, ut sibi quidem videbatur, emendatione corrigeret *ut* pro *et*, parum curans abruptam orationis constructionem et Tacito potius convenientem, qua inde esset exitura. Talis homo cur non correxerit *et ut* vel *utque*, mireris. Ceterum Klotzius servavit *ut*, explicans *ita ut*, ex nostro sentiendi et loquendi more. Mihi vero non propositio, quam dicunt, consecutiva vel explicativa requiri videtur, sed *κλῖμαχα* potius inesse sententiae dixerim, ut *et* positum sit pro *adeoque*. Conf. Handii Tursellinum I. p. 520. sq.

I. 40. p. 326. sq.

— *quod enim levius huic levitati nomen imponam?* — De hoc paronomasiae vel, si dicere licet, alliterationis genere apud Ciceronem non infrequente, praecepit, exemplis allatis, R. Klotzius in Annall. Philoll. et Paedagogg. 1835. 12. p. 423.

I. 42. p. 350.

In umbra igitur pugnabimus. Iam vid. ad locum Herodoti a Davisio laudatum VII. 226. Baehrium T. III. p. 781. sq.

I. 42. p. 346.

Dic, hospes, Spartae nos te hic vidisse iacentes,
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.

„Haec quum Cicero, bene sane atque eleganter, ex Graecis Latine dixerit, tamen non aequare existimo poëtae Graeci vim et gravitatem. Nihil enim ad rem, visos esse tumulos ab hospite: quo etsi non tollitur id quod dicendum erat, iacere eos illic, tamen obscuratur quodammodo rei non necessariae adiecta mentione: eodemque modo sanctitas legum magis elucescit, solis nominatis illis quae abesse nequeunt, lege et obsequio, quam diserte addito, sanctas esse leges, quarum sanctitas in ipsa inest tam severa disciplina, quae imperata,

quia imperata sunt, facit, non gloriam fortitudinis, non honorem sepulcri, non spem immortalitatis, non ullum aliud praemium respiciens. Docere potest hoc exemplum, quum est de virtutibus vitiisve scripti alicuius disserendum, multum ad id conferre verborum sententiarumve detractionem vel adiectionem vel mutationem. Comparando enim facillime, quid rectius vel minus rectum sit, perspicitur." *G. Hermann.* in Dissert. *de Officio Interpretis.* (Lips. s. a. 4.) p. 12. sq.

I. 47. p. 387.

— *statum sacrificium* —. Debebam admonere loci de Off. I. 12. ubi est ex legibus XII. Tabb.: *status dies cum hoste*, et *Statae Fortunae* apud Barnab. Brissonium de Formulis I. p. 47. ex Sex. Rufo Reg. VI.

I. 48. p. 403

— *ut hostium sanguis eliciatur suo.* — Cum desit in optimis et antiquissimis (nec vero multis) Codd. *sanguis*, eiecit eam vocem Klotzius sive cum Bruto sentiens pendere orationem a propinqua voce *sanguinem*, quod tamen vix credo, sive existimans potius eam vocem facile ex antecedentibus intelligi. Quod quo modo ad rationem grammaticam fieri possit, velim docuisset. Omissionis causa quaecunque est: aliquid certe mendi subest. Habere ea verba colorem poeticum et alii viderunt et Billerbeckius, nuper rebus humanis ereptus, qui inde versum senarium hunc effinxit et in contexta recepit: *ut eliciatur hostium sanguis suo.* Mihi nuper in mentem venit emendatio, commodior fortasse transpositione illâ, nimirum ut legamus:

ut hostjum sanguis sanguine elicjatur suo.

Scripsi *hostjum* et *elicjatur*: poteram etiam sic significare sententiam meam, ut scriberem *hostium* et *elicïatur*.

II. 2. p. 426.

— *et refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia possumus.* Quem laudat Davisius Boëthii locum in Comm. ad Topica Ciceronis V. p. Basil. 839, is est in Ed. Orellii et Baiteri (Opp. Cic. T. V.) p. 372, 30 — 40.

II. 4. p. 435.

— *tum valet multum* — Quod ad h. l. dixi Kühnerum probare in annot. critica *tum*, in exegetica eundem de lectione *tamen* ita loqui, quasi non improbet: id de prima eius editione dictum est: in altera quidem hunc errorem correxit. Semel moneo Kühneri editionem secundam ad me perlatam esse dudum absolutâ meâ, quae tum non amplius erat in manibus.

II. 12. p. 493.

— *Ad ineptias redis.* — Nihil muto, nec nego ferri posse hanc omnium librorum lectionem. Sic scripsit Cicero in Verr. Divin. 17: *Redit ad mores suos.* Simillime Terent. Adelph. I. 1. 45: *ad ingenium redit.* Sed nescio quomodo mihi magis placeret: *Ad ineptias recidis.* Ita Cic. ad Att. IV. 16: *ad nihil recidere*; Or. pro Sull. 32: *ex laetitia ad lacrimas recidere*; Orat. 70, 233. Philipp. VII. 8: *ad nihilum recidere.* Utut est, neque hoc plane me a coniiciendo dehortatur, quod scripsit pro Rosc. Am. 16: *quid ad istas ineptias abis?*

II. 15. p. 516.

Quibus magis palaestra — quam fertilitas barbara. Conf. S. *Mais-*

ling. Exercitatt. Philoll. (Hafn. 1823. 8.) p. 12—17. Eius viri, cuius libellus apud nos est rarissimus, sententia haec est. Primum improbat operam a Scaligero his versibus metro adstringendis navatam, quod factum iam improbavit Bentleius; deinde emendationes *temeritas, facilitas, futilitas* futiles esse ait, tum explicationes *fertilitatis* Beroaldi et Turnebi reprobat, denique *fertilitatem* pro *fecunditate* dici contendit, addens quae de matrimonio latae sint leges Lycurgi, iis instigari quasi cives *barbara* i. e. immani, ferarumque vitae haud absimili, ratione ad *fertilitatem*, i. e. ad prolem numerosam procreandam: quae fuerit etiam barbararum gentium *πολυτεκνίας* cura et laus, a qua Lacedaemonii non discrepabant. Cf. Aristot. Polit. II. 7. ed. Schneid. Vol. I. p. 67. Sententiam igitur hanc esse vult: Lacaenae virgini militia, sol, pulvis et palaestra magis sunt in pretio, quam *ἔργα Ἀφροδίτης* et *barbara* immanisque *fertilitas*, quae secundum leges Lycurgi tanquam rei publicae fundamentum censenda videbatur.

II. 16. p. 523. sq.

— *ut, si usus ferat, abiectis oneribus, expeditis armis, ut membris, pugnare possint.* — Dixi in annot. ad h. l. mihi non improbari Bouhierii coniecturam: *ut — abiectis oneribus expediti, armis, ut membris, pugnare* possint; nunc mihi orationis concinnitas suadere videtur, ut a librorum lectione non discedam. Apponuntur enim *expedita arma* manifesto *oneribus abiectis*. Sententia haec esse videtur: quum ad pugnam ventum est, *onera abiiciunt*, tum *arma expediunt*, quibus, ut membris, pugnant. Quod vero alibi non dicit Cicero *arma expedire*, quod rerum scriptoribus frequens est, nemo mirabitur, qui reputaverit, in Ciceronis libris de rebus bellicis tam raro esse sermonem, ut vocabulis ad artem bellicam pertinentibus vix locus esse videatur.

IV. 23. p. 384.

Haec quum constituta sint — Sic nunc cum Klotzio pro *sunt* legerim ex optimis libris, sententia commodiore.

IV. 27. 59. p. 410.

— *an omnium rerum tollenda omnino aegritudo.* Verum est optimos libros habere *toleranda*, paucos *tollenda*, nonnullos utriusque lectionis quasi confusionem *tolleranda*. Defensores suos pridem nacta est lectio *toleranda* Victorium et Brutum, nuperrime vero Klotzium. Et hic quidem mihi rem contorquere atque argutari videtur dicens: „Cicero stellt die Frage auf, ob man das, woraus die *aegritudo* hervorgehe, mit Gleichmuth tragen müsse, oder ob man im Allgemeinen jede *aegritudo*, ohne Rücksicht darauf, wie sie entstehe, ohne Murren erdulden müsse.“ Callide, dixerit quispiam, Germanico sermone utens non convertit vocem *aegritudo*. Quod si fecisset, fortasse ipse statim sensisset, fraudi sibi esse hoc ipsum *aegritudinis* vocabulum. Quid enim? Nonne *aegritudo* Ciceroni est ea animi affectio, quam ipse explicat *opinionem recentem mali praesentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur* (vid. IV. 7. 14. p. 287. III. 11. 25.)? Est igitur neque malum ipsum (ut intelligi videri possit a Klotzio), neque causa mali, sed eius effectus in animo, *quo qui doleat oportere opinetur se dolere*. Cum vero Ciceroni *aegritudo* sit opinio, non res ipsa, quae dolet (quam tolerandam esse omnino praecipit): fieri non potest, ut aegritudinem *tolerare* iubeat; ut *non tolerandam* potius dixisset, si eo verbo uti voluisset. *Suscepta* enim *aegritudine* (ipse alio loco scripsit) *continuo in magna pestis parte versatur animus*: quare vacandum est omni aegritudine, quia aegritudo in animi per-

turbationibus ponitur. Quid? quod ipse Cicero de *aegritudine tollenda* loquitur III. 22. 53? quam *carnificinam* appellat, *unam rem maxime detestabilem*, quam *abesse* (ergo non *tolerari*) *a sapiente* debere ait, quam *communem poenam stultitiae*, quam *foeditatem habere* dicit, quae cum *sapientia esse atque habitare nullo modo possit*, cuius *stirpes — amarae ipso trunco everso omnes sint elidendae*, cum sit *animi adversante ratione contractio.* „*Tetra enim res est aegritudo* (III. 11. 25. p. 79.), *misera, detestabilis, omni contentione, velis — remisque fugienda.*“

IV. 29. p. 420.

Cum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates. — „Diu me male habuit hic locus, cum hoc sibi arrogasse Socratem in pleno theatro coram toto populo in animum inducere vix possem. Novi *revocatos* esse actores ab universo populo, v. Abram. ad Cic. pro Sest. 58. T. V. p. 177. Graev. Sed desidero exemplum, ubi unus id ausus sit, et expedita sunt omnia, si hoc a Socrate factum esse putes, cum praelegeret hanc actoribus Euripides. Menandri vero et novae comoediae aetate nondum exolevisse hanc consuetudinem docet epistola Alciphronis, qui totus pendet ab illa, quam diximus, aetate. Narrat famelicus quidam parasitaster, nomen se dedisse Lexiphani poëtae comico, qui cum explorasset eius ingenium receperit illum in gregem comicum, τῷ χορῷ τῶν κωμικῶν συλλαμβάνει. Deinde iussum se esse *discere*, partes servuli in comoedia, quas vix tandem *meditationem exercitatione firmans* arripuerit. Sed non pigebit perlegisse totam epistolam. Apposite enim ibi narrantur omnia. Huc denique referendam esse puto legem Lycurgi oratoris, quae fabulas Aeschyli, Sophoclis et Euripidis praelegere iubet actoribus, ἀναγιγνώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις. Plut. in Vit. X rhetor. T. II. p. 841. F. quamquam ulcus latere puto in illo loco, ubi additur: *non licuisse reducere in scenam illas fabulas*, quod quidem aperte repugnat disertis veterum testimoniis, quibus choragis fabulas Aeschyli quotiescunque luberet repetendi potestatem factam esse testatissimum est: vid. Stanleium ad vitam Aeschyli p. 702. ed. Lond. et Barthelemium *Voyage* d. j. An. T. VIII. p. 251.“ Haec *Boettigerus* in Prolus. pr. *Quid sit docere fabulam* inscripta p. 12. (Opuscc. ed. J. Sillig. Dresd. 1837. 8. p. 294. sq.)

IV. 31. p. 434.

Laetus sum laudari me abs te, pater, a laudato viro. — Bothius in Fragmm. Poëtt. Scenn. I. p. 45. ita scripsit hunc versum in Ennianis:

Laetus sum, pater, laudari me abs te, laudato viro.“

Idem Bothius paullo inferius,

IV. 32. p. 438.

quem sapere, quem sanari, quem in morbum iniici (velit) — scripsit *quem sanare:* fortasse invitus; quamquam sic est in aliquot Edd. vett. Vid. annot. nostr. p. 439. Quod scripsit idem in Turpilii comici versu,

IV. 34. p. 449.

— *sanu'n' es, qui temere lamentere* — non est reprobandum, et placet adeo. Sed libri habent *lamentare*, quod ferri potest.

V. 22. p. 136.

— *et mihi fuit cum Aquinio amicitia.* — „Etsi ab Orellio et Kühnero editum est *Aquino*, tamen dubito cum Silligio in Jahnii

Annall. Philoll. et Paedagogg. Vol. XIII. 1. p. 289, num recte obsecuti fuerint nonnullorum Codd. testimonio. Nam *Aquini* nusquam commemorati inveniuntur: Aquinii autem plures, quos recensuit Glandorpius in Onomast. p. 113. Iam nominis formam apud Ciceronem repones *Aquinio.*" Ita *A. Weichert. de Lucii Varii et Cassii Parmensis Vita et Carminibus* (Grimae ap. J. M. Gebhardt. 1836. 8.) p. 15. sq.

Monuit me vir quidam doctus mihique amicissimus, ut in Additamentis adderem notitiam earum Editionum, quas habuit *J. J. Reiskius*, de cuius variantium lectionum libello locutus sum in *Indice Apparatus Critici* p. XXIV. Sunt autem hae: Veneta a. 1480; Veneta a. 1491; Mediolanensis a. 1494; Mediolanensis a. 1498. (ex hac ad unguem fere Parisina e Jo. Petiti officina a. 1510.) Et hae quidem forma max. Tum Florentina Ph. Juntae a. 1508. form. oct.; Argentoratensis M. Scureri a. 1519. form. quadrupl. cum praef. Guolph. Angst; Aldina a. 1523; Roberti Stephani Parisiña 1543. Qui plura velit, adeat Editionem Tuscull. Orellii peculiarem (a. 1829. editam) p. 302—304.

In calce libri addo locum de editione Davisiana Tusculanarum prima ex epistola, Tiberii Hemsterhusii manu d. 2. Maii 1709. scripta ad J. H. Lederlinum. Sunt in manibus nostris vel potius in Bibliotheca Gymnasii nostri, ex munificentia M. Harpprechti, V. D. M. Ersingensis, Hemsterhusii ad Lederlinum epistolae viginti, J. G. Graevii ad Wetstenium et Lederlinum tres, duae Godofredi Olearii ad eundem, itemque una J. A. Fabricii et duae Th. Crenii item ad Lederlinum: quas si comperero esse ineditas, data occasione publici iuris faciam. Interea ex hoc quod exhibemus, specimine videbunt fortasse lectores, utrum hoc Hemsterhusii de Davisio et Bentleio iudicium iam aliunde sit notum. Ita autem ille: „Ex Anglia ad me perlatus est nuper *Ciceronis Tusculanarum Disputationum* liber *Davisii*, eiusdem, qui Maximum Tyrium, Minucium Felicem et Julium Caesarem nova commentatione illustratos recentavit, cura expolitus et emendatus: sed, quod praecipuum est, accedit summi Bentleii ad illum iuvenem ingenii et eruditionis plena epistola, in qua admirabili solertia, qua super omnes huius aetatis eruditos excellit, foedissimos a Cicerone naevos abstergit, qui aliorum (nosti quot in Tullio operam magna etiam cum laude posuerunt) perspicaciam penitus effugerunt."

INDEX. *)

A.

A. Atticus, an Adolescens, an Auditor? I. 1. 3. I. 5. 33. sqq. II. 12. 490.

A pueris I. 24. 189.

Ab ante *c* I. 16. 126.

Ab ante literas consonas I. 26. 216.

Aberrare a proposito I. 34. 274. sq.

Abies crispa quid? III. 19. 140.

Abiicere se, quid? II. 23. 578. sq.

Ἀβλάβεια III. 8. 52.

Ablativi absoluti sine participio III. 16. 110. V. 26. 160.

Ablativi tert. decl. in — *ri* V. 8. 53.

Abstracta plurali numero posita: vid. Pluralis num. abstr.

Absurde canere II. 4. 438.

Ac non ante vocales ponitur I. 39. 320.

Ac — quidem V. 2. 12.

Academia II. 3. 431. Ciceronis, pars Tusculani II. 3. 432. sq. III. 3. 22. sq. IV. 4. 270.

Academici *balbutire* dicuntur V. 26. 160.

Academici libri Ciceronis II. 2. 422. sq.

Academicorum philosophandi ratio I. 9. 61. dubitatio I. 17. 133 sq. I. 32. 265. II. 2. 426. II. 3. 431. IV. 3. 265.

Academicorum quatuor libri II. 2. 422.

Academicorum verecundia IV. 21. 374.

Accedit, ut — et *accedit, quod* differunt. I. 19. 144. sq.

Accipere quam facere praestat iniuriam V. 19. 115. sq.

Accretio, ἅπαξ εἰρημένον I. 28. 226.

Accusativus cum Inf. in interrogationibus quid significet? I. 41. 237.

Accusativus personae praecedente *licet*. I. 38. 311.

Accusativus pronominis personalis in Acc. c. Inf. omitti potest IV. 38. 477.

Acheron I. 5. 37. I. 16. 120. sq. (quantitas syllabae primae.)

Acherusia *templa* I. 21. 159.

Achilles Hectorem trahit curru religatum I. 44. 359.

Achilles iratus IV. 23. 387.

Achradinae portae Syracusis V. 23. 138. sq.

Acies, de oculis dictum I. 22. 166.

Acipenser III. 18. 132.

Acriculus III. 17. 121. T. III. p. 382, — 385.

Ad aliquid disputare IV. 20. 374.

Ad, de tempore (nach Verfluſs) I. 37. 310.

Ad et *at* confusa I. 39. 317. 320.

Ad, in comparatione positum I. 17. 134.

Ad pares angulos i. e. ad rectos angulos I. 17. 135.

Ad pro *apud* III. 21. 155. sq.

Ad summum venire II. 2. 424.

Ad veritatem i. q. in abstracto. III. 33. 234.

Ad vesperum V. 34. 210.

Addictus qui? II. 2. 425.

Additur, ut — III. 31. 219.

Adducere in — I. 17. 132.

Adesse i. q. *adesse animo* I. 20. 155. differt a *praesentem esse* IV. 7. 288.

Adiectiva duo *ἀσυνδέτως* uni substansivo iuncta II. 9. 468. tria, ib. 469.

Adiectivi et Participii eiusdem, variatis casibus, repetitio I. 45. 372.

Adiectivorum Graecorum in — *ειος* Latina terminatio I. 17. 140.

*) Primus numerus librum, secundus caput, tertius paginam indicat.

Admiratio i. q. *miratio* I. 34. 193.
Admiratus i. q. miratus V. 3. 19. cf. V. 28. 174.
Adoptatio an *adoptio*? I. 14. 109.
Adstrictus et *adscriptus* confusa IV. 4. 269. sq.
Adstringere quid? III. 6. 44.
Adversarius cum Dativo Substantivi Adiectivo iuncti V. 27. 127. sq.
Adversus et *aversus* confusa IV. 21. 375. sq. IV. 6. 284.
Adulare II. 10. 479. (*sanguinem.*)
Adumbrata imago III. 2. 14.
Adscendere in caelum I. 46. 381.
Advocare et *avocare* confusa I. 31. 254. V. 14. 90.
Advocatus: eius participii usus. V. 38. 240.
Advolatus (Subst.) ἅπαξ εἰρημένον II. 10. 478.
Aeacus I. 41. 338.
Aeetes III. 12. 82. III. 18. 123.
Aegrotationes animi et *aegritudo animi* differunt IV. 37. 467.
Aegrotus animus et *aeger animus* III. 4. 28.
Aegyptii *mortuos condiunt* I. 45. 368. sq. animalia colunt V. 27. 169.
Aelius Sextus, *Catus* dictus I. 9. 63.
Aemilius Paullus, L. I. 37. 306.
Aemulatio i. q. ζῆλος IV. 8. 294.
Aemulus i. q. sectator. IV. 3. 268.
Aequabiliter et *aequaliter* confusa I. 10. 77.
Aequiperare (non *aequiparare*) V. 17. 103.
Aër, eius vocis usum, ut Graecae, excusat Cicero I. 11. 84.
Aes Corinthium IV. 14. 333.
Aeschines III. 26. 186.
Aeschyli versus ex Prometheo λυομένῳ II. 10. 474.
Aeschyli versus ex Prometheo vincto III. 31. 226. sq.
Aesculapii *liberi* II. 16. 528.
Aesopus tragoedus II. 17. 535. IV. 25. 397.
Aestimare (*magno*) III. 4. 26.
Affătim II. 10. 478.
Affectiones manentes et *moventes* IV. 13. 325.
Afferre sc. rationem I. 13. 103. I. 29. 235.
Afflictatio et *afflictio* confusa IV. 8. 297.
Affluentius haurire. V. 6. 38.
Afranii locus IV. 24. 370. sq. IV. 25. 399.
Africanus maior V. 17. 102.
Africanus (minor) orator I. 3. 21. II. 26. 597.
Africani *fratris nepos* quis? I. 33. 273.
Africani *duo* I. 46. 378.
Afuisse V. 36. 226.
Agamedes I. 47. 388.
Agamemno III. 26. 185. IV. 8. 294. IV. 23. 387.
Agere animam I. 9. 66.
Age sis II. 18. 544.
Agnoscere et *cognoscere* distinguuntur I. 24. 193.
Aiax I. 41. 340. III. 29. 209. IV. 22. 380. IV. 23. 387. 389.
Ain' tu! I. 17. 132.
Ait raro omittit Cicero I. 26. 213.
Aitia, rarum, ideoque obliteratum V. 38. 241.
Alacritas, vox media V. 16. 100. sq.
Alacritate efferri IV. 15. 344.
Albinus, M. Postumius I. 37. 306. sq.
Albucius, T., V. 37. 236.
Alcaeus IV. 33. 445.
Alcibiades III. 32. 331.
Alcidamas rhetor I. 48. 397.
Alciphron tentatus IV. 7. 287.
Alemaeo III. 5. 34.
Alei campi III. 26. 187.
Alexander Clitum interemit IV. 37. 466.
Alias — alias — quasdam — partim, variata oratione V. 13. 79.
Alicunde et *aliunde* confusa I. 23. 174.
Alienus cum Abl., sine *a*. II. 27. 605.
Alienus seq. *a*, et non sequente, c. Abl. V. 34. 212.
Aliqua pars i. e. satis magna I. 1. 5. cf. de *aliquot* I. 2. 19.
Aliquando i. q. tandem I. 44. 360. sq.
Aliquanto fere i. q. *multo* II. 27. 606.
Aliquantum i. e. minime parum V. 6. 35.
Aliqui deus I. 11. 81. cf. I. 34. 276. IV. 16. 348. V. 21. 131.
Aliquid et *aliquod* confusa I. 11. 81.
Aliquid i. e. quod operae pretium sit. I. 20. 151. III. 16. 115. V. 36. 227.

Aliquid fere i. q. aliud quid. IV. 24. 394.
Aliquid reverenter dictum de re Venerea III. 19. 135.
Aliquis dolor I. 34. 276.
Aliquis pro *alius quis* III. 14. 94. sq.
Aliquispiam, vox dubia III. 9. 6. sq.
Aliquot ante annis et *aliquot ante annos* I. 2. 19.
Aliter — atque ut III. 30. 217.
Aliud agere, opp. *id agere* I. 38. 312.
Aliud, cum Genitivo V. 13. 80. pro *aliud quid* V. 40. 254.
Allienus, M., Pelignus. IV. 22. 382.
Alliteratio III. 19. 142.
Alte spectare I. 34. 275.
Alterum alteri consequens V. 8. 47.
Amafinius, C., IV. 3. 266.
Amans ab *amatore* differt IV. 12. 320. IV. 31. 428.
Ambiguitas evitata I. 25. 207.
Ambitiones i. q. honorum petitiones II. 26. 596.
Ambracia I. 34. 281. sq.
Ambrosia I. 26. 214. sq.
Amittere i. q. dimittere II. 13. 502.
Amphiaraus II. 25. 593.
Amplius, Substantive positum V. 34. 212.
An, in argumentatione a minore ad maius. V. 32. 195. V. 36. 226.
Anacharsis Scythes V. 32. 195.
Ἀναχόλουθα I. 7. 50. I. 13. 102. sq. I. 25. 200. I. 25. 203. I. 28. 225. I. 30. 245. I. 30. 248. I. 36. 299. I. 48. 400. II. 1. 417. sq. II. 6. 448. II. 16. 520. II. 22. 571. III. 8. 51. sq. III. 17. 115. sq. III. 26. 186. III. 34. 241. sq. IV. 5. 275. IV. 6. 283. sq. IV. 15. 337 — 339. IV. 35. 454. IV. 36. 457. V. 14. 88. V. 15. 92. V. 29. 176. V. 26. 157. V. 22. 134. V. 18. 110. sq. V. 41. 262. sq. V. 27. 161. sq. V. 24. 147.
Anacreon IV. 33. 445.
Ἀναντιπόδοτον V. 27. 166.
Anapaestici pedes *ἐμβατηρίων* II. 16. 521.
Anapaestus versus dixit Cic., non *anapaesticus* III. 24. 171. sq.
Anaxagoras Clazomenius I. 43. 357. V. 39. 253. III. 14. 96. III. 24. 174. V. 23. 143.
Anaxarchus Democritius II. 22. 573.
Andronicus Rhodius correctus IV. 7. 287.
Angi et *dolere* I. 13. 105.
Angor ab *anxietate* diversus IV. 12. 320.
Angustiae i. q. angusta vocis significatio. III. 8. 53.
Aniculae et *aviculae* confusa II. 17. 537.
Aniles ineptiae I. 39. 317.
Anima pro *aëre* I. 11. 84.
Animam efflare I. 9. 66. *agere* ib. T. III. p. 277.
Animatus, *animosus* I. 9. 66.
Animi fetus V. 24. 145.
Animi partes IV. 5. 277. IV. 36. 463. (i. q. *animi vires*.)
Animi pendere IV. 16. 346.
Animi secundum Platonem in tres partes distinctio I. 33. 269.
Animo et *omnino* permutantur IV. 17. 353. cf. p. 356.
Animo nihil velocius I. 19. 145.
Animorum immortalitatem docuit Pherecydes I. 16. 127.
Animorum *προϋπαρξις* I. 30. 244.
Animum advertere V. 23. 140. T. III. p. 345.
Animum demittere IV. 17. 352.
Animum inducere et *in animum inducere* differunt V. 10. 66.
Animus ab *anima* dictus I. 9. 65. sq. cf. I. 10. 76.
Animus Ciceroni id quo vivimus I. 23. 181.
Animus, de bestiis usurpatur I. 33. 270.
Animus ex inflammata anima constans I. 28. 143.
Animus pro *aëre* I. 11. 84.
Animus quidam numerus I. 17. 138.
Animus tripartitus I. 10. 73. T. III. p. 279.
Animus videt, animus audit, ex sententia Epicharmi I. 20. 154. sq. T. III. p. 286.
Animus utrum deus? I. 22. 173.
Anquirere et *inquirere* confusa IV. 21. 374. sq. V. 4. 25.
Anquirere mali terminum II. 10. 482.
Ἀντάξων vox nihili I. 28. 229. sq.
Antelucana opificum industria IV. 19. 368.
Anticlia pro *Euryclia* positum ad Cic. V. 16. 95.
Ἀντίχθων I. 28. 229. sq.
Antiochus III. 25. 178. V. 8. 48. sqq. V. 37. 232.

Antipater V. 37. 231. sq. V. 38. 241.
Antipodes I. 28. 229. sq.
Antisthenes V. 9. 59.
Antonius, M. I. 5. 38. II. 24. 584. sq. V. 19. 113.
Anxietas, non *anxietudo*, Cic. dixit IV. 12. 320.
Anxiferi vertices II. 9. 471.
Aoristus significatur Praesente et Perfecto II. 21. 563. sq.
Ἅπαξ εἰρημένα I. 17. 136. I. 19. 146, I. 27. 220. sq. (*flabilis*) I. 28. 226. I. 39. 326. I. 40. 332. sq. II. 9. 472. (duo) II. 9. 473. II. 10. 478. II. 13. 497. II. 24. 584. sq. II. 24. 586. IV. 13. 322. IV. 13. 323. IV. 23. 385. IV. 25. 400. IV. 30. 425. IV. 37. 467. V. 14. 85. V. 20. 120. V. 16. 95. V. 36. 224. V. 40. 254.
Ἀποκαρτερῶν, liber Hegesiae I. 34. 282 sq.
Ἀποκοτταβίζειν quomodo Cicero expresserit? I. 40. 331.
Apollinis praeceptum; *nosce te* I. 22. 170.
Apollo Delphicus I. 47. 389.
Appius qui? I. 16. 122. sq.
Appius Caecus IV. 2. 260. V. 38. 241.
Apte ferre IV. 17. 353.
Aptus et *idoneus* differunt II. 4. 435.
Aptus i. q. appensus V. 21. 130.
Apud pro *ad* I. 39. 325. IV. 22. 381.
Aquila, *Jovis satelles* II. 10. 478.
Aquilius, M', V. 5. 33. sq.
Aquilonis stridor I. 28. 228. sq.
Aquinius poeta V. 22. 136.
Arbiter honorarius V. 41. 265.
Arbor aurifera II. 9. 473.
Arcessere et *accersere* IV. 1. 254.
Arcesilas V. 37. 231. 237.
Archelaus, Anaxagorae discipulus V. 4. 25.
Archelaus, Perdiccae filius V. 12. 73.
Archilochus I. 1. 2.
Archimedes V. 23. 138.
Archimedis sphaera I. 25. 210. V. 23. 138.
Archytae dictum IV. 36. 463. V. 23. 137.
Argia pro *Argiva ἅπαξ εἰρημένον* I. 47. 385.
Argivi III. 22. 161.
Argivum pro *Argivorum* II. 17. 533.
Argo navis I. 20. 152.
Argonautarum princeps IV. 32. 440.
Argumentum premere i. e. argumento instare I. 36. 299.
Arion Methymnaeus II. 27. 607.
Aristides V. 36. 229.
Aristippus *Socraticus* II. 6. 447. T. III. p. 369.
Aristo II. 6. 447. V. 8. 49. T. III. p. 369.
Aristo Chius V. 9. 61. V. 11. 70.
Aristogito I. 49. 403.
Aristoteles I. 4. 27. I. 10. 77. I. 33. 271. I. 39. 325. II. 3. 432. III. 28. 202. V. 10. 65. V. 13. 82. V. 31. 187. V. 37. 231.
Aristoxenus I. 10. 69. sq. I. 11. 84. I. 18. 140. I. 22. 169.
Aristus V. 8. 48. sq.
Arma militis membra II. 16. 523.
Arrianus correctus I. 48. 393.
Arridere et *ridere* confusa I. 40. 331.
Arripere similitudinem I. 46. 378.
Ἀῤῥωστήματα IV. 10. 308.
Artemisia III. 31. 220.
Aruns IV. 22. 383.
Ascendere et *escendere* saepe confusa. I. 29. 240.
Asclepiades V. 39. 245.
Asiani oratores Romanorum. II. 1. 420.
Aspellor II. 10. 482.
Aspernatio non *adspernatio* IV. 27. 409.
Assensio i. q. *συγκατάθεσις*. IV. 7. 290.
Asservire ἅπαξ εἰρημένον II. 24. 584 sq.
Assyria et *Syria* saepe confunduntur V. 35. 218. sq.
Ἀσύνδετον trium substantivorum, verborum, adiectivorum, adverbiorum I. 4. 28. I. 14. 111. I. 16. 125. (cf. I. 33. 269. ubi locum non habet) II. 22. 571. IV. 16. 346. V. 23. 143.
At enim: eius formulae usus ellipticus V. 16. 97.
Athleta II. 17. 537.
Atilius, M., V. 5. 33. sq.
Atlas caelum sustinere traditus V. 3. 16. sq.
Atomorum turba I. 11. 81.
Atque — quidem, transitum significat ad rem novam III. 13. 88.
Atque ut — transitionis formula IV. 12. 317.
Atqui I. 39. 318. III. 7. 45. V. 15. 90. V. 18. 109. V. 21. 132.

Atreus I. 44. 366.
Attici oratores (Romanorum) II. 1. 420.
Attii versus I. 29. 228. sq. I. 44. 360. II. 5. 440. sqq. II. 7. 457. III. 9. 64. III. 26. 185. IV. 25. 397. IV. 36. 458.
Attilii fabula *Μισογύνης* IV. 11. 313. sq.
Attractio I. 24. 183. et 185. I. 25. 210. I. 34. 278. II. 7. 456. IV. 27. 406. V. 7. 44.
Attrectatus II. 21. 569.
Auctores et *auctoritates* confunduntur I. 12. 89.
Audire, cur I. 32. 264.
Aufidius, Gn. V. 38. 243.
Aulis I. 48. 402.
Aut — aut post negationem pro *nec — nec* I. 27. 221.
Aut bibat, aut abeat V. 41. 261.
Aut repetitum non semper disiungit V. 39. 253.
Aut — vel differunt sententiâ III. 19. 136.
Autem gradationi inservit IV. 2. 262.
Autem in continuanda relatione, ut Graecum *δέ*, positum I. 2. 15.
Autem saepius, paucis interiectis, repetitum V. 16. 98. sq.
Autem transitioni inservit I. 18. 143.
Avellere an *evellere?* IV. 11. 311. sq.
Aveo et *habeo* confusa I. 8. 58. I. 47. 385. IV. 9. 305.
Averni lacus I. 16. 123. sqq.
Aversus et *adversus* confusa IV. 6. 284. IV. 21. 375. sq.
Avocare et *advocare* confusa I. 31. 254.
Axis quid? I. 28. 228. sq.
Ἄξιωμα Ciceroni est *pronuntiatum* I. 7. 48. sq.

B.

Baca, non *bacca* I. 14. 108.
Bacarum ubertas I. 28. 231.
Balbutire, de philosophis dictum V. 26. 160. sq.
Barbari gladiatores dicti II. 20. 556.
Barbaria, quid Ciceroni? V. 27. 165.
Basis columellae V. 23. 141.
Beatum, pro beatitate vel beatitudine V. 15. 93. sq.
Bella cum fortuna I. 45. 374.
Bellator raro dixit Cicero IV. 24. 394.
Bellerophon III. 26. 157.
Bene plane magnus II. 19. 552. sq.
Bene vivere et *beate vivere* differunt. V. 16. 101.
Biber et *berber* Infinitivi I. 26. 216.
Bibere ministrare I. 26. 216.
Bibliothecae Graecae II. 2. 427.
Biformatus II. 8. 463. sq.
Bionis dictum III. 26. 185.
Bito et Clevbis I. 47. 385.
βούλησις IV. 6. 281. sq.
βραχυλογία v. breviloquentia I. 32. 265.
Bruti liber de Virtute V. 1. 2.
Brutus. L. I. 37. 304. IV. 1. 254. IV. 22. 383. V. 5. 29. sq.

C.

C et *t* confusa V. 4. 26.
Cadere in conspectum I. 22. 166.
Cadere in morbum I. 32. 269.
Caecilius Statius I. 14. 106. sq. III. 23. 169. sq. IV. 32. 437.
Caelata tecta I. 35. 288.
Caelestum (sic, non — *am* leg.) pro *caelestium* II. 9. 669.
Caeli forma quid? I. 28. 228.
Caelum i. q. aër I. 19. 145. I. 22. 167.
Caelum concidit I. 23. 177.
Caelum contingere, ὑπερβολή. V. 27. 161 sq.
Caepio, Q., V. 5. 33. sq.
Caerimoniae non *caeremoniae* I. 12. 92.
Caesar, C., V. 19. 114.
Caesar, L., V. 19. 113.
Caestibus contusi pugiles II. 17. 539.
Calanus Indus II. 22. 574.
Calatinus I. 7. 47. I. 46. 378.
Caligo constat I. 16. 121. *offusa* V. 2. 13.
Calix mulsi III. 19. 137.
Callimachus laudatur I. 34. 281. I. 39. 320.
Callipho V. 30. 182. V. 31. 187.
Callisthenes, Theophrasti liber V. 9. 57. [cfr. Meursii Theophrastus p. 32. sq.]
Callisthenes III. 10. 67.
Callum quoddam II. 15. 518.
Calx i. q. curriculi finis I. 8. 53.
Camillus, M. I. 37. 309.
Candor proprie de caelo dicitur I. 28. 225.
Canere ad tibiam IV. 2. 258.

Canes publici in Hyrcania I. 45. 370.
Cannae I. 37. 306.
Cantores Euphorionis qui? III. 19. 141.
Capacitas i. e. spatium I. 25. 201.
Capena porta I. 7. 47.
Capior i. q. allicior II. 12. 492.
Capite damnare et capitis damnare I. 22. 163. sq.
Caput coenae V. 34. 211.
Carbo orator I. 3. 22.
Carere explicatur I. 36. 297. et 300. sqq. III. 18. 126.
Carmen condere IV. 2. 260.
Carmen plenum quid? I. 26. 212.
Carneades III. 25. 178. IV. 3. 263. IV. 24. 393. V. 4. 29. V. 29. 178. V. 30. 181. V. 31. 188. sq. V. 37. 232. V. 41. 265.
Carnificina, tralate III. 13. 87. proprie V. 27. 169.
Casci qui? I. 12. 90. sq.
Casnar Osca vox, pro *senex* I. 12. 91.
Cato, M. III. 21. 155. III. 28. 207.
Cato maior orator I. 3. 21. sq. I. 46. 378.
Cato Uticensis, eius exitus e vita I. 30. 250. cf. V. 1. 7.
Catonis Censorii Origines I. 42. 345. sq. IV. 2. 257.
Catulus V. 19. 115.
Catus, Aelius Sextus I. 9. 63.
catus i. q. *sapiens* I. 9. 63.
catus et *cautus* confusa II. 19. 554. sq. T. III. p. 317.
Caucasus V. 27. 166.
Causa disserendi i. q. θέσις, quaestio III. 2. 23.
Causam cognoscere, locutio iudicialis IV. 38. 474.
Cedere vita I. 15. 117.
Cedo non habet Acc. c. Inf. sequentem I. 34. 277.
Celebritas non hominum est, sed loci V. 3. 21.
Celsus et erectus V. 14. 88.
Celtiberi II. 27. 604.
Censere et *sentire* differunt I. 42. 343. I. 45. 371. sq.
Centaurus (Nessus) II. 8. 459.
Cepheus stellatus V. 3. 37.
Cerberus I. 6. 37.
Cerebrum nonnullis animi sedes I. 9. 64. sq.
Cernere et *videre* distinguuntur a Cicerone I. 20. 153.
Cerni aliqua re et *in* aliqua re II. 26. 600.
Cervorum et cornicum vita longissima III. 28. 203. sq.
Chaldaeorum, promissa I. 40. 328. sq.
Charmadas memoriâ insignis I. 94. 197.
Χιαστὸν II. 4. 434.
Chorus virtutum V. 5. 32.
Chrysippus I. 45. 370. III. 22. 157. III. 25. 178. III. 31. 223. III. 32. 234. IV. 5. 174. IV. 10. 308. IV. 24. 392. V. 31. 231.
Cibaria dimidiati mensis II. 16. 522.
Cibarius panis V. 34. 209.
Cicero imperator V. 8. 49. quaestor V. 23. 138. homo Arpinas V. 23. 141 sq.
Cicero amat addere verbis explicationes I. 38. 315. itemque rebus I. 40. 332.
Cicero an Graecis iniquus? I. 35. 292. III. 5. 33. sq. T. III. p. 379.
Cicero confundit memoriam et reminiscentiam Platonicam. I. 24. 187. et 195.
Cicero Crantorem sequitur I. 5. 35.
Cicero cum Graeca convertit, liberius loquitur I. 41. 336. III. 18. 128. 131. V. 12. 75. sq.
Cicero ex prava apud Platonem lectione perperam correctus. I. 23. 178.
Cicero in iudicio de Stoicis et Peripateticis sibi non constat III. 10. 70.
Cicero libere convertit Platonis locum I. 41. 334. V. 12. 75.
Cicero memoria lapsus V. 12. 73. V. 16. 95. sq. V. 39. 253.
Cicero multa de poëtis Graecis vertit II. 11. 487.
Cicero non ad incertas recentiorum regulas corrigendus I. 23. 180.
Cicero terram circa solem ferri an sciverit? I. 28. 228.
Ciceronis locus loco Pauli Apostoli similis I. 28. 235.
Ciceronis Sophocleorum versuum luculenta conversio II. 8. 459 sqq. Aeschyleorum II. 10. 476. sqq.
Cimbri II. 27. 604.
Cimbrica victoria V. 19. 115.
Cineas memoriâ insignis I. 24. 196. sq.
Citare pro *concitare* III. 11. 74.

Clangor vastus II. 10. 478.
Clastidium oppidum IV. 22. 381.
Claudere pro *claudicare* V. 8. 51. sq. T. III. p. 341.
Claudius *Caecus* I. 1. 11.
Claudius *Marcellus*, *M.* I. 37. 306.
Clavo clavum eiicere IV. 35. 453.
Cleanthes, Stoicus. II. 25. 591. III. 31. 223. III. 32. 230. V. 37. 231.
Cleobis et Bito I. 47. 385. sq.
Cleombrotus Ambraciota I. 34. 281. sq.
Cleomedes emendatus II. 6. 451.
Clepere II. 10. 475.
Clepsydra II. 27. 610.
Clitomachus Carthaginiensis III. 22. 163. V. 37. 232.
Clitus ab Alexandro interemtus IV. 37. 466.
Cluere II. 10. 475. T. III. p. 373.
Cocytus I. 5. 37.
Codicum familiarum vestigium I. 40. 327. sq.
Codrus I. 48. 400.
Coena non *cena* I. 42. 349.
Coenula V. 32. 200.
Coepit et *coeptus est* usu differunt I. 12. 101.
Coetus celebrare I. 48. 392.
Cogere i. q. coagere I. 19. 145.
Cogitare, seq. *ut* I. 15. 111. sq.
Cogitare et *concitare* confusa IV. 15. 341.
Cohaerere i. q. consistere, perstare III. 25. 182.
Cohibere i. q. prohibere III. 25. 180. sq.
Colligere i. e. collecta enumerare IV. 37. 470.
Colligere IV. 24. 394. (i. q. *συλλογίζεσθαι*).
Colligere se IV. 36. 463.
Comitari, cum dativo. V. 24. 144. sq. V. 35. 218.
Commemini rarum apud Cic. I. 6. 45. sq.
Commendare lectioni II. 3. 430.
Commentatio quid? III. 16. 108.
Commentatio, de gladiatoribus quid? II. 17. 544.
Committere, ut — II. 25. 594.
Compedes I. 31. 255.
Concidit caelum I. 23. 177.
Concionari I. 49. 405.
Concipere fraudem I. 30. 243.
Concludere ratiunculas II. 12. 491. sq.
Conclusiuncula II. 18. 545.
Concors unde dictum I. 9. 62.
Concreta corpora I. 20. 156. I. 25. 201. 203.
Concurrere ad mortem I. 37. 304.
Conditio, non *condicio* I. 8. 52.
Conditionalis locutio, omisso *si* II. 24. 587.
Condolescere I. 18. 141.
Confidens et *confidere* diversa sententia III. 7. 44.
Confidere arte V. 3. 19.
Confisio ἅπαξ εἰρημένον IV. 37. 467.
Confiteri, duplici sententia parvo intervallo positum I. 8. 57.
Conformatio I. 22. 164. sq.
Confundere pro *coniungere* I. 11. 82. sq.
Confutare V. 31. 190. sq.
Congruit animus corporum doloribus V. 1. 6.
Coniunctivus concessivus III. 17. 117.
Coniunctivus post relativum I. 1. 6. I. 32. 268 (in oratione obliqua).
Connixus II. 21. 562.
Conquassatio ἅπαξ εἰρημένον IV. 13. 323.
Consecrare monumentis V. 4. 27.
Consecratus II. 2. 425.
Consensus an *consessus*? I. 13. 104.
Consensus omnium naturae vox I. 15. 117.
Consequi, i. e. una sequi I. 38. 312.
Consistere i. q. continere V. 14. 85.
Consolatio, Crantoris liber I. 48. 394.
Consolatio, liber Ciceronis, I. 27. 220. I. 31. 256. I. 34. 279. III. 28. 207. III. 31. 225. IV. 29. 423.
Consolator, vox rarior III. 30. 215.
Consopitus I. 38. 316.
Consultor V. 38. 242.
Constantia philosophorum quid? II. 2. 426. IV. 6. 279.
Constare quid? I. 17. 137.
Constat caligo I. 16. 121.
Conterere explicatur V. 30. 184.
Continens oratio i. q. *continua or.* I. 8. 59.
Contorquere verba III. 26. 186.
Contortius concludere III. 10. 69.
Contortulus II. 18. 545.
Contractio animi I. 37. 308. cf. III. 34. 243 sq.
Contradicere alicui non est Ciceronianum I. 6. 40.
Contueri I. 20. 153.

Contumacia, in re laudabili I. 29. 239.
Conturbatio, vox rarior IV. 8. 300. IV. 13. 329. a *perturbatione* differt ib.
Convenae, rara vox V. 20. 119.
Conveniens et *constans* saepius iunxit Cicero IV. 15. 340.
Convestirier I. 28. 131. sq.
Copiosus ad dicendum II. 11. 484.
Cor nonnullis i. q. *animus* I. 9. 62.
Corculum, Nasica dictus I. 9. 62.
Cordatus homo I. 9. 64.
Cornicum vita diuturna I. 31. 262. 263. [leg. ib. cornicibus.]
Corona de circulo hominum I. 5. 39.
Coronae nobilitatem petere V. 3. 22.
Corpora quatuor omnia gignentia i. e. elementa I. 17. 135.
Corporis faces quid? I. 19. 147. sq.
Corpus est animi vas I. 22. 171. *animi quasi custodia* I. 49. 406.
Corusca fulminis vis II. 9. 470.
Cos fortitudinis iracundia IV. 19. 364.
Crantor V. 37. 231.
Crantoris Consolatio I. 48. 394.
Crantoris sententia III. 6. 39. sq. III. 29. 208.
Crassus, M. I. 5. 38. I. 6. 44. I. 7. 48. ἀγέλαστος III. 15. 101. sq. V. 40. 254.
Crassus, P., V. 19. 113.
Crede mihi, raro scripsit Cicero, nec vero nunquam I. 31. 255. II. 4. 434.
Credere i. q. *confidere* V. 20. 118.
Credo I. 22. 170. I. 44. 359. III. 17. 121. V. 35. 221. V. 37. 230.
Cretum leges II. 14. 509.
Crito, Socratis discipulus I. 43. 354.
Critolai libra, quid? V. 17. 106.
Cruciatus ciere II. 7. 457.
Cubare i. q. aegrotantem iacere II. 25. 594.
Cuias non legitur apud scriptores latinos V. 37. 235.
Cuicuimodi III. 34. 245. sq.
Cuicuimodi est V. 41. 266.
Cumae III. 12. 87.
Cumulus bonorum I. 46. 379.
Cunae (*in cunis*) I. 39. 318.
Cuppedia i. q. φιλοψία IV. 11. 316.
Curae est maximae (non *maxime*) I. 14. 106.
Curae pro studiis positae V. 24. 147.
Curiosus in aliqua re I. 45. 370. sq.
Curius I. 46. 378.
Currus suspensos per undas rapere poëticum est II. 27. 608.
Cydippe, Cleobis et Bitonis mater I. 47. 386.
Cygnorum cantus I. 30. 244.
Cypselus V. 37. 238.
Cyrenaici III. 13. 90.

D.

Damaratus V. 37. 237.
Damocles V. 21. 126. Vocandi casu *Damocle* V. 21. 127.
Damon et Phintias V. 22. 133.
Dare et *docere fabulam* dicitur I. 1. 11. sq.
Dare i. q. concedere II. 12. 491.
Dare operam in aliquam rem I. 4. 22.
Dare se in aliquam rem pro *operam dare alicui rei* I. 4. 30.
Dare, ut — I. 32. 267. V. 11. 71.
Darius V. 34. 208.
De cum Gerundio I. 43. 352.
De cum verbis a *de* — incipientibus saepe iunxit Cicero V. 4. 26.
De, rarus eius vocis usus III. 22. 160.
De sententia deiici II. 5 443.
Debebat et *debuit*, ubi Coniunctivum exspectes IV. 1. 7. 358.
Debere et *decere* confusa I. 14. 110. II. 3. 431.
Deberi posse II. 27. 611. sq.
Decernere i. e. quasi decretum statuere. II. 6. 449. sq.
Decerptus animus ex mente divina V. 13. 81.
Decessus et *decessio* differunt I. 46. 380.
Decii, pater, filius et nepos I. 37. 304. sqq. II. 24. 589.
Declamatio senilis II. 11. 487.
Decolor sanguis II. 8. 462. sq.
Decrepitus, ap. Cic. ἅπαξ εἰρημένον I. 39. 326.
Decreta i. q. δόγματα II. 4. 437. V. 29. 179.
Decumbere, de gladiatoribus dictum II. 17. 540. sqq.
Dedoctus et *deductus* confusa II. 24. 590.
Defensiones, quid? I. 1. 4. sq.
Defit i. q. deficit III. 19. 137.
Defleti et *deleti* confusa I. 35. 293. T. III. p. 294.
Deflexit et *defluxit* confusa V. 28. 172.

Defluere, singulari significatione I. 25. 207. sq. V. 21. 131.
Deiicere aliquid de — II. 5. 446.
Dein pro *deinde* I. 28. 225. III. 1. 9. IV. 5. 277.
Deiphilus, Ilionae filius I. 44. 362.
Deis pro *diis* IV. 34. 449.
Delenire non *delinire* IV. 31. 435.
Delibutus sanie taetra I. 44. 364.
Delphi V. 25. 150.
Delphin pro *delphinus* non dixit Cic. II. 27. 608.
Demigrare I. 30. 251.
Deminutio et *diminutio* distincta I. 28. 226. cf. II. 24. 589.
Deminutiva Substantivi et Adiectivi iuncta III. 1. 7.
Democritii I. 34. 276.
Democritus I. 11. 79. sq. 85. I. 18. 142. I. 34. 276. IV. 25. 398. V. 23. 142. V. 36. 225. V. 39. 248.
Demonstrativorum usus paullo rarior IV. 9. 300.
Demonstrativum per pleonasmum positum I. 13. 101.
Demosthenis vigiliae IV. 19. 368. IV. 25. 398. V. 36. 224.
Denuntiare i. q. iubere I. 49. 406.
Deorum sepulcra in Graecia I. 13. 99. sq.
Depellere et *dispellere* confusa I. 26. 213. sq.
Deprimi ἄχνρον pro *attolli* V. 17. 107.
Deputare non dixit Cic. in oratione soluta II. 26. 598. III.
Derivare, tralate V. 25. 155.
Descriptiones geometricae I. 17. 130.
Deserere et *relinquere* iuncta II. 14. 509.
Desino non dicit Cic. pro *desero* I. 23. 175.
Despicere res humanas III. 74. 7.
Deterrere, seq. *quo minus* I. 38. 311.
Deterrimus et *teterrimus* confusa I. 33. 280. I. 40. 331. sq.
Devitare mortem II. 16. 528.
Diagoras Rhodius I. 46. 380.
Dialectici dicuntur Stoici IV. 5. 275.
Dianae Orthiae ara II. 14. 511.
Dicaearchus I. 10. 74. I. 18. 140. I. 22. 169. I. 31. 262. IV. 34. 447.
Dici non potest, quin — V. 7. 40.
Dicere et *docere* confusa III. 17. 119. sq.
Dicere et *ducere* confusa I. 39. 324. I. 40. 407. IV. 31. 428. IV. 19. 370. IV. 28. 418.
Dicere aliquem *docere* i. e. artem oratoriam docere I. 4. 28. sq.
Dies deficiat V. 35. 223.
Dies, de longiore tempore III. 22. 159. III. 30. 218.
Differt pro *interest* II. 15. 512. T. III. p. 314.
Difficile probatu V. 1. 3.
Digladiari IV. 21. 374.
Dignoscere et *agnoscere* distinguuntur I. 24. 193.
Dii maiorum gentium I. 12. 99.
Diiudicare inter, singularis locutio I. 11. 81.
Dilabi et *elabi* confusa I. 11. 87.
Dilectus et *delectus* II. 11. 484. sq.
Diligere et *deligere* confusa V. 25. 153.
Dimidiatus mensis II. 16. 522.
Dimittere pro *amittere* rarum I. 6. 44.
Dinomachus V. 30. 182.
Dio V. 35. 217.
Diodorus V. 31. 187.
Diodotus Stoicus V. 39. 243. sq.
Diogenes *Cynicus* I. 43. 355. sq. IV, 3. 263. V. 32. 201.
Dionysius Hera*cl*eotes II. 24. 590. III. 9. 59.
Diogenes Laërtius tentatur IV. 7. 287.
Dionysius *Stoicus* II. 11. 484.
Dionysius tyrannus, maior V. 20. 116. eius uxores V. 20. 121.
Dionysius tyrannus, minor III. 12. 86. V. 34. 210.
Diremptus (Subst.) *ἅπαξ εἰρημένον* I. 29. 238. T. III. p. 289.
Discere Platoni est recordari I. 24. 188. sq.
Disciplina i. q. *σύστημα* I. 1. 6. i. q. *αἵρεσις* II. 6. 447.
Discludere locis I. 10. 74.
Disclusus I. 33. 270.
Discrepare sibi, *a se* et *cum se* IV. 13. 324.
Dispellere et *depellere* confusa I. 26. 213. sq.
Dispicere quid? I. 19. 151.
Disputare ad aliquid I. 4. 32.
Disputationes, non *Quaestiones* Tuscc. I. 1. 3. sq.
Dissentire et *dissidere* confusa. V. 4. 27. V. 29. 178.
Disserendi elegantia quid? II. 1. 428.
Dissipari i. q. evanescere I. 18. 143.

Dissolvere, fere i. q. refutare III. 30. 215.
Diuturnus et *diutinus* confusa. III. 30. 218.
Diversari frequens in libris pro *deversari* V. 8. 49. sq.
Divinitus pro *egregie* IV. 1. 252 sq.
Docere et *dare fabulam* dicitur. I. 1. 11. sq. IV. 29. 420.
Doctus et *studiosus* quid differant apud Cic. I. 3. 21.
Dolere et angi I. 13. 105.
Dolere i. q. *dolor* II. 18. 545.
Dolor alicuius rei II. 18. 546. sq.
Dolor productus i. q. longus III. 17. 122.
Dolorum faces II. 25. 594.
Domestica vitia I. 30. 242.
Domi alienae I. 22. 167. nostrae V. 39. 244.
Domu non plane insolitum I. 22. 167.
Domus Acc. plur. V. 4. 26.
Domus pro *domi* non dixit Cicero I. 22. 167.
Drusus, G. V. 38. 242.
Ducere et *dicere* confusa I. 39.
Ducere pro *adducere* II. 18. 545. 224. IV. 31. 428. V. 9. 61. V. 10. 63. V. 12. 73. V. 16. 97. V. 19. 115. V. 41. 265.
Ducere sermonem ab — II. 4. 433.
Ductus i. q. profectus, ortus V. 3. 17.
Dulciculus III. 19. 145.
Dum nonnunquam pro *dummodo* V. 5. 31.
Duo pro *duos* I. 37. 306. I. 46. 380.
Duodecim tabularum locus III. 5. 34. sq. IV. 2. 259. sq.
Duritia magis Ciceronianum, quam durities V. 26. 159.

E.

E et *ex* utrum differant? I. 21. 161.
Ebrietas et *ebriositas* differunt. IV. 12. 320.
Ebullire virtutes III. 18. 130.
Ecfari II. 17. 536.
Ecfeminatus pro *effeminatus* III. 17. 118.
Ecferre pro *efferre* vetus scriptio I. 17. 139. IV. 29. 422. IV. 32. 437.
Ecquid et *ecqui* confusa I. 8. 51. itemque *et quid*, ib. IV. 23. 387
Educere i. q. *eiicere* II. 11. 488. sq.
Effector I. 28. 234.
Effectus pro causa II. 4. 434.
Effeminare I. 40. 328.
Efferre se insolenter IV. 17. 355.
Efficere cum Acc. c. Inf. I. 31. 262.
Efficere pro *probari* I. 5. 58.
Effici pro *sequi* I. 8. 58. sequente *ut* — V. 38. 238.
Effigies et *imago* distinguuntur III. 2. 14.
Effingere explicatur I. 25. 202.
Efflare animam I. 9. 66.
Effutire V. 31. 191.
Egredi ex portu V. 2. 9.
Ei i. q. *ii* IV. 36. 462. sq.
Eicio, antiqua scriptio pro *eiicio* I. 18. 142. II. 27. 607.
Εἰδέα an *ἰδέα*? I. 24. 193.
Eidem pro *iidem* II. 27. 604.
Eiicere et *elicere* confusa II. 24. 583.
Elabi et *dilabi* confusa I. 11. 87.
Elamentabilis ἅπαξ εἰρημένον II. 24. 586.
Eleganter fere i. q. subtiliter I. 23. 182.
Elegantia disserendi quid? II. 2. 428.
Elementa quomodo Cicero significet I. 10. 77. sq. I. 17. 135. I. 18. 143. I. 27. 221. coll. p. 222.
Elicere sanguinem I. 48. 403.
Elidere nervos virtutis II. 11. 488. *stirpes aegritudinis* III. 34. 245. cf. 247.
Elidi aegritudine V. 6. 37.
Elogium I. 14. 110.
Elysius Terinaeus I. 48. 395.
Emittere et *mittere* distinguuntur I. 30. 252.
Emori I. 8. 54. sq. I. 41. 336. et 339.
Empedoclis sententia de animo I. 9. 63. sq.
Enallage numerorum III. 28. 205.
Ἐνδελέχεια an *ἐντελέχεια*? I. 10. 79. cf. I. 17. 138. sq. T. III. p. 353—358.
Ἓν διὰ δυοῖν I. 16. 129. III. 1. 4. III. 2. 17. III. 16. 115. III. 18. 129. III. 18. 134. V. 32. 202.
Endymion I. 38. 314.
Enecatus an *enectus* I. 5. 37. sq.
Enim, eius usus II. 24. 587. sq.
Enim in *βραχυλογία* positum I. 32. 265.
Enim, sono suppletur I. 8. 59.
Enim, respicit ad omissam sententiam II. 24. 589. III. 14. 94. III. 15. 101. V. 9. 58. paucis

vocibus interiectis repetitum IV. 17. 357.
Enim, ubi secundo et ubi tertio loco ponatur IV. 33. 442.
Enimvero, pes Jonicus a minore I. 44. 361.
Ennii epitaphium I. 15. 113. I. 49. 405.
Ennii versus ex Annalibus I. 20. 153. ex Andromacha I. 35. 288. III. 19. 134. sqq. ex Medea I. 20. 152. II. 1. 413. III. 26. 188. IV. 32. 440. sq. ex Thyeste III. 12. 79. ex Telamone III. 18. 124.
Ennius I. 12. 90 1. 12. 95. I. 44. 365. III. 3. 19. IV. 8. 298 sq. IV. 23. 387. IV. 33. 443.
Ennius maior natu quam Plautus et Naevius? I. 1. 12 sq.
Ἔννοιαι I. 24. 189.
Ἐντελέχεια I. 10. 78. sq. add. Excurs. ad h. l. cf. I. 26. 219. I. 17. 138. sq.
Enucleare V. 8. 52.
Eo et *eos* confusa I. 7. 47.
Eo quod pro *ideo quod* I. 37. 308.
Epaminondae elegi V. 17. 102.
Epaminondas I. 2. 18. I. 46. 377. I. 49. 404. II. 24. 589.
Ephesii V. 36. 227.
ἐφήμερον insectum I. 39. 325.
Ephori Lacedaemoniorum I. 42. 345.
Epicharmus Siculus I. 8. 53. sq.
Epicurei irridentur I. 21. 157. *plebeii philosophi* dicuntur I. 23. 181. III. 15. 107. V. 40. 254. (loco dubio).
Epicuri acumen III. 20. 146.
Epicurus I. 34. 276. II. 3. 430. II. 6. 447. II. 7. 451. 453. sq. II. 12. 490. sq. II. 19. 555. sq. III. 19. 135. sq. III. 31. 223. IV. 33. 442. V. 26. 158. sq. V. 31. 188. sq. V. 31. 192. V. 33. 203. V. 37. 236. T. III. p. 369.
Epicurus homo minime malus II. 19. 550. III. 21. 153.
Epigoni, Aeschyli tragoedia II. 35. 592. sq.
Epilogus rhetorum I. 47. 384. cf. I. 49. 410.
Epitaphius Platonis (Menexenus) V. 12. 75.
Equidem, eius usus apud Ciceronem V. 35. 216.
Equuleus V, 5. 31 et 35.
Erechtheus et eius filiae I. 48. 398. sq.
Eretricus philosophus V. 39. 245. sqq.
Ergo et *igitur* confusa I. 2. 15. I. 7. 50. IV. 7. 287.
Ergo est redeuntis ad propositum I. 2. 20.
Ergo post parenthesin I. 7. 50.
Errare malo cum Platone I. 17. 132.
Error operarum inveteratus per plures Edd. propagatus III. 18. 134.
Errores an *terrores?* I. 16. 119. sq. I. 21. 158.
— *ērunt* non *ēre* term. 3. pers. plur. Perf. apud Cic. II. 1. 420.
Erymanthius aper IV. 22. 384.
Escendere et *ascendere* saepe confusa I. 29. 240.
Escit III. 5. 35.
Esse ab aliqua disciplina II. 3. 429.
Esse in vitio III. 9. 61.
Esse in, cum Accusativo III. 13. 90. III. 18. 131. sq.
Esse parvulis intervallis repetitum III. 15. 103.
Est ante et post *enim* positum quid differat? I. 11. 80.
Est eleganter repetitum V. 7. 41.
Est fugiens pro *fugit* II. 1. 421. V. 9. 56.
Est ubi V. 8. 53.
Esto: concedentis I. 43. 351.
Et colligendi vim habet V. 4. 25.
Et cum Ellipsi positum I. 31. 257.
Et cum vi positum I. 38. 316. in ironica admiratione III. 21. 153.
Et — etiam in eadem propositione iuncta V. 4. 26.
Et enim IV. 17. 357.
Et et *sed* (*set*) confusa I. 8. 56.
Et in oppositione i. q. imo vero I. 34. 277. cf. V. 17. 101.
Et — nec V. 38. 243.
Et — que pro *et — et* I. 2. 18. III. 3. 18.
Et quidem III. 20. 151. III. 21. 153. V. 6. 35.
Et, utrum sit i. q. *etiam* I. 17. 133. III. 3. 18. III. 13. 91. III. 26. 186. IV. 4. 273. IV. 34. 450. IV. 35. 451. sq. V. 16. 99.
Et vero III. 6. 38.
Et iam et *etiam* confusa IV. 3. 268.

Etiam, in respondendo, i. q. ita, omnino V. 38. 239.
Etiam post eam vocem positum, ad quam pertinet III. 19. 136.
Etiam pro *adeo* III. 2. 16.
Evellere an *avellere?* IV. 11. 311. sq.
Evisceratus I. 44. 366. II. 9. 469.
Evitare vitam alicui I. 35. 289.
Euphemismus I. 43. 357. sq.
Euphorion III. 19. 141.
Euripidis versus a Cicerone conversi I. 16. 120. sqq. I. 48. 392. sqq. III. 14. 94. III. 25. 178. III. 28. 199. IV. 29. 420. sententia de animo I. 26. 218.
Europa I. 20. 153.
Eurypylus II. 16. 529.
Eurystheus II. 8. 461.
Eurota II. 15. 515.
Eurotas V. 34. 212.
Euthynous I. 48. 396.
Ex et *e* utrum differant? I. 21. 161.
Ex maiore parte res nominantur V. 8. 51.
Ex quo i. e. ex qua ratione IV. 12. 319.
Ex quo pro *ita ut* V. 6. 40. pro ita ut *inde* V. 25. 150.
Exacta aetate mori I. 39. 322.
Ἐξαγωγή, demigratio e vita I. 30. 251.
Examinatus explicatur I. 19. 147.
Exanclare I. 49. 408. sq. II. 8. 460. sq. T. III. p. 370. sqq.
Excandescentia Gr. *θύμωσις* IV. 9. 302.
Excessus vitae pro *excessus e vita* I. 12. 91. vel, cum vita exit. ib.
Excetra i. q. *ἔχιδνα* II. 9. 471. sq. T. III. p. 312.
Excitare cum Abl. sine Praepos. IV. 3. 264.
Excors unde dictum I. 9. 52.
Excutere I. 36. 300. opinionem I. 46. 353.
Exercitus homo II. 16. 529. conf. V. 1. 4. sq.
Exhalatio ἅπαξ εἰρημένον I. 19. 146.
Exigere, de tributo I. 39. 318.
Exire de potestate IV. 36. 462.
Expectorare, Ennii verbum IV. 8. 299. sq.
Expetere mortem I. 48. 400.
Expostulare, quid? V. 5. 33.
Expultrix V. 2. 10.
Exsequi I. 48. 394. (de funere.)
Exsorbuit II. 8. 462.
Exspectare, seq. *dum* II. 7. 451.
Exstat, absolute positum I. 16. 127.
Exstitit dicens defenditur IV. 3. 267.
Extabuit corpus II. 8. 463.
Externus et *exterus* differunt I. 15. 112.
Exisse ex potestate III. 5. 32.

F.

Fabius Pictor I. 2. 15. sq.
Fabricius I. 46. 378.
Fabula scenica quando primum Romae data sit? I. 1. 10. sqq.
Facere saepe alius verbi vices sustinet V. 32. 196.
Faces dolorum II. 25. 594.
Faciendi verbum alius verbi vices sustinet IV. 14. 333.
Facile patior I. 33. 271.
Famula fortunae virtus V. 2. 4.
Famularis vestis I. 48. 400.
Fartus II. 10. 478.
Fatorum numen I. 48. 396.
Fecimus, ut — disputaremus, circumlocutionis genus Ciceroni usitatum V. 4. 28.
Feminata virtus II. 9. 468.
Feminea manus II. 8. 465.
Fere, eius vocis significatio I. 11. 80. III. 30. 217.
Ferme, rarius est apud Ciceronem V. 38. 240.
Fertilitas barbara II. 15. 516. sqq. T. III. p. 314. sq. et Additamm.
Fibrae stirpium III. 34. 247.
Fictores nomina sua statuis insculpebant I. 15. 115. sq.
Fidentia, quid? IV. 37. 467.
Fidibus uti V. 39. 245.
Figura corporis quid? I. 24. 183.
Finiri i. q. mori I. 48. 396.
Finitus i. q. certus III. 25. 179.
Fit et *sit* confusa V. 28. 175. (et saepius).
Flabilis I. 27. 220. sq.
Flagitia dicere IV. 34. 451.
Fletus in funere vetitus II. 23. 581.
Fluctus et *flatus* confusa V. 6. 39.
Fodere an *fodicare!* II. 14. 508.
Fodicare an *foditare!* III. 16. 114.
Fons i. q. principium III. 34. 243.
Foramina, de sensibus dicta I. 20. 156.
Foris, singulari numero V. 20. 123.
Forma caeli nocturna I. 28. 228.

Formidines, quid? I. 16. 119.
Fors et *sors* confusa IV. 29. 422.
Fortes fortuna adiuvat II. 4. 435.
Forticulus, contemtim dictum II. 19. 555.
Fortis in perferendo II. 7. 455.
Fortitudinis definitio IV. 24. 391.
Fortuito et *fortuitu* I. 49. 407. IV. 38. 476.
Fortuna exigua intervenit sapienti V. 9. 59. sq.
Fortunae, plurali numero, pro fortuna V. 39. 253.
Fortunatum negotium explicatur. I. 35. 296.
Frangere aliquem *auctoritate* I. 21. 163.
Fraus quid? I. 30. 243.
Frendens leo II. 9. 471.
Frenum non *fraenum* III. 5. 32.
Frugalitas, quarta virtus III. 8. 54.
Frugum inventores I. 25. 207.
Frugi homines quid Graecis? III. 8. 50. cf. p. 53.
Frui officio III. 16. 109.
Fugere an *refugere?* I. 24. 186.
Fulmina et *flumina* confusa II. 27. 606.
Fundere, de versibus dictum I. 26. 212.
Fundere voces III. 18. 130. *sonos inanes* V. 26. 158.
Fungi, cum Accusativo casu III. 7. 48.
Furialis vestis II. 8. 462.
Futile quid? IV. 17. 351. sq.
Futurum exactum II. 11. 483.
Futurum tempus pro Imperativo I. 12. 89.
Futurum tempus in praeceptis philosophorum I. 14. 108. III. 7. 49.

G.

Galba orator I. 3. 21.
Ganymedes I. 26. 215. sq.
Ganymedi, casu Genitivo IV. 33. 444.
Gaudere decet, *laetari* non decet IV. 31. 434.
Geminus, Gn. Servilius I. 37. 306.
Genera partesque virtutum V. 25. 152.
Genera philosophorum, i. e. sectae V. 4. 27.
Genere non numero quid? V. 8. 51.
Genitivi duplices I. 12. 97. III. 18. 123. IV. 6. 285. IV. 13. 323. IV. 13. 331. IV. 17. 358.
Genitivi in — *ai* III. 26. 189.
Genitivus cum Participiis iunctus II. 24. 588.
Genitivus intellecto Substantivo, a quo pendet II. 27. 602. sq.
Genitivus Pluralis post *esse* V. 1. 4.
Geometria apud Graecos in honore I. 2. 20.
Gerundii an sit usus Passivus? I. 23. 176. I. 28. 232.
Gerundium cum Genitivo pro Accusativo V. 25. 151.
Gerundium pro Gerundivo V. 24. 145.
Gerundiva Ablativo casu cum *in* et absque *in* differunt I. 30. 242. sq.
Gigantum moles terrâ edita II. 8. 463.
Gignere de sexu femineo dictum I. 42. 350.
Gladiatores II. 17. 540.
Gladiatorius IV. 21. 377.
Glomerare II. 10. 482.
Gloriari in aliqua re I. 21. 161.
Gn. more antiquo scriptum pro *Cn.* III. 27. 126.
Gorgias Platonis dialogus V. 12. 73.
Gracchi, oratores I. 3. 22.
Gracchus, Ti. Sempronius I. 37. 307. IV. 23. 286.
Gracchus, C., III. 20. 149. 151.
Graece in Latino sermone non loquebatur Cicero I. 8. 54.
Graece nescire V. 40. 254. sq.
Graecia magna V. 4. 24.
Graecia pro *Graecis* ponitur I. 1. 8. sq.
Graecia verborum inops II. 15. 514. III. 5. 33.
Graeciae scriptores i. q. *Graeci scriptores* I. 13. 98.
Graecismus II. 7. 456.
Graecorum lingua copiosior Romanâ II. 15. 513.
Graecorum vocabulorum corruptio in libris MSS. III. 8. 49.
Graeculum negotium I. 35. 292.
Graia vis II. 8. 464.
Grammaticam profiteri II. 4. 438.
Grandiloquus V. 31. 193.
Grandis et *gravis* confusa I. 16. 120.
Gravedinosus IV. 12. 318.
Graves philosophi qui? III. 18. 125.
Gravitas corporis, in languore III. 1. 5.

Grunditus V. 40. 256.
Gymnici ludi II. 26. 595. sq.

H.

H et *N* literae confusae III. 17. 122. III. 19. 138.
Habeo et *aveo* confusa I. 8. 58. IV. 9. 305.
Habere in manibus V. 7. 42.
Habere in se I. 45. 376.
Habere i. q. admittere V. 13. 80.
Habere i. q. secum ferre I. 49. 410. IV. 36. 458.
Haec pro *hae* non videtur Ciceronis V. 30. 179.
Halicarnassus III. 30. 220.
Hanno V. 32. 196. sq.
Harmodius I. 49. 403.
Haud sciam urbanius, quam *haud scio* III. 23. 166. sq.
Haud scio an — II. 37. 543. III. 8. 50.
Haurire, de *calamitatibus* et *voluptatibus* dicitur I. 35. 295.
Haurire spiritus II. 8. 462.
Hector ab Achille curru religatus I. 44. 359.
Hector cum Aiace depugnaturus IV. 22. 380. apud Naevium IV. 31. 434.
Hectora, Hectorem I. 44. 361. sq.
Hectorem, media syllaba in arsi pedis Iambi I. 44. 360.
Hecuba III. 26. 188.
Hedychrus III. 19. 143. sqq.
Hegesias Cyrenaicus I. 34. 280.
Heraclides Ponticus Platonis auditor V. 3. 18.
Heraclitus V. 36. 227.
Hercules I. 12. 95. II. 7. 456. II. 8. 458. IV. 22. 383.
Herillus V. 30. 183.
Hermodorus V. 36. 227.
Herodotus I. 47. 385.
Hesiodus I. 40. 339.
Hexameter Ciceroni excidit IV. 14. 331.
Hi et *ii* confusa I. 3. 21. I. 5. 35. sq. I. 6. 41. I. 11. 85. I. 12. 98. I. 13. 101. I. 15. 114. I. 15. 117. I. 18. 144. I. 22. 164. I. 28. 233. I. 34. 265. II. 2. 425. II. 4. 437. II. 6. 450. II. 17. 541. III. 2. 17. III. 23. 167. 169. III. 28. 208. IV. 1. 251. 253. IV. 10. 308. V. 7. 40. sq. V. 9. 60. V. 16. 97. V. 20. 119. 121. V. 32. 195. V. 34. 208. V. 35. 217. V. 36. 226. V. 40. 256.
Hi et tales I. 29. 239.
Hic, ad potiorem, non ad propiorem, relatum I. 49. 405.
Hic et *is* rarius confusa IV. 17. 351.
Hierocles correctus IV. 7. 287.
Hieronymus Rhodius II. 6. 447. V. 30. 180. V. 31. 188 sq. V. 41. 262.
Hilaris et *hilarus* dixit Cicero I. 42. 345.
Hilum I. 5. 38. (*ne-hilum*).
Hippocentaurus I. 37. 309.
Hippodamea III. 12. 80.
Hippolytus μισόγυνος IV. 11. 317.
Historia i. q. rerum indagatio I. 45. 370.
Hoc age i. e. attentus esto I. 20. 155. cf. I. 38. 312.
Hoc melius pro *eo melius* I. 12. 90.
Homeri νεκυία I. 16. 122.
Homerus I. 41. 339. III. 27. 195. utrum caecus? V. 39. 251.
Homerus an Hesiodus antiquior? I. 1. 9. sq. Lycurgi temporibus V. 3. 15. sq.
Homerus de Ganymede I. 26. 215. 217.
Hominum et *omnium* confusa I. 13. 103. I. 14. 111. IV. 3. 265. IV. 20. 370.
Hominum vita i. q. homines III. 28. 204.
Homo frugi omnia recte facit IV. 16. 350.
Honoris sententia amplior quam *honorum* V. 8. 51.
Honos alit artes I. 2. 17.
Horrisonum fretum II. 10. 476.
Hortensius, liber Ciceronis I. 2. 422. III. 3. 22.
Hortensius, memoriâ insignis I. 24. 198.
Horum, honorum et *bonorum* confusa V. 31. 186. sq.
Humana humane ferre III. 16. 111. sq.
Humana vitia quid? I. 30. 241. sq.
Humane ferre morbos II. 27. 604.
Hunc post pro post hunc II. 6. 447.
Hydra i. q. ἔχιδνα II. 9. 472.
Hydraulus III. 18. 132. sq.
Hypanis fluvius I. 39. 324. sq.
Hyrcania I. 45. 370.

I.

Iacēre i. q. opprimi v. oppressum, plane afflictum debilitatumque esse II. 13. 501. sq.
Ibis V. 27. 169.
Ibycus Rheginus IV. 33. 446.
Iccirco, non *idcirco* I. 5. 39.
Id ad nomen femininum relatum I. 2. 20.
Id age i. e. attentus esto I. 20. 155. cf. I. 38. 312.
ἰδέα Platonis I. 24. 192. sq.
Idem, demonstrativo adiunctum II. 23. 580.
Iecur opimum II. 10. 478.
Igitur et *ergo* confusa I. 2. 15. I. 7. 50. IV. 7. 287.
Igitur, initio sermonis quando? I. 6. 42. I. 9. 61.
Igitur quarto loco positum I. 14. 111. I. 36. 303. quinto I. 34. 276. cf. II. 4. 5. tertio III. 10. 72.
Ignes i. q. aether et sidera I. 19. 146.
Ignoratio et *ignorantia* confusa I. 16. 119.
Ii et *hi* permutantur I. 3. 21. I. 5. 35. I. 5. 36. I. 6. 41. I. 11. 85. I. 12. 98. I. 13. 101. I. 15. 114. I. 15. 117. I. 18. 144. I. 22. 164. I. 28. 233. I. 34. 265. II. 2. 425. II. 4. 437. II. 6. 450. II. 17. 541. III. 2. 17. III. 23. 167. 169. III. 28. 208. IV. 1. 251. 253. IV. 10. 308. V. 7. 40. sq. V. 9. 60. V. 16. 97. V. 20. 119. 121. V. 32. 195. V. 35. 217. V. 36. 226. V. 40. 256.
Illa (sing. fem.) de pluribus V. 27. 168.
Ille, illa, personas dramatis significat I. 44. 359.
Ille, cum *quidem*, quasi *πλεοναστικῶς* positum I. 3. 23. sq. I. 11. 80. III. 5. 34. IV. 8. 295. IV. 13. 324.
Illiquefactus (est *ἅπαξ εἰρημένον*) IV. 9. 301.
Illuvies III. 12. 84.
Imo, non *immo* I. 7. 46.
Imperatorius labor II. 26. 597. sq.
Imperfecti vis singularis II. 18. 549.
Imperfectum et Perfectum iunguntur I. 30. 240.
Imperfectum Coniunctivi, ubi praesens exspectes I. 4. 31. (et vice versa II. 19. 553. IV. 31. 429. III. 1. 6.
Imperfectum Conj. ubi Plusqpf. exspectes I. 12. 92. sq. I. 37. 304. I. 37. 309. II. 13. 494. V. 13. 81.
Impingere III. 19. 137.
Impotens (sui) V. 20. 124.
Imprimi construitur ut *inscribi* I. 25. 202.
Imus quid apud Ciceronem I. 41. 342.
In alio saepe modo construitur, quamquem exspectes III. 11. 77.
In animum inducere et *animum inducere* differunt V. 10. 66.
In medio situs quid? V. 33. 205.
In ore esse I. 49. 403.
In ore et *more* confusa IV. 31. 429.
In perperam sequenti verbo adhaerens praecedente *m.* II. 4. 433.
In praesentia I. 7. 49. V. 35. 216.
In primis pro *in elementis* positum I. 7. 48.
In quos pro *in quorum laudem* I. 42. 346.
In sinu gaudere III. 21. 156. sq.
In studio esse II. 15. 516.
In viola, in rosa dicere V. 26. 156.
Incommodo suo maerere I. 13. 104. sq.
Incondite et *inconsiderate* distinguuntur I. 3. 23.
Incurvescere I. 28. 231. T. III. p. 288. (non *incurviscere*).
Indagatrix virtutis philosophia V. 2. 10.
Indefletus, vox Ciceroni non usitata I. 35. 293.
India V. 27. 165.
Indicativus post *sunt, qui* I. 9. 61. cf. III. 25. 178.
Indicativus in interrogatione obliqua I. 24. 183. sq.
Indigentia solus Cicero dixit IV. 7. 292. IV. 9. 303. 305.
Indignum est II. 5. 444.
Indignus calamitate IV. 20. 371. sq.
Indolentia III. 6. 40.
Inductio animi II. 13. 500.
Indutiae, non *induciae* IV. 35. 455.
Ineptiae aniles I. 39. 317.
Inesse in mente Ciceronianum est I. 19. 148. cf. V. 17. 105. sq.
Inexplebilis V. 6. 38.
Inflatus (subst.) II. 10. 480.

Infligere et *infigere* confusa II. 8. 464.
Infractio animi III. 7. 45.
Infuscare III. 12. 84.
Ingemiscere II. 9. 468.
Inhaerere aliquo loco II. 8. 462.
Inhonoratus III. 24. 171.
Initiatus I. 13. 100.
Iniussu I. 30. 251.
Ino, *Cadmi filia* I. 12. 97.
Inquinare unde ductum? I. 30. 242.
Inquit, de adversario intellecto I. 39. 318. sq. II. 12. 492. T. III. p. 295.
Insanitas III. 4. 27. sq. et 5. 30.
Insequi non potest iungi cum Dativo II. 27. 607.
Insinuare, addito et omisso *se*. V. 12. 72.
Insolertia vox nihili I. 21. 157.
Instans i. q. *ἐνεστώς*. IV. 6. 280. IV. 30. 425.
Instinctus caelestis I. 26. 212.
Institiones stellarum I. 25. 205. sq.
Insusurrare V. 36. 224.
Integrum est V. 7. 41; sequente *ut* V. 21. 131. sq.
Intelligi i. q. *cogitari* I. 16. 122.
Intentio corporis nonnullis est animus I. 10. 70.
Intersaeptus et *interceptus* confusa I. 20. 156.
Intoleranter dolere II. 9. 474.
Intueri in aliquid II. 13. 499. sq.
Inutilis i. q. perniciosus I. 46. 382.
Invidere et *invidia* explicatur III. 9. 63. sq.
Invitare ad se miseriam, an *inv. se ad mis.?* III. 30. 216. cf. III. 34. 243.
Iphigenia I. 48. 402.
Ipse, ad quid referendum? I. 23. 181. I. 30. 248. I. 34. 279. cf. I. 38. 314. I. 46. 382. II. 3. 429. sq. II. 4. 437. II. 21. 560. sq.
Ipse secum sc. aliquis. II. 22. 572.
Ira insaniae initium IV. 23. 383.
Ironia I. 31. 261. II. 7. 452.
Irretire II. 8. 462.
Is et *hic* rarius confusa IV. 17. 351.
Isidorus Hispalensis correctus I. 5. 36.
Isocrates I. 4. 28.
Istim III. 12. 81. sq.
Istuc quidem non *istud quidem* I. 8. 56.
Ita et *quum* sibi respondent IV. 38. 475.
Ita fit, ut — II. 6. 450.
Italicae mensae V. 35. 217.
Itaque pro *et ita* I. 30. 240.
Itera dum, quid? II. 19. 551. sq.
Iucunditas, non *iocunditas* V. 25. 155.
Iudicare et *indicare* confusa I. 47. 389. V. 20. 124. sqq.
Iudicare inter I. 11. 82. [cf. de Div. I. 50. 114.]
Iudicatio est vox a Cic. ficta IV. 11. 316.
Iugatus III. 8. 54.
Iugulum dare II. 14. 508.
Iunonis terror i. q. Iunonis ira II. 8. 461.
Iuppiter Olympius II. 17. 537.
Iure i. q. rei naturae convenienter III. 15. 102.
Ius est, c. Inf. Pass. I. 47. 387.
Ius nigrum Lacedaemoniorum V 34. 211.
Iuventas dea I. 26. 215.

K.

Καχία Ciceroni *vitiositas* IV. 15. 340.
Karthaginienses III. 22. 160.
Κατηγορήματα IV. 9. 304.
Κέντρον I. 17. 135.

L.

Labor quid? II. 15. 512. sq. T. III. p. 379.
Laborare, de luna dictum, quid? I. 38. 316.
Lacaenae mulieris fortiter dictum I. 42. 350.
Lacaenae virgines II. 15. 515.
Lacedaemonii fortes, dum Lycurgi leges vigebant I. 42. 349. T. III. p. 299.
Lacertorum tori II. 9. 471.
Lactare nunquam scripsit Cicero I. 26. 215.
Lacydes V. 37. 231.
Laelius orator I. 3. 21. I. 46. 378.
Laelius sapiens IV. 3. 263. V. 18. 110.
Laetans an *lactans malo alieno?* IV. 7. 291.
Laetari et *gaudere* differunt IV. 31. 434.

Laetificus i. q. laetus I. 28. 231. T. III. p. 288.
Laius apud Euripidem IV. 33. 444.
Lampsacus I. 43. 357.
Laomedon I. 26. 216. sq.
Lapsio, a Cic. fictum et ἅπαξ εἰρημένον IV. 13. 322.
Laqueata tecta I. 35. 288.
Latmus, Cariae mons I. 29. 315.
Laudatio mortis I. 48. 398.
Lautius et *latius* confusa I. 1. 8.
Lectus humidus II. 14. 505. sq.
Legati ab Alexandro V. 32. 199.
Lemnium furtum II. 10. 474. sq.
Lenis et *levis* confusa I. 38. 313. I. 40. 327. item *leniter* et *leviter* II. 21. 566. sq. IV. 22. 380. V. 26. 158.
Lenitas et *levitas* confusa IV. 22. 384.
Lenitudo et *lentitudo* IV. 19. 366. sq.
L. Lentulus III. 21. 155.
Leo Nemeaeus IV. 22. 384.
Leon, Phliasiorum princeps V. 3. 18.
Leonidae dictum I. 42. 347.
Leonidas I. 49. 404.
Lepidus, orator I. 3. 22.
Lerna II. 9. 471.
Lesbiaci libri Dicaearchi I. 31. 262.
Lessus II. 23. 581. T. III. p. 306. sq.
Leto potiri I. 48. 396.
Leucata IV. 18. 360. sq.
Λευκοθέα I. 12. 97. sq.
Leuctra I. 46. 378.
Leviculus V. 36. 224.
Lēvis, non *laevis* I. 11. 80. I. 18. 142.
Levis et *lenis* confusa I. 38. 313. I. 40. 326. sq. III. 28. 200. V. 26. 158. V. 31. 193. T. III. p. 296.
Lex Sempronia III. 20. 151.
Lex Varia II. 24. 585.
Liber deus I. 12. 96.
Liberaliter eruditi qui? II. 2. 428.
Liberûm pro *liberorum* III. 24. 173.
Libido et *lubido* non differunt IV. 25. 398.
Libya I. 20. 153.
Licet cum duobus Dativis I. 15. 112.
Licet seq. Acc. c. Infinitivo I. 38. 311.
Liquatae guttae II. 10. 483.
Liquescere mollitia II. 22. 576.
Litana silva I. 37. 306. sq.
Literae et *libri* confusa I. 1. 7.
Literae et syllabae dupliciter legendae figura altiore scriptae III. 22. 164. III. 25. 179. III. 34. 242.
Literarum origo I. 25. 205.
Λιτότης I. 46. 382.
Livius Andronicus I. 1. 11. T. III. p. 274.
Loci et *loqui* confusa III. 17. 118.
Locus i. q. caput V. 41. 266.
Λογικὰ Stoicorum IV. 14. 335.
Lucania I. 37. 306. sq.
Lucilii versus II. 17. 542. IV. 21. 377.
Lucilius Satirarum scriptor III. 15. 102.
Ludi quid? V. 35. 221.
Luna laborat, quid? I. 38. 316.
Lycon philosophus III. 32. 232.
Lycurgus I. 46. 377. II. 14. 510. V. 3. 15.
Λύπης Stoicorum etymon III. 25. 182.
Lyram recusare I. 2. 19. sq.
Lysimachus rex I. 43. 351. V. 40. 258.

M.

M. Marcus, an Magister? I. 1. 3.
Maeotis paludes V. 17. 102. sq.
Maerere suo incommode I. 13. 104. sq.
Magna Graecia I. 16. 128.
Magni refert, rarior locutio I. 33. 270.
Magno opere et *magnopere* V. 9. 54.
Magnum est pro *longum est* I. 49. 404.
Magorum mos I. 45. 369. sq.
Male audire, consulto ambigue dictum V. 40. 254.
Malevolus, non *malivolus*. III. 25. 180.
Malle cum coniunctivo sine conjunctione I. 6. 43.
Malo me mori Ciceronianum est II. 24. 589.
Malum et *miserum* quid differant? I. 5. 36.
Manare, de oratione dictum V. 13. 77.
Manare et *fundi*, μεταφορικῶς V. 25. 153.
Mandere et *mandare* confusa IV. 36. 461.
Manere i. q. non interire I. 11. 87
Mavia quid? III. 5. 33.

Marathonius taurus IV. 22. 384.
Marcellus, M. Claudius I. 37. 306. I. 46. 378. IV. 22. 381.
Marius II. 15. 514. II. 22. 576. sq. V. 19. 114.
Mathematici apud Graecos illustres I. 2. 20.
Maturatio Cicero non dixit I. 28. 226.
Matuta dea I. 12. 98.
Mausolus III. 31. 220.
Maximus, Q. Fabius, I. 46. 378. III. 28. 206.
Me ante vocalem in versu non elisum, sed correptum I. 8. 55.
Mediocris Graeco φαῦλος respondet I. 41. 338.
Mediocritas quid? IV. 20. 373.
Mediocritas officiorum III. 5. 37.
Mediocritates III. 10. 70. III. 31. 219.
Mediocriter docti II. 3. 429.
Meditatus, passiva significatione III. 14. 97.
Medius fidius I. 30. 252.
Medullae, plurali numero V. 9. 61.
Mehercule I. 11. 87. I. 17. 132. II. 7. 451. sq.
Melanippa, Attii fabula scenica III. 9. 63. sq.
Meno, non *Menon*, scribendum I. 24. 187.
Menoeceus I. 48. 401.
Mens, animi pars princeps. I. 27. 221.
Mercatus Olympiae V. 3. 20. sq.
Metellorum sepulcra I. 7. 47.
Metellus, cuius quattuor filii honoribus functi I. 35. 285. sqq. T. III. p. 294.
Metrodorus Scepsius I. 24. 197. sq. II. 3. 430. II. 6. 450. V. 9. 60. sq. V. 37. 236. T. III. p. 370.
Metus definitur IV. 37. 468. sq.
Midas I. 48. 390.
Migrare in caelum I. 34. 275.
Mihi crede frequentius Ciceroni, quam *crede mihi* I. 31. 255. II. 4. 434.
Miltiadis tropaea IV. 19. 368.
Ministrare pocula I. 26. 214. sq.
Ministratores V. 21. 130.
Minos I. 5. 38. I. 41. 338. II. 14. 509.
Mirari et *admirari* V. 28. 174.
Miserari et *misereri* differunt IV. 27. 408.
Miserum et *malum* quid differant? I. 5. 36.
Μισογύνης IV. 11. 313. T. III. p. 330.
Missio (captivi) I. 48. 390.
Mittere et *emittere* distinguuntur I. 30. 252.
Mitto et *omitto* confusa I. 34. 284.
Mitto saepius ponit Cic. in praeteritionibus, quam omitto I. 34. 284.
Modo i. q. nuper I. 39. 323.
Modorum ratio saepe pendet non a Grammatica, sed a scriptoris sententia III. 17. 117.
Modum terminare II. 19. 555.
Mollissimae cogitationes I. 40. 327. sq.
Mollitia, non *mollities* V. 1. 7.
Mollitudo III. 6. 42.
Momenta i. q. movendi leges I. 17. 135.
Monstra dicere IV. 24. 394.
Montivagus V. 27. 170.
Monumenta maiorum i. e. res gestae maiorum memorabiles IV. 3. 264.
Mora Lacedaemoniorum II. 16. 519. 521.
Moratus II. 4. 436.
Morbi definitio IV. 13. 323.
Morbos Graeci appellant animi perturbationes. III. 6. 43.
More et *in ore* confusa IV. 31. 429.
Mori i. q. moribundum esse I. 43. 357.
Morosus, quis? IV. 24. 395. sq.
Mors an malum? I. 5. 33. sqq.
Mors omnibus in vita bonis praestantior I. 31. 258 — 260.
Mors somni simillima I. 38. 313. coll. 316.
Morsus, de dolore animi dictum III. 34. 243. sq.
Morsus viperinus II. 7. 457.
Motus et *modus* confusa I. 10. 71.
Mulciber II. 10. 477.
Muliebris superstitio III. 29. 212.
Mulieres in India V. 27. 166. sq.
Mulierum luctus III. 26. 184.
Mulierositas i. q. φιλογύνεια IV. 11. 312.
Multimodis pro *multis modis* non est Ciceronis V. 38. 240.
Multiplicabilis ἅπαξ εἰρημένον II. 9. 473.

Multo ante Comparativum vocabulo interiecto V. 36. 227.
Munus i. q. *ἔργον* I. 45. 373.
Munus tueri V. 39. 245.
Musae, id est humanitas et doctrina V. 23. 142.
Musaeus I. 41. 339.
Musica, neutr. plur. V. 22. 134. sq.
Musicae artis existimatio apud Graecos I. 2. 18. et 20.
Mutum saxum II. 14. 106. sq.
Mysteria I. 13. 100.
Mytilenae non *Mitylenae* I. 31. 262.

N.

N et *H* literae confusae III. 17. 122. III. 19. 138.
N et *U* confusa V. 4. 26.
Nae saepe *ne* scriptum I. 30. 252. I. 42. 342. III. 4. 25.
Naevius I. 1. 12. sq. IV. 31. 434.
Nam, eius vocis usus IV. 23. 388.
Nam quod aiunt IV. 26. 405.
Nasci ex aliquo I. 22. 173.
Nasica Corculum dictus I. 9. 62.
Nasturcium V. 34. 214.
Natura communis parens V. 13. 78.
Naturae bona prima V. 30. 181.
Naturae de Elementis dictum I. 27. 221. I. 27. 222.
Naturalis amor IV. 35. 456.
Navita II. 10. 477.
Ne, an pro *ne-quidem* dicatur? I. 29. 238.
Ne et *non* confusa I. 8. 60.
Ne et *ve* confusa I. 25. 199. sq.
Ne pro *etiamsi non* IV. 17. 355.
Ne pro *nae* saepe scriptum I. 30. 252.
— *ne* verbo adhaerens saepe est i. q. *nonne* II. 26. 596. V. 12. 75. V. 21. 131.
Neapolitani I. 35. 291.
Nec i. q. etiam non I. 29. 238.
Nec-et I. 4. 29. V. 35. 223.
Nec-nec-que-et-et. I. 29. 239.
Nec ne in interrogatione directa III. 18. 127.
Nec ne: Post has voces repetitur verbum antecedens II. 12. 493.
Nec opinatus, passivo sensu III. 13. 91.
Nec pro *ne-quidem* II. 13. 500.
Nec-quidem III. 10. 68. IV. 38. 478.
Necessitas, dea. III. 25. 279. sq.
Ne-hilum i. q. nihil I. 5. 38.
Νεκρομαντεῖα et *νεκυομαντεῖα* I. 16. 122. sqq.
Nectar I. 26. 214.
Νεκυία Homeri I. 16. 122.
Nemeaeus, non *Nemaeus*, nec *Nemeus* II. 9. 471.
Nemo, cum substantivo V. 22. 135. sq.
Nempe, cum irrisione dictum III. 21. 152. V. 5. 30.
Neoptolemus II. 1. 413.
Neptunius II. 27. 608.
Neptunus I. 46. 377.
Neque pro *neque vero* I. 24. 194.
Nequicquam i. q. frustra, poëticum III. 25. 179.
Nequitiae *ἔτυμον* III. 8. 57. sq.
Nervos virtutis elidere II. 11. 488.
Nescio qui et *quis*, *quod* et *quid* I. 21. 162.
Nescio quo modo, explicatur I. 11. 87.
Nestor. V. 3. 16.
Neutrum post duo Feminina I. 24. 185. sq. post tria III. 4. 24.
Neutrum Pronominis ad Infinitivum Verbi relatum I. 11. 85.
Nicocreon, Cypri rex II. 22. 573.
Nidor quid? III. 12. 83.
Nihil agere II. 25. 594.
Nihil ad substantivum masculinum relatum I. 2. 20. sq. (pro *nemo*).
Nihil hominis dicitur Alcib. a Socrate III. 32. 231.
Nihil i. q. in nulla re I. 32. 264. sq.
Nihil i. q. nemo III. 10. 69.
Nihil i. q. nullius momenti II. 13. 498.
Nihil nisi Ciceronianum pro *nihil quam*. I. 24. 188.
Nihil ut pro *ut nihil* V. 20. 123.
Nimirum i. q. noli mirari I. 22. 169. III. 33. 235.
Nimium, Adverbialiter positum I. 46. 381.
Nioba III. 26. 187. sq.
Niptra, Sophoclis Tragoedia II. 21. 565. 570.
Nitescere, de caelo dictum I. 28. 230. sq.
Nives moliri I. 28. 228. sq.
Nobilior, M. Fulvius I. 2. 14.
Non et *nonne* in interrogationibus differunt I. 8. 59.
Non item, in oppositione IV. 14. 332; omisso *item* ibid.

Non modo ipse pro *non modo non ipse* I. 38. 312.
Non modo nihil — sed ne-quidem I. 23. 182.
Non modo (non) — sed ne-quidem I. 36. 297. sq. IV. 19. 365. IV. 38. 477. sq.
Non modo — sed non — II. 5. 444. sq.
Non necesse est omnia sc. persequi III. 18. 126.
Non potest sc. *fieri* IV. 18. 361.
Non quo pro *non quod* II. 26. 601. III. 22. 164. IV. 38. 477.
Non — sed pro *non modo — sed etiam* V. 6. 37.
Non solum — sed — (om. *etiam*) III. 20. 147. cf. V. 9. 60.
Non ullus et *nonnullus* confusa I. 39. 322. (leg. ibi in contextis *non ullis*).
Non usquam et *nusquam* confusa V. 9. 56.
Nonius Marcellus correctus I. 16. 129.
Nonne, in oratione obliqua V. 12. 73.
Nosce te, Apollinis praeceptum I. 22. 170.
Νοσήματα IV. 10. 308.
Notio involuta quid? IV. 24. 394.
Nudum relinquere aliquid V. 5. 33.
Nullum esse pro *non esse* I. 22. 169. I. 36. 298.
Nullus unus IV. 4. 269. 270.
Numa rex an Pythagoreus? IV. 1. 256. 257.
Numen fatorum I. 48. 396.
Numerare in malis V. 10. 65.
Numerus quidam animus I. 17. 137. sq.
Numne rarum apud Ciceronem I. 32. 263.
Num quid est causae, quin I. 32. 265.
Nunc, post propositionem conditionalem I. 8. 52. III. 1. 7. et 8.
Nunc autem IV. 24. 394.
Nunquam quicquam II. 12. 493.
Nuper, addita accuratiore temporis notatione I. 4. 31.

O.

Ob pro *ad* III. 18. 124. sq.
Obducere pro *ebibere* I. 40. 331. T. III. p. 366.
Obiicitur animo metus II. 4. 434.
Obliquae orationis transitus in rectam I. 32. 266. sq. IV. 19. 365.
Obruere i. e. obscurare II. 1. 419. sq.
Obsonare V. 34. 210.
Obtemperantia Latinum non est. IV. 13. 327.
Obtinere, in litibus dicitur pro *vincere* I. 12. 89. V. 30. 183.
Obtineri I. 12. 89.
Obtinet mos, non bene dicitur V. 40. 260. sq.
Obtundere quid?
Obtutus II. 9. 473.
Occultius i. q. *ἐσωτερικῶς* IV. 2. 257.
Occumbere mortem I. 42. 350. (*morte, morti* ib.)
Occurrere, de cogitationibus I. 21. 163.
Octavius, Gn. V. 19. 113.
Oeneus II. 8. 461.
Oenomaus III. 12. 80.
Officere V. 32. 201. sq.
Oileus III. 29. 209.
Olympionicae I. 46. 381.
Olympiorum victoria II. 17. 539.
Omitto et *mitto* confusa I. 34. 284.
Omni laude et laetitia I. 48. 394.
Omni luce, poët. pro *quotidie* III. 27. 195.
Omnino et *animo* permutantur IV. 17. 353. cf. p. 356.
Omnis pro *plane* I. 11. 87.
Omnium et *hominum* confusa I. 13. 103. I. 14. 111. IV. 3. 265.
Ὁμοιόπτωτον II. 7. 452. II. 24. 589.
Ὁμοιοτέλευτον in versibus I. 35. 289. I. 28. 230.
Opinatus, passiva significatione III. 23. 167. III. 24. 175. sq. III. 30. 220. IV. 6. 279.
Opinio et *opinatio* confusa IV. 7. 289. IV. 11. 315.
Opinio mali III. 29. 212.
Opinionem excutere I. 46. 383.
Opinor, urbane ponit Cicero etiam quum non dubitat V. 30. 179.
Oppetere malam pestem II. 16. 527.
Oppositio, sine particula adversativa I. 34. 278.
Oppositiones amat Cicero IV. 11. 310.
Optabilis cum significatione optionis I. 49. 404.
Optare et *docere* sibi invicem opposita. II. 13. 495.

Opus et *munus* iunguntur I. 28. 234.
Orae i. q. zonae I. 19. 149. I. 28. 223. de sedibus defunctorum I. 41. 336.
Oratio et *ratio* confusa I. 45. 375. I. 46. 384. II. 4. 436. III. 25. 180. III. 31. 227. III. 33. 237. IV. 5. 274. 277. IV. 19. 363. IV. 31. 426.
Orationis obliquae transitus in rectam I. 32. 266. sq.
Oratorem irasci non decet IV. 25. 397.
Oratoria laus Romanorum I. 3. 25. sq. T. III. p. 275.
Oratorum laus II. 2. 423.
Ore edere ploratum II. 9. 467.
Orestes Euripidis IV. 29. 420.
Origines, liber M. Catonis I. 2. 13. sq. IV. 2. 257.
Orirentur, non *orerentur* I. 10. 78.
Orpheus I. 41. 339.
Oculari I. 38. 316.

P.

Pace tua V. 5. 30.
Pacideianus IV. 21. 377. sq.
Pacuvii versus I. 44. 362. II. 21. 565 — 570.
Paedores III. 26. 184.
Palamedes I. 41. 340.
Palliolum philosophorum Graecorum III. 23. 169.
Pampini I. 28. 231.
Panaetius I. 18. 143. a Platone dissentiens I. 32. 267. sq. I. 33. 279. IV. 2. 260. sq. V. 37. 232.
Pangere et *pingere* confusa I. 15. 113.
Paratus, absolute positum IV. 23. 388.
Parĕre i. q. invenire IV. 2. 262.
Parēre utilitati alicuius I. 28. 233.
Parere et *patere* confusa I. 28. 233.
Parēre et *obedire* iungit Cicero V. 12. 76.
παρηχήσεις amat Cicero IV. 17. 354.
παρήχησις I. 43. 355. IV. 32. 411. V. 12. 75.
Parietinae III. 22. 161. sq.
Paronomasia I. 40. 327. III. 19. 138. III. 27. 190. sq. IV. 31. 435. et 436.
Parrhasius I. 2. 16.
Parta et *parata* et *ex parte* confusa I. 25. 208.
Partes i. q. species IV. 6. 279.
Participii usus paullo insolentior I. 38. 311.
Participii et Adiectivi eiusdem, variatis casibus, repetitio I. 45. 372.
Participium fut. pass. de eo, quod fieri potest. I. 1. 9.
Parum metuere, utrum recte dicatur? V. 14. 86. sq.
Parumper V. 24. 144.
Parvitas et *pravitas* confusa IV. 323.
Patet an Cic. dixerit pro *manifestum est?* I. 23. 179.
Πάθη Cic. convertit *perturbationes* III. 4. 24. sq. IV. 5. 276. IV. 6. 278.
Patibilis activa et passiva significatione IV. 23. 385.
Patrius, non *patritus?* I. 19. 150. T. III. p. 283.
Patrocles an *Patrocle*? II. 16. 526. sq.
Patrocles an *Patroclus*? II. 17. 532.
Paucis ante diebus I. 29. 239.
Paucis, omisso *verbis*, dixerunt Comici I. 46. 382.
Paucis philosophandum II. 1. 413. sq.
Paullo, non *paulo* I. 42. 342. sq.
Paullum et *paullulum* confusa V. 8. 53.
Paullum, non *paulum* V. 8. 47.
Paullus, L. Aemilius, I. 37. 306. I. 46. 378. III. 28. 207. V. 40. 259.
Pedetentim II. 21. 565.
Pellere ineptias I. 39. 317.
Pelops II. 27. 608. III. 12. 80.
Pendere animis et *animi* I. 40. 329. IV. 16. 346.
Per, cum tmesi, adiectivis et participiis praepositum IV. 16. 350.
Per et *prae* confusa III. 14. 98.
Per et *pro* confusa I. 12. 97. I. 19. 145. II. 2. 423.
Peragrare et *peregrinari* confusa V. 34. 209. V. 39. 250.
Percipere et *perspicere* confusa I. 20. 156. sq.
Percussus et *perculsus* confusa III. 29. 212.
Perfecti philosophi II. 5. 439. T. III. p. 308.
Perfecti Conjunctivi usus I. 11. 81.

Perfricare os, quid? III. 18. 127.
Perinde et *proinde* confusa I. 36. 295. sq. I. 39. 324. III. 26. 185. V. 2. 12. sq.
Perinde quasi I. 36. 295. sq.
Peripatetici II. 3. 431. III. 10. 69. III. 31. 223. IV. 21. 374. V. 11. 69. balbutire dicuntur V. 26. 160.
Peripateticorum ratio reprehensa IV. 17. 354. 18. 360. sqq. 19. 361. sqq. IV. 3. 265.
Perlabi rarum ap. Ciceronem. I. 12. 95.
Perleviter an *perleniter?* III. 25. 184.
Permanare i. q. penetrare II. 18. 545. sq.
Perminutus II. 13. 497. (*ἅπαξ εἰρημένον.*)
Pernoctare in nive II. 17. 538.
Perpetuitas i. q. constantia V. 10. 68.
Persae quomodo mortuos condant I. 45. 369.
Persarum rex cur *magnus* dictus V. 12. 74. cf. V. 32. 202.
Persequi et *prosequi* confusa IV. 3. 264.
Perses pro *Persa* I. 42. 349. III. 22. 160.
Perses pro *Perseus* V. 40. 259.
Perspecta et *perfecta* confusa. V. 1. 3.
Perspicere et *percipere* confusa I. 20. 156. sq.
Pertinacia et *pervicacia* differunt IV. 11. 316.
Perturbationes quattuor III. 11. 73.
Perturbatum domicilium quid? I. 24. 194.
Pervellere II. 20. 256.
Pestes i. q. *interitus* II. 9. 467.
Pestis i. q. *interitus* II. 17. 531.
Pestis textilis II. 8. 463.
Petessere II. 26. 596.
Phalaridis taurus II. 7. 452. 454. V. 26. 161.
Pherecrates Phthiota I. 10. 75.
Pherecydes Syrius I. 16. 126. sq.
Phidias I. 15. 115.
Philippus (Macedo) V. 14. 88.
Philitia (non *phiditia*) Lacedaemoniorum V. 34. 210.
Philo II. 3. 432. II. 11. 484. sq. V. 37. 232.
Philocteta II. 7. 455. II. 14. 505.
Philoctetaeus II. 23. 580.
Φιλογύνεια Ciceroni *mulierositas* IV. 11. 313.
Philosophia vitae dux V. 2. 9. sq. vitae parens V. 2. 13. antiquissima est, sed nomen recens V. 3. 14. V. 3. 20. eius partes tres V. 24. 145. V. 25. 152. sq.
Philosophia vitae magistra II. 6. 449. animi medicina III. 1. 4. III. 3. 20.
Philosophia inventum deorum I. 26. 213.
Philosophicae an *philosophae*, an *philosophiae* scriptiones? V. 41. 266. sq.
Philosophorum vita mortis commentatio I. 30. 253.
Philosophorum vita non semper convenit orationi II. 4. 438. de summo bono sententiae IV. 29. 418.
Phliasii V. 3. 18. sq.
Phlius V. 3. 18.
Pingere et *pangere* confusa I. 15. 113. T. III. p. 280.
Pinnata cauda II. 10. 479.
Piso Frugi III. 8. 53. III. 20. 150.
Pituita quid? IV. 10. 307.
Placatissima quies I. 41. 335.
Plato I. 10. 71. et 77. I. 17. 130. I. 26. 213. II. 3. 429. sq. IV. 5. 277. IV. 25. 398. IV. 34. 446. V. 10. 66. V. 23. 137. V. 37. 236. V. 41. 264.
Plato poëtas e sua re publica eiecit II. 11. 488. sq.
Platonica animi in tres partes distinctio I. 33. 269.
Platonicorum de stellis erraticis sententia I. 25. 209.
Platonicorum de morte voluntaria sententia I. 30. 250. sq.
Platonis apud Ciceronem auctoritas I. 17. 132. I. 21. 163.
Platonis epistola V. 35. 217.
Platonis locus ex Apologia I. 41. 334. sqq.
Platonis locus ex Phaedro I. 23. 174. sqq.
Platonis Meno laudatur I. 24. 187. Phaedo I. 43. 353. I. 24. 189. Timaeus I. 25. 210.
Platonis Phaedo s. de anima liber I. 11. 86. sq.
Plautus I. 1. 12. sq.
Plebeii philosophi I. 23. 181. (Epicurei).

Plenum carmen quid? I. 26. 212.
Ploratus virginales II. 9. 467.
Plumbeus I. 29. 237.
Plurali pro singulari invidiose positus. I. 2. 14. irridendo inservit. III. 18. 131.
Pluralis numerus abstractorum III. 18. 131. III. 24. 173. IV. 6. 286. V. 6. 38. V. 39. 248.
Plus et *magis* quando promiscue poni possint III. 29. 214.
Plusquamperf. Indicativi, ubi Conjunctivum exspectes III. 22. 164.
Pocula ministrare I. 25. 215.
Poeniens pro *puniens* III. 27. 192.
Poenire IV. 9. 301.
Poeniri Deponens I. 44. 365.
Poenitet, eius constructio, V. 28. 173. sq.
Pol III. 19. 137.
Polemo V. 10. 65. V. 13. 82. V. 31. 187. V. 37. 237.
Polycletus an *Polygnotus?* I. 2. 16. sq. T. III. p. 274. sq.
Polyphemus V. 39. 253.
Πολυσύνδετον IV. 12. 321.
Pomeridianus et *postmeridianus* III. 3. 23.
Pompeius, Ciceronis familiaris I. 35. 291. eius fortuna adversa I. 35. 293. sq. II. 25. 593. III. 27. 196.
Ponderum pressus II. 23. 579. sq.
Ponere i. q. Graecum *τιθέναι* I. 4. 32. III. 22. 163. *librum* pro *deponere e manibus* I. 11. 87.
Ponere dolorem III. 28. 198.
Ponere nomen III. 5. 29.
Pontifices Romae privati IV. 23. 386.
Pontificium ius I. 12. 91.
Ponti ostium I. 20. 152.
Porro neque *at* neque *et* praepositum habet I. 13. 102.
Posidonius II. 25. 593. V. 37. 232.
Possum pro *possem* I. 34. 279. II. 19. 554.
Potest esse, non *esse potest* V. 10. 64.
Potiri, cum Accusativo I. 37. 310.
Potis est II. 16. 528.
Prae et *pro* confusa I. 25. 207. I. 27. 221. I. 30. 245. II. 2. 423.
Praebibere alicui I. 40. 332. T. III. p. 296.
Praecordia quid? I. 10. 74. I. 40. 332.
Praecipua v. *producta* Stoicorum V. 16. 97. sq.
Praemeditatus, passiva significatione III. 15. 103.
Praemolestia ἄπαξ εἰρημένον IV. 30. 425.
Praepositio ante Relativum intellecta, nec vero posita I. 39. 317. et 326. I. 46. 383.
Praepositiones ad verba composita repetitae V. 23. 138. III. 2. 10. in rerum personarumque diversitate repetitae III. 4. 28. postpositae IV. 17. 354. V. 23. 142.
Praesens *ἀορίστως* positum II. 1. 417.
Praesens, deorum *ἐπίθετον* I. 12. 96.
Praesens pro futuro I. 41. 334. sq.
Praesens tempus antecedente Imperfecto I. 21. 163.
Praesentem esse et *adesse* differunt IV. 7. 288.
Praesertim si, quando ponatur III. 17. 122.
Praestare explicatur III. 16. 113.
Praestare i. q. *vadimonium sistere*. V. 10. 65.
Praestituta dies I. 39. 317. sq.
Praesto esse, de auxilio dictum II. 21. 562.
Praeter ceteros non est *ceteris exclusis* I. 47. 329.
Premere pro *urgere* I. 7. 48. cf. I. 36. 299.
Priamus I. 85. 286. sq. I. 39. 321.
Primum, non sequente *deinde* I. 24. 187. V. 40. 258.
Primus homo i. e. primarius I. 33. 280.
Pro et *per* confusa I. 12. 97. I. 19. 145. I. 36. 295.
Proclive labi IV. 18. 362. sq.
Proelium, non *praelium* I. 37. 305.
Profligare, quid? V. 6. 36.
Profugium non habet sedem certam. II. 27. 606.
Proinde et *perinde* confusa I. 36. 295. I. 39. 354.
Prometheus Caucaso affixus II. 10. 475. Aeschyli III. 31. 226. V. 3. 16. sq.
Pronomen person. omissum in Constr. Acc. c. Inf. II. 17. 538.
Pronomina conjungere amat Cic. I. 43. 354.
Pronum quid? I. 18. 143.
Pronuntiatum i. q. *ἀξίωμα* I. 7. 48. sq.
Propinare I. 40. 331.

Propius abesse I. 12. 90.
Propositio quid Ciceroni? III. 18. 123.
Proprius numerus quid? II. 11. 485. sq.
Propter et *prope* confusa I. 43. 356.
Propugnare pro — V. 27. 171.
Prosequi et *persequi* confusa IV. 3 264.
Proverbium Graecorum I. 18. 141.
Providere et *praevidere* I. 30. 245.
Provocatio ad populum iam sub regibus IV. 1. 252.
Prudentia pro *philosophia* positum I. 4. 29.
Psychomantium I. 48. 395.
Ptolemaeus V. 34. 208.
Pubescere I. 28. 231.
Publice alere T. III. p. 304.
Pudens et *prudens* confusa II. 21. 570.
Pudet, omisso *me*. I. 25. 200.
Puer i. q. servus V. 39. 247.
Pugiles II. 17. 538.
Pugnare cum deo, proverbialis locutio III. 25. 180.
Pulmonum spiritus II. 8. 462.
Pulpamentum, an *pulmentum?* V. 32. 198.
Pulvinaria deorum IV. 2. 260.
Puncta i. q. suffragia II. 26. 597.
Purpurati I. 43. 352.
Pusio I. 24. 187.
Puteolani I. 35. 292.
Putescere, *putiscere*, putrescere I. 43. 352.
Pyrrho II. 6. 447. V. 30. 183. T. III. p. 369.
Pythagorae animus numerus I. 10. 72. I. 17. 130. sq. I. 25. 204.
Pythagoras IV. 1. 254. sq. IV. 5. 276. IV. 19. 369. IV. 25. 398. V. 3. 18. V. 4. 24. V. 10. 66. V. 23. 143.
Pythagorei IV. 1. 256. IV. 2. 261. V. 39. 245.

Q.

Quaestio animorum i. q. quaestio de animis I. 11. 83.
Qualecunque est I. 34. 278.
Quam quantus III. 24. 173.
Quam — quot — quanti — qui (i. q. quales) IV. 2. 262.
Quamquam cum conjunctivo V. 30. 184. sq. V. 33. 206.
Quamvis licet IV. 24. 393.
Quamvis i. q. quantumvis I. 21. 157.
Quanto opere III. 3. 22. V. 22. 132.
Quasi Pythius Apollo, proverbialis locutio I. 9. 60.
Quasi quidam III. 2. 11. IV. 11. 310. V. 13. 77.
Quasi vero, formula ironica. I. 22. 164.
Quassus (Subst.) II. 21. 569
Quatuor anni tempestates quomodo a Cic. significentur? I. 28. 128.
Quatuor principiorum genera, vulgo elementa I. 10. 77. sq.
— *que* continuandi vim habet III. 3. 19. III. 3. 21.
— *que* disiunctiva significatione positum III. 2. 16. I. 2. 16. sq. collectiva significatione (quod nos dicimus kurz) I. 34. 277. sq. I. 43. 358.
— *que* non primo, sed alteri verbo adiunctum V. 25. 155. V. 41. 266.
— *que* post negationem intendit sententiam V. 18. 109.
— *que* praepositionibus monosyllabis additum V. 28. 174. sq.
— *que* pro *et quidem* vel *quoque* IV. 13. 330. sq. IV. 37. 473.
Qui a et *quia* confusa III. 16. 114. sq.
Qui causali significatione I. 18. 141. V. 19. 114.
Qui — idem IV. 36. 462.
Qui pro *aliqui* (nom. sing.) II. 27. 607.
Quia et *quoniam* quid differant? I. 8. 57.
Quicquam, non *quidquam* I. 7. 47.
Quid causae — III. 1. 2.
Quid ergo? III. 18. 123. differt a *Quid? ergo.* III. 20. 146.
Quid est causae, quin — V. 11. 69.
Quid et *qualis* distinguuntur I. 22. 169.
Quid sit, quod — V. 25. 152.
Quidam, Adiectivo appositum II. 4. 435. sq. IV. 28. 416.
Quidam, excusat vocem minus propriam II. 6. 448.
Quidam excusat vocem rariorem V. 12. 72.
Quidam quasi, saepius *quasi quidam* II. 4. 435.
Quidem certe, iuncta V. 20. 123.
Quidem post nomina propria i. q. exempli causa I. 22. 169. I. 48. 398. II. 6. 450. V. 37. 237. V. 38. 241.
Quis pro *aliquis*, praecedente *ut* I. 3. 24.
Quis encliticum IV. 16. 346.
Quo — cunque per τμῆσιν scriptum II. 5. 446.
Quo si et *quasi* confusa I. 24. 188.

Quod, conjunctio, post duo vocabula posita V. 37. 238.
Quod quisque pro *quisque, quod* IV. 4. 269.
Quod, varia sententiâ cum Conjunctivo et Indicativo positum III. 16. 110. sq.
Quodam modo et *quodammodo* confusa I. 24. 195.
Quoniam et *quia* quid differant? I. 8. 57.
Quoniam, in breviloquentia III. 7. 44.
Quorsus, quando ponatur? I. 25. 198.
Quotus quisque i. e. *πολλοστός* II. 4. 436.
Quum — et quum — quumque V. 39. 244.
Quum pro *quamvis* III. 2. 16.
Quum saepe alias, tum nuper IV. 4. 270.
Quum — tum I. 16. 128 sq. I. 25. 208. sq. III. 13. 13. V. 10. 62. V. 14. 87. et 89. V. 24. 146.

R.

Radicitus excutere opinionem I. 46. 383. extrahere vitia II. 5. 443.
Ratio et *oratio* confusa I. 45. 374. sq. I. 46. 384. II. 4. 436. III. 23. 164. sq. III. 25. 180. III. 31. 227. III. 33. 237. IV. 5. 274. et 277. IV. 19. 363. IV. 31. 426. V. 37. 235.
Ratio et *oratio* iuncta IV. 17. 354.
Ratio i. q. animus philosophia excultus II. 4. 435.
Ratio i. q. *μέθοδος* I. 1. 6. i. q. *λογισμός* I. 45. 374. sq.
Ratione et via i. e. methodice II. 2. 428.
Ratiunculas concludere II. 12. 491.
Re — ad plura verba deinceps positum I. 1. 5.
Re succumbere II. 12. 494.
— *re* terminatio, pro —*ris* I. 39. 318. V. 11. 69.
Rebus i. q. factis I. 48. 397.
Recedere et *recidere* confusa V. 4. 25.
Receptaculum cum Gen. Gerundii V. 40. 259.
Receptui canere III. 15. 106.
Recessus i. q. *συστολή*. IV. 7. 289.
Recipere pro *se recipere* I. 44. 367.
Recusare lyram I. 2. 19 sq.
Refellere et refelli II. 2. 426. sq.
Refercire II. 2. 427.
Refert et *res fert* confusa I. 46. 379.
Reflare I. 49. 409.
Refugere an *fugere*? I. 24. 186.
Reiicienda, ἀπροηγμένα II. 12. 494.
Relativa constructio in demonstrativam transit V. 3. 19.
Relativa constructio in demonstrativam vel positivam transiens I. 44. 363.
Relativum ad sequens nomen, quod ad genus, relatum I. 1. 7. IV. 10. 307.
Relativum pronomen non ab initio positum III. 15. 103. III. 18. 126.
Religione consecratus I. 14. 111.
Remanere i. e. non interire I. 12. 88. sq.
Remigare IV. 4. 273.
Remigrare I. 49. 407. V. 21. 132.
Remis propellere orationem IV. 5. 275.
Remissio i. q. abiectio. II. 23. 579. sq.
Repens et *recens* confusa III. 14. 95.
Repetitio verbi eiusdem, post distinctionem minorem III. 31. 220. post parenthesin V. 27. 161.
Repulsam ferre V. 19. 111. sq.
Rescribere cantus an *describere*? IV. 2. 258. sq.
Resonare III. 2. 15.
Respondere pro satisfacere II. 13. 501.
Retractare et *retardare* confusa I. 31. 257.
Retractatio explicatur V. 29. 177.
Reverens et *revertens* confusa I. 30. 248. sqq. T. III. p. 291.
Revocare ad — III. 18. 132.
Revocare et *sevocare* confusa I. 16. 126.
Revolvi eodem I. 6. 44.
Rhadamanthus I. 5. 38. I. 41. 338.
Rhetorum epilogus I. 47. 384. *praecepta* II. 3. 432.
Rhodus II. 25. 593.
Risum captare II. 7. 451.
Rivalitas ἅπαξ εἰρημένον. IV. 25. 400.
Romani Graecis cupidius quam verius a Cic. praeferuntur I. 1. 8. I. 2. 17.
Romanorum de literis sententia I. 26. 211.
Rota, tormenti genus. V. 9. 55. sq.
Rudentibus apta fortuna V. 14. 84.
Rupilius, P. IV. 17. 357. sq.
Rursum et *sursum* confusa I. 17. 136.
Rusticanus vir II. 22. 576.

S.

S litera in versibus elisa I. 15. 115. et extra versum I. 22. 167.
Saecula i. q. hominum aetates I. 17. 129.

Saeptus μεταφορικῶς positum, addito eadem sententia *munitus* V. 14. 85. sq. addito *vestitus* V. 23. 138.
Salamis I. 46. 377.
Saltatio Jonica voluptaria III. 18. 129.
Samnites gladiatores II. 17. 542.
Sanguinem adulare II. 10. 480.
Sanguis decolor II. 8. 462. sq.
Sanguis falsus an *salsus?* T. III. p. 281. 358. sqq.
Sanie delibutus I. 44. 364.
Sapiente et *sapienti*, Ablativi, quid differant? IV. 25. 399.
Sapientia, σοφία, quid veteribus? I. 1. 6. etiam de artibus et opificum operibus. ib.
Sapientiae definitio IV. 26. 403.
Sapientiae, numero Plurali III. 18. 131.
Sapientiae studium i. q. philosophia IV. 3. 263.
Sardanapalus V. 35. 218. sq.
Satisfacere, in re gladiatoria II. 17. 540. sq.
Satus i. q. *sementis* II. 5. 443.
Scatĕre I. 28. 231.
Scepsius Metrodorus I. 24. 197. sq.
Scholae quid sint? I. 4. 31. cf. 33.
Scientiae copia an *scientia, copia?* I. 4. 27.
Scipio, Afric. minor. IV. 3. 263.
Scipio Nasica pont. max. IV. 23. 385.
Scipiones, Gn. et *P.* I. 37. 306. I. 46. 378.
Scipionum sepulcra I. 7. 47.
Scribendi compendia in his libris errorum causae frequentissimae V. 17. 107. (et plurimis locis aliis.)
Scruposus et *scrupulosus* confusa IV. 14. 336. sq. T. III. p. 331.
Scutella III. 19. 145.
Scythicum tegimen V. 32. 197.
Se ipsum audire i. q. sibi constare V. 10. 68.
Se omissum in constr. Acc. c. Inf. II. 17. 538.
Seclum et *seculum* I. 14. 107.
Sectionis anatomicae significatio I. 20. 154.
Secum loqui V. 40. 257.
Secundo populo i. e. favente populo II. 1. 421.
Sed correctioni inservit II. 14. 503. sq.
Sed (*set*) et *et* confusa I. 8. 56.
Seges i. q. solum II. 5. 441.
Segregare pro *separare, disjungere* frequens Ciceroni I. 27. 223.
Semela Liberi mater I. 12. 96.
Semina virtutum innata III. 1. 8.
Semper-iudicium (uno vocabulo) non est Ciceronis I. 1. 7.
Sententia ea est, ut — V. 41. 262. sq.
Sentire et *censere* differunt I. 42. 343. I. 45. 371. sq.
Sentire i. q. olfacere IV. 24. 395.
Sepelire dolorem II. 13. 502. sq. T. III. p. 313.
Septemdecim I. 35. 286.
Septem Graeciae sapientes V. 3. 15.
Septenarii versus qui? I. 44. 364. T. III. p. 303.
Sepulcra, non *sepulchra* I. 7. 47. I. 12. 92.
Sepulcra deorum in Graecia I. 13. 99. sq.
Sepulcrorum caerimoniae I. 12. 91.
Sepultura et *humatio* differunt I. 43. 352.
Serere rem publicam, leges, I. 14. 108. sq.
Serpit ardor, quid? II. 9. 470.
Serrae stridor V. 40. 256.
Servare i. q. observare II. 9. 473.
Serviliorum sepulcra I. 7. 47.
Servilius Geminus, Gn. I. 37. 306.
Servire gloriae V. 3. 23.
Servire posteritati I. 15. 118.
Servius Tullius Ciceronis gentilis? I. 16. 128.
Sese ipse an Cic. dixerit? I. 28. 224.
Sevocare et *revocare* confusa I. 16. 126.
Si cum Futuro Exacto post Futura I. 43. 357. 354. (h. l. post Imperativum).
Si iam pro *etiamsi* IV. 35. 454.
Si pro *quoniam quidem* I. 3. 25.
Si quae (non *qua*) *pars* V. 8. 51.
Si quaeris III. 29. 213.
Si quando, quasi *παρένθετος* positum III. 7. 46.
Si qui pro *ii, qui* I. 2. 15.
Si qui pro *si qua ratione* II. 16. 528.
Si quid et *si aliquid* differunt I. 3. 25.
Si quid accidisset, de morte dictum I. 43. 357. sq.
Si usus fuerit IV. 3. 263.
Sic et *sit* iuxta posita se invicem extrudunt I. 25. 199.
Siccitas quid? V. 34. 215.
Sicyonii III. 22. 161.
Silenus a Mida captus I. 48. 390.
Silice natus III. 6. 38.
Simile i. q. *ὁμοίωσις* II. 5. 442.
Similis cum, non dicitur V. 19. 111.

Similis-et ut Graecum *ὅμοιος καὶ* V. 3. 20.
Similiter facere, ut — IV. 18. 360.
Simonides memoriâ insignis I. 24. 196.
Simonidis epigramma I. 42. 346.
Simul ut i. q. *simul ac* IV. 2. 262.
Sin autem III. 9. 62. 83.
Sin pro *deinde si* V. 40. 258.
Singulatim, non *sigillatim* V. 33. 204.
Sisyphus I. 5. 38. I. 41. 340.
Sitienter et *scienter* confusa IV. 17. 351. [Illud videlicet apud Cic. *ἅπαξ εἰρημένον*.]
Situs (Subst.) quid? III. 12. 63.
Sive — sin I. 41. 335.
Socrates coram iudicibus I. 29. 239. I. 40. 334. sqq.
Socrates philosophiae princeps V. 16. 98.
Socrates philosophiam e caelo devocavit V. 4. 26.
Socrates III. 32. 231. IV. 3. 265. IV. 37. 469. sq. V. 4. 24. V. 9. 59. V. 10. 66. V. 32. 199. V. 34. 209. V. 41. 263. sq.
Socratica ratio Ciceroni i. q. *Academica* I. 4. 33. I. 42. 343.
Socratici II. 3. 430.
Solivagae animantes V. 13. 80.
Solon I. 46. 377. I. 49. 405. sq.
Solstitialis dies I. 39. 336.
Somnus morti similis I. 38. 313. coll. 316.
Sonos inanes fundere V. 26. 158.
Sophoclis Trachiniae II. 8. 459. Aiax Locrus III. 29. 210.
Sors et *fors* confusa IV. 29. 422.
Spartiatae I. 43. 351. [nunquam *Spartani* apud Ciceronem ib.] eorum pueri ad aram verberibus accepti II. 14. 510. sq. V. 27. 164. sq.
Species i. q. imago I. 15. 115. v. visum, *φαντασία* IV. 6. 281.
Specimen naturae, quid? I. 14. 110.
Spem sui reponere in se ipso V. 12. 76. sq.
Sperare et *spirare* confusa I. 39. 319.
Spes explorata V. 9. 61.
Speusippus V. 10. 65. V. 13. 82. V. 31. 187.
Sphaerus, philosophus Stoicus. IV. 24. 392.
Spinae partiendi et definiendi IV. 5. 274.
Spinosum dicendi genus I. 8. 57.
Spiritabilis vox nihili I. 17. 137. I. 29. 236.
Spiritalis vox cadentis Latinitatis I. 17. 137. I. 18. 14.
Statius in Synephebis I. 14. 106. 108.
Statu motus III. 7. 48.
Statum sacrificium I. 47. 386. *sq.*
Status et *statutus* confusa I. 47. 386. sq.
Status quid? III. 33. 235.
Stellae septem i. q. ursa minor I. 28. 228. sq.
Stellarum institiones I. 25. 205. sq.
Stellatus, eius vocis usus singularis V. 3. 17.
Stirpium fibrae III. 34. 247.
Stobaeus correctus I. 10. 72.
Stoici IV. 3. 265. IV. 5. 274. IV. 6. 278. IV. 10. 308. IV. 12. 318. IV. 16. 350.
Stoici neminem sapientem esse dicebant III. 28. 201. sq.
Stoicorum de anima sententia I. 31. 263. *παράδοξον* III. 5. 30. IV. 24. 394. IV. 25. 400.
Stoicorum laquei V. 27. 161.
Stomachus pro *ira* IV. 24. 391.
Structurae abruptio memorabilis III. 8. 49.
Studiose i. q. cupide III. 21. 153.
Studiosus a *docto* quid differat apud Cic. I. 3. 21.
Subducere cibum II. 17. 537.
Subiectus sub metum IV. 7. 290. V. 1. 4. (*sub casus.*)
Sublime Adverbium I. 43. 352. II. 10. 478.
Sublime ferri I. 17. 137.
Sublimus pro *sublimis* II. 7. 457.
Substantivum post pron. rel. repetitum V. 1. 2.
Substantivum pro Verbo I. 22. 169.
Suboles, non *soboles* II. 10. 476.
Subvolare ἅπαξ εἰρημένον, *subvolitare* inauditum I. 17. 136.
Succussus II. 21. 566.
Sugere errorem III. 1. 8.
Sui i. q. cognati V. 10. 63.
Sui similis i. e. non mutatus I. 19. 145.
Sumenda, Stoicorum *προηγμένα* V. 27. 261.
Sumere in manus II. 3. 430.
Sunt, qui cum Indic. et Coniunctivo, quid differant? III. 31. 222. 225.
Suopte nutu I. 17. 135.
Supera infera I. 26. 214.
Superbiloquentia, vox poetica IV. 16. 347.

Superbus i. q. Tarquinius Sup. I. 16. 128.
Superior locus i. q. suggestum I. 49. 404.
Superiores qui? I. 25. 207.
Suppeditare i. q. *suppetere* V. 37. 234.
Surdaster, ἅπαξ εἰρημένον V. 40. 254.
Sursum et *rursum* confusa I. 17. 136.
Suscipere aegritudines III. 29. 211.
Suspicere astra I. 25. 208.
Suscipere (*defendendum* sc.) I. 32. 266.
Sustinere posse i. q. parem esse V. 9. 54.
Suum cuique pulcrum V. 22. 135.
Suus et *proprius* iunguntur I. 45. 375.
Susurrus V. 36. 224.
Σύγχυσις V. 5. 32.
Συνίζησις III. 13. 92. sq.
Σύνεσις I. 42. 349. II. 4. 434.
Syracusiae mensae V. 35. 217.
Syria II. 25. 593.
Syria et *Assyria* saepe non distinguuntur V. 35. 218. sq.
Syrius Pherecydes I. 16. 126. sq.

T.

T et *C* confusa V. 4. 26.
Tabellis obsignatis agere cum aliquo. V. 11. 69.
Tabificus IV. 16. 348.
Tale an Cicero pro *idem* dixerit? I. 24. 192. sq.
Tanquam, in comparatione V. 5. 32.
Tantalus I. 5. 37. III. 12. 80. IV. 16. 346. sq.
Tanti non est II. 27. 609.
Tantillum, cum gestu manuum elatum II. 24. 589.
Tantisper V. 7. 44.
Tantisper — dum III. 27. 193.
Tantulum II. 27. 606.
Tantum abest ab eo, defensum I. 31. 258.
Tantum abest, ut —, ut etiam II. 2. 423.
Tantum modo et *tantummodo* differunt III. 23. 166.
Tardior (sc. ingenio) I. 33. 271.
Tarquinius regno expulsus I. 36. 303. III. 12. 80. V. 37. 237.
Tartarea plaga II. 9. 472.
Tecta caelata, laqueata I. 35. 288.
Tegere et *regere* confusa V. 4. 28.
Tegimen, an *tegmen*? V. 32. 197.
Tecta caelata. laqueata I. 35. 288.
Telamo, non *Telamon* III. 18. 124. III. 24. 173. sq. III. 29. 209.
Temperatio et *temperantia* confusa I. 10. 77.
Temperatio i. q. vulgo dicunt *temperatura* I. 28. 227.
Tempestiva ad moriendum quid? I. 45. 373.
Templum I. 21. 161.
Tempora non sententiae, sed formae enuntiati accommodata I. 4. 31.
Temporibus remissa, utrum Dat. an Abl.? I. 1. 5.
Temporis causa, quid? IV. 4. 271. sq.
Temporum consecutio dubia IV. 11. 310.
Tenebricus ἅπαξ εἰρημένον II. 9. 472.
Tenere et *tueri* confusa II. 27. 603.
Tenere, seq. *ut* et Acc. c. Inf. I. 42. 343. V. 11. 71.
Terentii versus III. 14. 98. III. 27. 192. sq. IV. 35. 455.
Tergiversari III. 18. 127.
Terinaeus Elysius I. 48. 394. sq.
Terminare modum II. 19. 555.
Terminatur vita I. 15. 112.
Terminum mali anquirere II. 10. 482.
Terra in medio mundo sita I. 17. 134. sq.
Terror i. q. ἐκπλήξις IV. 8. 298.
Terrores an *errores?* I. 16. 119. sq. I. 21. 158. T. III. p. 284.
Tertia persona, ubi secundam exspectes I. 39. 319. I. 38. 311. sq. III. 16. 113.
Tete pro *te* II. 26. 599.
Teterrimus et *deterrimus* confusa I. 33. 280. I. 40. 331.
Teucer V. 37. 235.
Textilis pestis II. 8. 463.
Theatrum i. e. spectatores I. 44. 363. II. 26. 602.
Themistocles I. 2. 19. I. 15. 112. I. 46. 377. IV. 19. 368. IV. 25. 398.
Theodectes memoriâ insignis I. 24. 196.
Theodorus Cyrenaeus I. 43. 351. V. 40. 258.
Theophrastus I. 19. 150. III. 10. 67. III. 28. 203. V. 9. 54. et 57. V. 30. 183. V. 37. 231.
Theramenes I. 40. 330. et 334.
Thermopylae I. 42. 346.
Theseus III. 14. 96. III. 24. 174. IV. 22. 384.
Thyestes I. 44. 366. III. 12. 79. sq. III. 18. 123. IV. 36. 459.
Timon μισάνθρωπος IV. 11. 315. 317.
Θύμωσις Ciceroni *excandescentia* IV. 9. 302.
Timotheus Atheniensis V. 35. 215.

Tiresias augur V. 39. 253.
Titanum suboles II. 10. 476.
Titillare Gr. *γαργαλίζειν* III. 20. 148.
Toleranter et *tolerabiliter ferre* III. 23. 165. sq.
Tollere an *tolerare* aegritudinem? IV. 27. 410. sq.
Tormina II. 19. 555.
Torminosus IV. 12. 318.
Torquatus IV. 22. 380.
Totidem verbis V. 41. 262.
Toto pectore, proverbialis locutio II. 24. 587.
Trabeae Comici versus IV. 15. 345. IV. 31. 435.
Tragoedias efficere IV. 34. 450.
Tranquillitas animi IV. 5. 277.
Tribuere pro *distribuere* II. 21. 560.
Triceps canis II. 9. 472.
Tripertito dividere bona V. 13. 83.
Triptolemus I. 41. 338.
Troilus, Priami filius I. 39. 321.
Trophonius I. 47. 388.
Trudere ad mortem I. 29. 240.
Tu et *tum* videntur confusa I. 6. 43.
Tubero, Q. IV. 2. 261.
Tuditanus, M., consul I. 1. 12.
Tueri Cicero non dixit pro *intueri* I. 20. 153. eius verbi usus V. 25. 154.
Tum — alias — tum — alias IV. 16. 349. sq.
Tum — tum plerumque falsum I. 16. 128. sq. I. 25. 208. sq. suo loco positum IV. 15. 343. V. 26. 159.
Tumor animi III. 12. 85. III. 31. 226.
Tumores animi IV. 29. 424.
Tunc et *tum* confusa I. 30. 251.
Tune II. 20. 256.
Turpilii, poëtae comici, versus IV. 34. 448.
Tusculanae cur dicantur dispp.? I. 1. 4.
Tusculanarum disputationum ratio singularis I. 4. 31.
Tyndaridae adiutores victoriae I. 12. 96. sq.
Tyrus urbs III. 27. 197.

U.

U et *n* confusa V. 4. 27.
Ubi — quid IV. 19. 369.
Ulceris aestus II. 7. 457.
Ulcus et *vulnus* confusa II. 21. 568. sq.
Ulixes II. 21. 565. sq. (casu Vocativo) V. 3. 16.
Ulixi (Genitivus) I. 41. 340.
Ulli et *illi* confusa I. 1. 9.
Umbratilis vita II. 11. 488.
Unâ (Adv.) Ciceroni restitutum I. 22. 166.
Ungulis et *unguiculis* confusa II. 24. 584. sq.
Unus augendo Superlativo auditur I. 12. 90. III. 2. 13. III. 16. 111.
Unus omnium cum Superlativo II. 26. 600.
Unus e multis I. 9. 60.
Urgere, urguere I. 43. 353. II. 23. 580.
Uri in montibus II. 17. 538.
Usque eo in Epiphonemate III. 12. 86.
Usu venire et *usu evenire* I. 30. 246. sq.
Usura vitae I. 39. 317.
Usus fert II. 16. 533. sq.
Ut coniunctio non in principio posita II. 4. 437. III. 18. 123.
Ut, c. conj., in interrogatione II. 18. 544.
Ut consecutivum I. 42. 345.
Ut et *ut ne* pro constr. Acc. c. Inf. I. 32. 267. III. 3. 19.
Ut — item V. 3. 22.
Ut ne III. 14. 95.
Ut est captus hominum II. 27. 604.
Ut pro *etiamsi* I. 8. 58. I. 21. 162. et 163. I. 39. 322. sq.
Uti pro *ut* I. 31. 260.
Ut pro *utpote, quippe*, in iudicio de homine. I. 8. 53. sq.
Ut quidquid V. 34. 213.
Ut — sic contra V. 6. 38.
Ut ubi Acc. c. Inf. exspectes III. 31. 219.
Utrum — ne — an — IV. 4. 273. IV. 27. 409. sq.
Utut Ciceronianum non est V. 26. 157.

V.

Vacare populo II. 26. 600.
Vadere in carcerem, et *in scyphum* I. 40. 334.
Variata oratio IV. 6. 286. structura IV. 10. 309. IV. 11. 314.
Vas animi est corpus I. 22. 171.
Vas et *praes*, qui? V. 22. 133.
Vastificus ἅπαξ εἰρημένον II. 9. 472.
— ve et *ne* confusa I. 25. 199. sq.
Vecors unde dictum I. 9. 62. II. 8. 461.
Veientes III. 12. 87.
Vel ut et *velut* confusa II. 21. 563.
Vela facere IV. 4. 273.
Vela orationis pandere IV. 5. 274. cf. IV. 14. 337.

Velis passis I. 49. 409.
Velis remisque III. 11. 79.
Velle aliquid sc. dicere II. 18. 544.
Vellem — possemus V. 7. 46.
Vellus aureum I. 20. 152.
Velut Ciceroni non i. q. *quasi* I. 30. 242. exemplo afferendo inservit II. 1. 416.
Venae viscerum II. 7. 457.
Venditatio quid? II. 26. 600. sq.
Venire ad summum II. 2. 424.
Venusia I. 37. 306.
Verborum explicationes amat Cicero V. 3. 23.
Verbum e verbo III. 4. 24. sq.
Verbum idem repetitum III. 13. 88.
Vero affirmandi vim habet I. 11. 86. et 87. II. 11. 483. sq. fortius affirmat I. 32. 266. I. 43. 353. II. 5. 440. V. 6. 35.
Vereor, ut — II. 20. 557.
Versari, usus huius verbi rarior IV. 18. 362.
Versura I. 42. 345.
Versus senarius Ciceroni excidit II. 14. 511. II. 15. 515.
Verum, utrum Adiectivum an Coniunctio? I. 46. 376. T. III. p. 367.
Verum visere non dicitur I. 19. 149.
Verus i. q. iustus III. 27. 189. III. 29. 213.
Vide, nè II. 21. 562.
Vide, ne — quid significet? I. 34. 278. II. 18. 548.
Videlicet pro manifesto II. 4. 436.
Videre et *cernere* distincta I. 20. 153.
Videre et *visere* confusa I. 19. 149.
Videre i. q. penitus perspicere I. 25. 209.
Videri cum Acc. c. Inf. V. 5. 29. cf. p. 50.
Videsne pro *nonne vides* II. 11. 483.
Viduus me ipso II. 10. 481.
Vigere, Verbum Ciceroni frequens I. 27. 222
Vigere in ore Cicero non dixit I. 49. 403.
Vincla et *vincula* I. 30. 252.
Vinctio Ciceronianum non est I. 29. 238.
Viperinus morsus II. 7. 457.
Virtus a *viro* appellata II. 18. 549. cf. IV. 15. 339.
Virtutes quatuor, quas dicunt, cardinales II. 13. 500. sq. III. 8. 54. sq.
Visio quid? II. 18. 546.
Vita cedere I. 15. 117.
Vita humana mors est I. 21. 256.
Vitam evitare I. 35. 289.
Vitia atque flagitia I. 30. 242.
Vitia humana I. 30. 241. domestica I. 30. 242.
Vitio esse pro *in vitio esse* IV. 31. 429.
Vitium quid? IV. 13. 327.
Vivere cum aliquo sc. familiariter I. 33. 279.
Vivere de plantis dictum I. 24. 186.
Volo me haberi, constructio Ciceroni frequens I. 41. 337. II. 3. 428. II. 4. 439. cf. II. 24. 589. II. 26. 602. III. 2. 16. III. 3. 20. III. 27. 190. (*volo me esse*) IV. 27. 406. V. 23. 142.
Voluptarii philosophi, gravibus oppositi III. 18. 125.
Voluptas et *voluntas* confusa II. 22. 575. III. 2. 17. IV. 6. 281. IV. 28. 413. IV. 31. 432.
Vulcania arma II. 14. 508.
Vulgo, explicatur I. 9. 68. cum verbo I. 35. 292.
Vulneris vis II. 7. 458.
Vulnus alligare II. 17. 535.

X.

Xanthippe III. 15. 100.
Xenocrates V. 10. 65. V. 13. 82. V. 31. 187. V. 32. 199. V. 37. 231.
Xenocratis de anima sententia I. 10. 71. sq.
Xenophon Socraticus II. 26. 597. V. 34. 214.
Xerxes V. 7. 44. sq.

Z.

Zeno II. 6. 447. II. 12. 492. II. 25. 593. IV. 6. 378. V. 9. 61.
Zeno Citieus V. 12. 72.
Zeno Eleates II. 22. 572. sq.
Zeno *senex acriculus* III. 17. 121.
Zenobius bis emendatus I. 48. 393.
Zenoni Stoico animus ignis videbatur I. 9. 67.
Zeugma I. 25. 203. I. 40. 333. sq.
Ζηλοτυπία, non *zelotypia* apud Cic. scribendum IV. 8. 295.
Zodiacum quomodo significet Cicero I. 28. 227.
Zonas quomodo significet Cicero I. 28. 228. I. 19. 149.
Zopyrus IV. 37. 470.

Hannoverae, typis fratrum Jaenecke.

CORRIGENDA.

T. I.

P. 18 l. 5 ab ult. Graeciae.
— 27 l. 22 - - Tbn. (et sic etiam p. 30.)
— 30 l. 23 - - ἐκδεδωκότες.
— 40 l. 4 - - post Dav. adde verba: *pleni libri sunt.* (haec enim est lectio librorum, qui post abest enumerantur).
— 60 l. 10 existimabit.
— 61 l. 17 διαχωρισμὸς (in hac litera saepius a typotheta peccatum est. v. c. p. 71. 553. T. II. p. 5. 277.
— 67 l. paenult. inclusam.
— 73 l. 15 volebat.
— 82 l. 1 annot. Alteri.
— 84 l. 12 ab ult. post Crat. adde: *Si aër animus est.*
— 107 l. 19 ab ult. post Reg. adde: Gud. 1. 2.
— 107 l. 13 - - pro An. leg. Tbn.
— 128 l. 17 - - Hostii.
— 139 l. 12 - - Klotzius.
— 142 l. 9 - - † (i. e. *vel*).
— 143 l. 23 - - corpora
— 145 l. 18 - - quos.
— 150 l. 18 - - dele verba: *ut ap. Dem.*
— 167 l. 20 in Ed. 2.
— 191 l. 16 ab ult. cur (non cui).
— 208 l. 2 (in textu *quum*).
— 240 l. 7 ab ult. Pfanneri.
— 263 l. 2 (in textu) cornicibus.
— 264 l. 20 post Gud. 1. adde *Reg.*
— 280 l. 19 ab ult. potitum.
— 282 l. 5 et 6 ab ult. non sunt versus.
— 294 med. del. *in* ante *morbo.*
— 298 l. 14 ab ult *caremus.*
— 322 l. 1 et 2 (in textu) *non ullis.*
— 336 l. 9 leg. *mori pro emori.*
— 343 l. 15: *ad m a l l e m.*
— 352 l. 6 ab ult. accidat.
— 417 l. 7 - - porrigitur.
— 457 l. 4 (in textu) *salsis.*
— 469 l. 3 (in textu) caelestum.
— 500 l. 3 ab ult. del. *plane.*
— 504 l. 15 - - post *esse te* adde: pro *te esse.*
— 519 l. 9 ab ult. vides.
— 526 l. 1 in textu Patrocles.
— 532 Quinque ultimas huius paginae lineas (*T. Baden — viri est*) repone post quartam pag. sequentis (post v. *humanum*).
— 532 l. 31 post *Gebhardi* repone dist. maj.
— 541 l. 13 ab ult. *ad* necem.
— 578 l. 3 (in textu) ignavus.
— 582 l. 21 post *tuae* [?] pone).
— 601 l. 16 ab ult. *sit* non erat literis inclinatis exscribendum.
— 609 l. 24 ab ult. post *coniectura* adde: "*Gebh.*

T. II.

P. 20 l. 16 post *abstinere* add. *Ciceronem.*
— 26 l. 20 ab ult. 1730 (pro 1830).
P. 42 l. 4 ab ult. etiam*si.*
— 56 l. 3 - - post *tueri* add. *existimo.*
— 70 l. 16 nostr*is.*
— 90 l. 7 ab ult. ven*isse.*
— 96 l. 13: Ernestus: „ut —
— 96 l. 14: Dav." lin. seq. Euripides."
— 98 l. 8 *damna,* (non;).
— 118 l. 9 *eius* — person*ae.*
— 118 l. 14 ab ult. del. *quae.*
— 118 l. 5 post *idoneam* add. Bouh.
— 162 l. 6 horr*or.*
— 199 l. 16 ab ult. sensum (pro *pensum*).
— 201 l. 8 *est* (pro *eat*).
— 208 l. 17 ab ult. parc*amus.*
— 216 l. 11 et 12 tota linea, inde ab *ipsi ad mis.* usque ad *recte* perperam repetita est.
— 218 l. ult. posterior*em.*
— 230 l. 11 sq. pend*et.*
— 230 l. 17 ab ult. del. punctum post *praemisit.*
— 278 l. 21 ab ult. *commotio* (pro *perturbatio*).
— 278 l. 3 ab ult. οὗ σα).
— 280 l. ult. ante *quod* excid*erunt* verba: Da isius correxit *illecta.*
— 284 l. 5 *pro* (non *p.* 10.)
— 292 l. 22 *et* (pro *ut*).
— 311 med. *haec* (pro *hac*)
— 314 sq. μισάνθρωπος.
— 331 l. ult. *etiam* literis inclinatis fuit exscribendum.
— 335 l. 13 ij (i. e. 2.) non y.
— 357 med. post *hanc esse* add. *dicit.*
— 361. - larg*am.*
— 411 l. 13 ab ult. post *explicat* add. Or*ellius.*
— 430 l. 13 bis scribendum *qua* pro *quo.*
— 431 l. 3 ab ult. fer*at.*
— 435 l. 3 digit*o.*
— 463 l. 16 ab ult. post *habere ait* leg. *Verburg. defervescat.*
— 473 l. 20: *lectionem.*

T. III.

P. 16 med. Crat*es.*
— 55 l. 16 verbum *scripsit* literis inclinatis fuit exscribendum.
— 69 l. 3 (in textu) prob*atur.*
— 77 l. 4 ante *ad* add. *haec.*
— 150 l. 4 (in textu) compl*eatur.*
— 162 l. 14 ab ult. Kühner*o.*
— 164 (in textu) dele interrogandi signa post *virtus* et *cedet,* eorumque loco repone colon et punctum. Post *turpe* et *boni* exclamandi signa pone.
— 192 med. *ista* (pro *isti*).
— 211 l. 20 ab ult. post *suspicamur* add. *sanguine.*
— 239 l. 22 pro *t.* leg. *l.*
— 251 l. 2 *eius.*
— 260 med. *Eum* vero.
— 271 med. *suum* (pro *summum*).
— 265 (in textu) dele distinctionem post *ea.*
— 272 l. 1. plures*que* memoraram.

Alia eaque leviora lectores ipsi corrigent. In opere tantae molis, quamquam a me omnia perspicue et summa cum cura erant scripta, fieri non potuit, quin correctoris aciem nonnulla fugerent. *Mr.*